Philip.
Bosquieri
Codrus
Euang.ᴵᴵ

9.' 6 1 8.



Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

7-2-1

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
26. A
13

Digitized by Google

CODRVS
EVANGELICVS,
SEV
CONCIONVM XL.
DE PASSIONE DOMINI, NOTAE,

AVTHORE V. P. F. PHILIPPO BOSkhiero Cæſarimontano Franciſcano Obſeru. S. Theologiæ Audomaropoli Lectore.

Ad R.mum Patrem P. F. IOHAN. NEYEN Com. Gen. Belgij Pacificatorem.

Editio vltima, prioribus curis Autoris, auctior, & terſior.

Conuenerunt enim verè in Ciuitate iſta, aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus & populis Iſraël, facere quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri. Actor. 4.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COLONIAE,
Apud Ioannem Crithium, ſub Signo Galli.
ANNO M. D. CXIV.

Digitized by Google

Apographum Licentiæ Prælati.

FRATER IOANNES NEYEN Ord.Minorum Reg. Obſ. Reuerendiſſimi Patris Generalis Miniſtri ſuper Belgicas Prouincias,nec non Coloniæ, Argétinę,atque Hybernię cum plenitudine poteſtatis Commiſſarius Generalis, Venerando admodum in Chriſto Patri F. PHILIPPO BOSQVIERO Prouinciæ noſtræ Flandriæ Sacerdoti,Prædicatori,Confeſſori,& ſacræ Theologiæ Profeſſori ſalutem in Domino. Quandoquidem video paſſim magno doctorum adplauſu recepta,quæ hactenus opera ſeu Latinè, ſeu Gallicè edidiſti, imò & ipſum Pontificem ſummum PAVLVM V. Oratorē tuū terræ-Sanctæ gratum habuiſſe; idcircò, Venerande Pater,non ſolùm tibi licentiā pergendi,& noua cudendi, aut vetera recudendi facio, ſed & paternè te hortor,imò,&,ad meritum obedientiæ,præcipio,vt ſcribas atque edas quæcunque tibi expedire videbuntur,ad gloriam Dei Opt.Max. Eccleſiæque Chriſtianæ vtilitatem; cariqúe mihi erunt, quicunque tibi hâc in re voluerint eſſe fautores. Vale, & ora pro me. Datum Bruxellis ſub meo chirographo, officijq́ꝫ mei ſigillo, 23. Iunij 1607.

Frater IOANNES NEYEN
Commiſ. Generalis.

REVERENDISSIMO
PATRI,

P. F. IOANNI NEYEN,

R.[mi] P. GENERALIS MINISTRI TOTIVS ORD. MINOrum Reg. Obſeru. Commiſſario ſuper Prouincias Belgicas, nec non Coloniæ, Argentinæ, atque Hyberniæ, cum plenitudine poteſtatis, Generali, Belgicæ pacificatori, Patri, & amico ſuo
Opt.

F. PHILIPPVS BOSKHIERVS
Cæſarimontanus, Franciſcanus
Obſeru.

OMnium, tam hominum quàm brutorum animantium ingenijs genius ingenitus ille eſt, imò & Superis ipſis (Pater Reuerendiſsime, Belgijq; noſtri ſemper memorande Pacificator) vt ferè ad plura ac maiora prioribus in poſterum audenda vehementiſsimè tunc animentur, cum quæ faciunt, aut olim fecerunt, vel laudari intelligunt, vel ſaltem non omninò improbari, adeò (vt quidam rectè ait) honos alit artes; omnesque incendimur ad ſtudia, gloria: iacentque

Cic.1.Tuſ.

que ea ſemper, quæ apud quoſque improbātur. *Eſt, de hominibus qui dubitet? Cantatiſſimus ille vnus. & in ore omnium literatorum ſaliuâ penè ipsâ frequentior Poetæ ingenioſiſſimi verſiculus abundè id teſtatur, quum ait:*

Excitat Auditor ſtudium; laudataq; Virtus *Ouid. li. 3.*
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet. *de Ponto.*

Et alibi; Denique non paruas animo dat gloria vires, *Idem li. 5. Triſt.*
Et facunda facit pectora laudis amor.

Quid apud illum ipſum valuerit vel vnius Cæſaris Germanici in ſcripta eius beneuolentia, facilè quiuis intelligat, lectis his eius verbis ad eumdem Cæſarem:

Da mihi te placidum, dederis in carmina vires; *Idem li. 1. Faſt.*
Ingenium, vultu, ſtatque caditq; tuo.

Demoſthenem certè ipſum, Deus bone! quem, quantumq; virum! ferunt, quòd, cùm primùm ad populum verba feciſſet, tumultibus exceptus eſſet, deridiculoq; fuiſſet eius oratio, in Piræeo vix animi indè ægritudinem deuorare potuiſſe, ſtudium dicendi penitùs abdicare ſtatuiſſe, & iterùm aliàs (cùm ſcilicet Eunomi cuiuſdam Thriaſii hortatu ſuggeſtum repetere auſus eſſet) exploſum, obuoluto capite domum rediſſe, nunquàm deinceps (vt ſtatuebat) indè ad publicè dicendum, ampliùs proditurum, ità illius tanti tamen viri animam exploſio vna & altera primarum eius actionum, de gradu ſuo deturbârant. Et verò quis tàm perfrictæ frontis hiſtrio, vt ſemel vel exploſus, vel pa- *Plutarch. to. 3. vit. in Demoſt.*

rùm ludis ſuis acceptus, vt ſit nonnunquàm (qui enim neſcit, dubiam fortunam eſſe ſcenicam, *vt quidam ait;) in ſcenam iterùm, niſi valdè inuitus & coactus prodeat? quis contrà plauſum ſemel iterumqúe adeptus, non, mox vt è theatro vix benè redijt, laruamqúe, & ſeu ſoccos ſeu cothurnos exuit, cogitat. ecquid exhibeat noui? adeò illecebroſus eſt primus ille guſtus laudis, & plauſus illa prælibatio. Hinc iſta frequenter apud* Comicos: Facite, æquanimitas

Terēt. prologo Hecyræ.

Poetæ ad ſcribendum augeat induſtriam.

Terēt. prolog. Adel.

Item: Date ſilentium,

Vt libeat ſcribere alijs, nihilq; vt diſcere

Nouas expediat poſthàc, pretio emtas meo,

Idē prol. Hecyræ.

Pueri ipſi efferuntur lætitia, cū vicerint, & pudet victos. Vt ſe accuſari nolunt! quàm cupiunt laudari! quos illi labores non perferūt, vt æqualium principes ſint.

Quid? ne caupones ipſi quidem & tabernarij in Germaniâ(vt fama eſt) hoſpitibus ſuis, vina, ex cado hoſpita ſepoſito (vt dicitur noſtrate prouerbio) id eſt, generoſiſſima & delicatiſſima ſunt promturi, niſi primùm propinata laudaueris.

Cicero 5: Finibus.

De amantibus verò certè conſtat, illā Iridis imitatricem auem, pauonē inquam, cum plurimos ad ſe ſpectandum circumfluere conſpicit, & laudem à frequenti ſpectatore ſperat, tùm magis magisq; tumeſcere, latiùs precioſam illā caudæ ſupellectilē, & verſicolorē plumarum rotam explicare, quaſiq; oſtentare; cum verò neque frequentes adeſſe, neq; ſe cum plauſu ſpectari videt, tùm velut ingratis indigiſqúe opes illas ſuas abſcondere, vndè eſt illud

Ouidij

Ouidij alicubi;

Laudatas oſtendis ais Iunonia pennas:
Si tacitus ſpectes, illa recondit opes. *Et illud:*
Laudatas homini volucris Iunonia pennas
Explicat, & forma* muta ſuperbit auis. *Et in Metamorphoſi, de quadam Galathea;* * Laudato pauone ſuperbior. *Etiã bellatoris equi is genius eſt, vt popyſmatũ blãdimẽtis, & illâ vocis manuũq; quaſi adulatione ſe ipſo fortior euadat, atq; in caſus oẽs eat audẽtior. Libet autẽ è terris in cœlũ, & ad Superos ipſos aſcẽdere? Et quis neſcit etiã ipſos ritè laudatos, atq; honoratos ab hominibus, de beneficijs iã acceptis, de hoſtib. cæſis, de victorijs, &c. Fieri ad fauẽdũ deinceps impẽſius propẽſiores; neglectos verò inhonoratosq;, nõ modò in poſterũ nõ fauere, ſed vetera ſæpè beneficia etiam tollere?*

Ouid. de medicamine faciei. al. multa. al. laudata lib. 13. Metam.

Ex ipſo fluere, ac retrò ſublapſa referri
Spes Danaum; fractę vires, auerſa Deæ mens. *Virgil. 2 Aeneid.*

Optima beneficiorũ cuſtos eſt ipſa memoria beneficiorũ, & perpetua cõfeſſio gratiarũ, *ait ille aurei oris cõcionator;* Inuitat ad magna, qui gratãter ſuſcipit modica, *inquit alius. Scilicet, vt libẽter agricola agros vberes, & minimè ingratos, ſtercorãt, arãt. ſeminibus onerãt, ingratos autẽ incultos ſinũt; ſic Superi gratos homines beneficijs panè fatigãt, & velut aureis imbribus perpluũt. ingratos deſtituũt.* Gratiarũ ceſſat decurſus, vbi recurſus nõ fuerit *(ait Bern.)* nec modo nil augetur ingrato, ſed quod accepit, vertitur ei in perniciẽ: fidelis autẽ in modico, cẽſetur dignus munere ampliori. *Vento vrẽti, ſic-*

D. Chryſoſ. hom. 25. in Matth. Caſſ. ep. 4. D. Ber. ſer. 35. in Cãt.

canti fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ, ingratitudinem iure comparaueris. Ergò *innatum omnibus, cùm prima data, vel dicta, vel acta, gratiam inuenêre, ſecunda adijcere. Quorſum iſta? inquis. Vt nemò ſcilicet miretur, ſi (poſt zelum ſtudiumqúe honoris diuini, ac ſalutis animarum ſempiternæ) etiam vehementer erigor prægustatæ laudis dulcedine, ad ſcribendum indefeſſè ad opera operibus intexenda, & noua veteribus perpetuò adijcienda.* Homo ſum, humani à me nihil alienum puto. *Fateor. Incredibile aliis, mihi penè ineffabile eſt, quàm ad noua cudenda, edendaqúe me excitarit candor ille tuus* (Reuerendiſſime Pater) *quo priores tractatus meos pluſculos Gallicos, Latinos excepiſti, atque ità tibi caros ingenuè oſtendiſti, vt, cùm iam haberes ex ipſis nonnullos non vniformiter compactos, omnes & ſingulos tam quos habebas, quàm quos non habebas, vnicolores & vniformes tibi à me exhiberi petieris, velut futuros bibliothecæ tuæ ſanè illuſtris, ornamento. Incredibilius verò, ineffabiliuſqúe multò eſt, quàm me non ſolùm exhilararint voces illæ, quæ Romæ ex ore ipſius Pauli V, Pont. Opt. Max. in palatij ipſius penetralibus, auribus meis blandiſſimè ſonuerunt;* Prima; *feſto D. Thomæ Apoſtoli 1606. cùm ſcilicet primùm ſolus ad ſolum intromiſſus, oſcula beatis eius pedibus religioſiſsimè adfixiſſem, & adhùc mutus genibuſqúe flexus conſiſterem,* ACCEPI LIBRVM TVVM *(de Oratore meo Terra-ſanctæ loquebatur, quem iam per veredarium aliquantulo antè,*

Terent. in Heaut. act. 1. ſcen. 1.

antè, ex Belgio, ad ipſum præmiſeram) QVI FVIT MIHI MVLTO GRATISSIMVS, &c. Secunda; *eodem loco, feſto Diui Gregorij Magni 1607. cùm videlicet, ritè peractis negotijs, iàm eidem ſolus ſoli valedicens, vltimam beatiſsimæ manus eius benedictionem captarem, porrecto iàm alterius argumenti opere; GAVDEO QVOD NOVERIM TE, & tamen Deus bone! quantulus, imò quàm nullus ſum! incredibile (inquam) eſt, quàm me non ſolum exhilârarint voces illæ, ſed etiàm incitârint, inflammârint, imò coegerint, vt, ſi quid prætereà poſſet, ex iam penè laſſo & ſeneſcente ingenioli mei agello aratro vigiliarum mordaciore extundi, diligētiſsimè id facerem ac citiſsimè. Nam, etſi fortaſſe contingat, & noſtros, & noſtrates homines (vt fit, & aliter non fieri iamdiu Chriſti oraculo prædictum eſt,* Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua, & in cognatione ſua) *noctes noſtras vigilatas, & lucubrationes Gallicas, Latinaſve non valdè magnifacere, aut hactenùs feciſſe; aut etiàm exteros, in pretio non admodum magno habere; vnus certè Paulus V. Pont. Max. non parui eas faciens, mihi omnium inſtar eſſe iure poſsit. Potuerit ſcilicet Epicurus, vni neſcio cui ſtudiorum ſuorum conſorti ità ſcribere,* Hæc ego non multis, ſed tibi: ſatis enim magnum alter alteri theatrum ſumus: *Potuerit alius neſcio quis (Tragædiographus aliquis opinor) obiectantibus quibuſdam, quòd, cùm Tragædiam referret, nemo præter vnum Platonem adeſſet,*

Marc. 6.

Senec. li. 1. epiſt. 7.

reſpondere, & quidem (opinione multorũ) generoſiſſimè; Et hic vnus plus eſt, quã Athenienſis populus; *Et iã pridẽ penè pro oraculo receptũ ſit, quod quidã dixit:* Bono probari malo, quam multis malis: *Et prologus quidã ita Terentiũ aduerſus calumniatores tuitus, recipitur;*

P. Mim. opinor.

Eam laudẽ hic ducit maximã, cũ illis placet,
Qui vobis vniuerſis & populo placent,
Quorum operâ in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſque tempore, vſus eſt ſine ſuperbiâ,

Terẽt. prolog. Adelp.

C. Lælium, & cũ eo P. Scipionẽ (opinor) intelligẽs, quibus placebat Terẽtius; Non poſſim ego vel palã affirmare, vel clàm in ſinuq; gloriari pluris mihi eſſe vnum Paulũ V. Pōt. Max. probaſſe mea, ac laudaſſe, quã multos alios, imò vniuerſos? *Pōtifex. n. certè Romanus cẽſor cẽſorũ eſt vniuerſorũ. Penes Pontificẽ Max. ſunt ſciẽtiæ claues. penes Pontificẽ eſt ius vitæ neciſq; librorũ omniũ; Ille, ille veritatis cãcellarius eſt, cãcellata, deleta, probata ab ipſo quis iure arguat?* Quodcũq; ſoluerit ſuper terrã, erit ſolutũ & in cœlo, &c.

Matth. 16.

Adtingit ſolium Iouis, & cœleſtia tentat.

Hor. lib. 1. epp. ep. 17.

Plus mihi Pōtifex. quã Epicuro ſuus ſtudiorũ ſocius quiſquis demũ is fuerit; plus mihi ille, quã Plato illi Tragædiographo; ille vnus eſt inter bonos optimus, à quo vno probari malo, quàm multis bonis. Sunt, ſunt Pontifices Summi non tantùm humanitùs, acquiſitione, ſed & infuſione, diuinitùs eruditi; ſunt intùs docti Deo, ſide meâ ac ſenſo meo. Tanti eſt ipſorum ſententia ac cenſura, vt (Bernardi ſenſo) præcedat ſentẽtia Petri ſentẽtiam

cæli;

cæli;nec ferè quidquā ratū ſit in cœlo, quod non *prius* Petri ſederit arbitrio*(vt loquitur* D. *Leo:)* & eius terreſtre iudiciū præiudicata autoritas ſit in cœlo*(vt ſentit Hilarius.) Aſſētior ſanè libēs Poetæ dicēti*, Principibus placuiſſe viris, nō vltima laus eſt,*atq; idcirco fateor me in laudibus meis(quas inuito extendūt importuni quorumdā vel maleuolorū vel inuidorū garritus (hoc primū reponere.quod ego & mea tibi (*Reuerendiſſime Pater*)quòd Lipſio heu!quondā mei dimidio;quòd Moſcho;quòd Mādero;quòd Pauonio, ꝙ Baronio illi Magno, Scriptorū omniū æui noſtri Cæſari;deniq; quòd Paulo V. Archipōtifici, & Eccleſiæ Catholicæ ſūmo Dictatori, placuimus. Quāquā & hoc aliūdè me delectat, atq; vrget vehemēter, vt animū ad magis magisq; ſcribendum, lucubrādumq; adpellā, quòd quædā mea nō modo noſtrates Typographi, ſed etiā Coloniēſes ipſi, nihil à me ſolicitati, ſed motu (vt aiūt) proprio recuderunt; Hiſpani Galliqúe omnia auidiſsimè exceperunt. Inde enim argumentor, non fruſtrà mihi olim vigilatas tot noctes, non fruſtrà ſuſceptos mihi literarios ſudores algoreſqúe; non fruſtrà valere iuſſas voluptates, & communes animi relaxationes, ſed & inde, quaſi ex panopliâ, promo, quod quibuſdam pauculis nigrioris animæ hominibus cæli ſoliqúe noſtri reſpondeam, ſi quando opuſcula noſtra & ſcripta ſugillant; nempè, pluris me facere iudicia doctiſsimarum nationum, quàm pauculorū quamlibet non indoctorum poſthabere, in hoc genere., ciuium & domeſticorum cenſuras,*

cen-

B. *Bern. in ſer.*

D. *Hilar. canone 16. in Matth.*

Horat. l. 1. epp. ep. 7.

cenſuris exterorum, contemni me fortè à quibuſdam meis, & in patria, commune me habere cum Chriſto, cum Prophetis, cum omnibus penè melioris notæ hominibus id ità futurum iam olim ex ipſo Euangelio prædidiciſſe, in pretio autem eſſe apud exteros, apud Lipſios, apud Moſchos; & quos paulò antè nominabam, apud te, apud ipſum ſummum Sacrorum noſtrorum Regem, Paulum V· priuatum habere cum paucis; Facioq́; indè coniecturam, libris meis genium aliquem eſſe per quem ſint victuri; quodq́; ore legar populi;

Ouid. vlti. Metam. Nec omnis moriar, magnaq́; pars mei

Horat. Oda vlt. lib. 3. Vitabit Libitinam; *Indeqúe animos maiores concipio plura ac plura audendi: neque vnquàm labori ſcriptionis valedicendi*, dum ſpiritus hos reget artus. Virg. 4. Aeneid. *Itaque à reditu meo, ex Dominâ vrbium Româ,* omnis in hoc ſum

Horat. lib. 1. epi. 1. Condo & compono, quæ mox depromere poſsim,

Idem ep. 1. lib. 1. (*Saltem generi illi Lectorum, quod* comportatis rebus benè cogitat vti) *ſolitoqúe acriùs in perpetua veri inquiſitione verſor, ſcribo noua, vetera expolio his (quos nunc dixi) ſtimulis incitatus. Caſtigaui autem, auxi, atque expoliui iam tandem (fauente Deo) tractatum illum meum primum, qui eſt de ſtupenda illa Chriſti in nos Charitate in ſubeunda pro vniuerſis morte, morte, inquam, crucis, talemq́; nunc illum, diu multumqúe lambendo effeci, vt parenti atque autori ſuo minimè ſit pudendus aut pœnitendus, quem aliquandò Audomaropoli concionem habens in cathedra*

thedra Epiſcopali, tempore Quadrageſimali anni 1599. peperi, hoc autem anno quodammodo regeneraui, ac nouum feci, argumentum ſanè adeò gratum populis & vtile, vt vix vllum gratius vtiliuſúe tractaſſe meminerim: quò libentiùs iterum abire, & renaſci denuò per Typographiam ſplendidiorem, illi permitto. At verò ſub cuius tandem Patrini aut Patroni auſpicijs, atque præſidio? Cùm id magna cura circumquaque diſpexi, ecce mox in oculos meos incurriſti (Reuerendiſſime Pater*) infinitis penè nominibus inuitans dicam? imò compellens, vt te vnum inter omnes optarem, quemq; renaſcenti huic filio meo alterum velut patrem darem, imò cui filiolum meum vt clientem patrono ſuo deuouerem ac Patris vices, id eſt, meas explere, ac tibi reuerenter ſeruire iuberem ſub Codri Euangelici nomine, vti iubeo, volo, & patria in filium iure ſancio. Sic volo, ſit q; illi pro ratione, voluntas Patris. Tua autem Reuerentia has facti huius habeat rationes.*

Primum enim, eccui conuenientius, Conciones de Codro Euangelico ſanè argumenti nobilitate Primas & Optimas, in quibus dicta multa non forſitan ità diſerta ſed ſanè valdè fortia, conſecrem, quàm tibi Iohanni quidem nomine, ſed re (& quidni deinceps cognomento?) Codro aditis tot pro tuo Belgio ſpontaneis periculis; & Concionatori, & inter primos facundiæ & conſtantiæ omnibus Belgis, Hollandis, Hiſpanis (& quibus non?) notiſſimæ? Fit enim neſcio quo modo, vt cognomij cognomiorum, & figuli figulorum æui ſuperio-

periorū,res praclarè geſtas,dictaq́ aut facta fortia audiant perlibēter & faueāt. Deinde, Cōmiſſariatus tuus facit,per quem te Conſulem,imò Dictatorem,& caput Prouinciarum iſtarum inter Franciſcanos agnoſco,& exoſculor, cui vel hoc ſolo nomine tantillum hoc obſeruantia ego filiolus in Domino & ſubditus debere videor, pracipuè verò cum idem eodem panè tēpore vterq́,Belgij ſcilicet pacem,tu in Hollandiâ,Hiſpaniaq́ apud Ordines Hollandia,& Regem Hiſpp.Philippū III. ego Roma apud Paulum V.Pont.opt.Max. paribus affectibus,pari Patria miſeratione,pari ſtudio Religionis Catholica,paribus periculis vita famaq́, etſi diſparibus ſanè effectibus & motibus,ego proprio, tu Principium,tractauerimus,quamuis eſſemus vterq́,initiò,alter alterius conſiliorū,moliminumq́ neſcij. Ad obſeruantiam igitur tui meam publicè teſtandam,amicitiamq́ tam bonis initijs, tàm ſimilibus moribus motibusq́ conciliatam,magis magisq́ confirmandam,literario librarioq́ hoc munuſculo Reuerentiam T.putaui exornādam dicā? imò verò exorandam vt amici & libri huius ipſius ſuſcipiat patrociniū, vti ſupplex & proclinato capite tibi nunc ſum Orator, exoratorem facere (quaſo) vti potes, velis.

Denique,quòd Belgio noſtro heu! iam tot annos quouis mari turbatiſſimo turbatori,& per vulturum omnis generis hinc indè conuolantium vngues deſpoliationeſq́ aſſiduas deplumiſſimo, & crudeliora quouis Tityo prabente ſemper iecur renaſcens cum Lunâ renaſcente,vel vulturi vel ſerpenti,per-

Ouid.l.14. Metam.

ti,perpeſſo,tranquillitatem, vt alter Neptunus, ventis in ſuam Aoliã redire,& tacere iuſſis,reddidiſti, plebeculæ noſtræ tantiſper ex vulturum vnguibus, & iecoriuoris illis ſerpentum faucibus elabi,reſpirare,ſenſim replumeſcere,& quodammodo renaſci dediſti,conciliatis illis tot annorum, inter Principes ſuos Hollandoſq́;,indutijs, ô vtinam,& Superi faxint,vel æternis,vel in pacẽ firmam tranſituris, pro quo tamen tanto in aras focoſq́; beneficio,etſi mitris,infulis omnibus, & ipſa purpura cardinali eſſes digniſſimus; & tibi ipſas ſummi Duces vouerẽt, Principes ipſi libẽtes meritiſſimo efferrẽt,præmiũ caducũ nullum accepiſti (niſi fortè honorariolum,vitæ commodiuſculè ſuſtẽtandæ neceſſariũ)nullũ poſtulaſti,nullũ poſtulaſti?imo verò oblatũ Epiſcopatũ,magni tàm cenſûs quàm nominis nouo nunc exẽplo fortiter reſpuiſti, atque in tuâ ad Bruxellas Botendali eremo pænitentium amicâ mœroribus,ſolus Deo, tibiq́; viuere,quàm in Curijs,(veris vt curarum ſæculi ſeminarijs,ſic incuria ſalutis animæ, tàm ſuæ ſæpè quã alienæ,vberrimis fontibus)magnâ põpâ,magnis,& amicis & clientibus ſtipatus degere, maluiſti;homo ſcilicet genium ordinis noſtri Franciſcani (etiàm hoc tempore,ſi vnquam ambitioſiſſimo) adhuc repræſentans.Proprius enim certè iàm olim Ordinis noſtri genius *ſemper hactenus fuit(ſerua, ô Chriſte Seruator hanc mentem nobis, alijs etiã dato)*magna facere & pati,pro Deo. pro Eccleſia,pro Rep.Præmia autẽ deinde tẽporaria, Honores, Cẽlũ, ſẽſu quodã priuo pecuniam- Vir.1.Aen.

niamque publicam, alto, Fabriciano, imò verò Chriſtiano planè Spiritu, ſpernere; gloriam tantùm benemerendi de Republ. velle facere domeſticam. Genius Ordinis noſtri *proprius, & (vt ſic dicam) panè fatalis hactenus ſemper fuit*, pacificare ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt, *id eſt, & quæ in Eccleſiaſticis, & quæ in Politicis cauſis turbulentiora videbantur, genius profectò merè Chriſtianus. Chriſtianos enim vnos, ante homines cæteros, & Pax, & ſtudia Pacis, & pacificandi decent, quorum Dominus audit*, Deus & Princeps Pacis; *quorum Redemptor Ieſus Chriſtus naſci in terris non antè voluit, ac videri inter homines, non* cum hominibus conuerſari, *quam Pax eſſet paſſim toto orbe altiſſima; naſcens autem, mox Pacem angelico præconio* voluit *publicari, viuens, domi foriſqúe multa de Pace ad ſuos dixit; Pacificos, filios* Dei *nuncupauit; ſuos hoſpitibus ſuis omnibus Pacem ante omnia precari voluit; moriturus ità Pacem ſuis commendauit, vt Pacis verbum militiæ ſuæ quaſi teſſeram, Pacem & pacis ſtudium, militum ſuorum, id eſt, Chriſtianorum, id eſt, omnium noſtrûm, quaſi ſymbolum & interſigne eſſe voluerit*, In hoc cognoſcent omnes *(inquit)* quià diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem; *moriens, Crucifixoribus pacem popoſcit, Concrucifixo dedit, moriens, omnia, &* quæ in terris, & quæ in cœlis, per ſanguinem crucis, pacificauit; *reſurgens, ſuis Pacem identidem ipſus publicauit, dicens ſæpiuſculè,*

Coloſſ. 1.

Ioan. 13.

Coloſſ. 1.

tulè, Pax vobis; Pax vobis, *nunquàm, niſi in vicia, clarigauit, aut bellum indixit, vndè & Pax noſtra ab Apoſtolo nuncupatur. O Chriſte! ô Chriſte! ô Pacifice! ô pacifer! ô Pax noſtra!* diſſipa, diſſipa gentes, quæ bella volunt, *bella horrida bella, alienum opus à genio tuo!* diſſipa, *inquam*, gentes quæcumque ſint illæ quæ bella volunt, *benedicere, & fauere perge Ordini aliud nihil ſpiranti, nihil vouenti, nihil roganti, quàm* quæ ad pacem ſunt Ieruſalem, *id eſt, Franciſcanis.* Chriſte face æternos Pacem, Paciſque miniſtros. *Certè enim (abſit verbo inuidia) vix vlla Paces aut Indutiæ (memoriâ noſtrâ, & maiorum) perfecta, quas non Franciſcanus aliquis vel perfecerit, vel iuuerit, vel inuenerit. Fallor? Sub Gregorio X. Concilio Lugdunenſi, ecquorum ope maximè, Græcorum hæreſes compoſita, & gens Græcorum (præſente Palæologo ſuo Imp.) liberè ad Romanæ Sedis obedientiam reducta? Nonne Fratrum Minorum, fratris Bonæ Gratiæ, Dalmatæ, diligentiâ & maximè D. Bonauenturæ tunc Cardinalis & Epiſcopi Albanenſis induſtriâ, ſociorumq́; Epiſcoporum, Rhotomagẽſis ſcilicet & Tripolitani, etiam Franciſcanorum? ſub Carolo V. fortiſſimo illo & fortunatiſſimo Imp. æterno Gandenſium & Belgij noſtri lumine, Sereniſſimorum Archiducum & Principum noſtrorum ſatore, cum Hiſpania bellis ciuilibus. Duce Iohanne à Padilla, arderet quis incendium extinxit, niſi Antonius ille magnus natione Hiſpanus, patriâ Alauenſis, genere de Gueuarâ, ſtudio*

Ioan. 20.
Epheſ. 2.
Pſal. 67.
Pſal. 121.
Off. ord. die 7. iu. fra. oct. S. Bonau.

** Theo-

Vide epp. aur. Anto. Guenarr. *Theologus, Scriptione Orator ſummus, officio Prædicator & Chroniſta Cæſaris, dignitate Epiſcopus Modonienſis, religione Franciſcanus, homo hominibus altior, Regum rector? Is enim miſſus à Gubernatoribus & Baronibus, ad Hiſpaniæ rebelles & perduelles, cum literis (quas Fidei vocant) ad docendos ipſos, in quibus errarent; illos ipſos, ſexdecim dierum ſpatiolo, ſepties adiſſe memoratur, ità Euripius ille animatus, pro pace ſuorum, tantillo tempuſculo* ijt redijtq; viam toties. *Eccuius interuentu firmata pax illa, menſe Septeb. 1544. inter iratiſsimos illos Leones, Franciſcum, inquam, I. Gallorum Regem, & Carolum V. Imp. quos non Principes, non Cardinales, non Pontifex ipſe ſummus, non tàm multus ſanguis Chriſtianorum vltro citroq; profuſus, non metus Ottomannidarum, diſcordiis tunc illis grandeſcentium, conciliare potuerant; eccuius inquam? nonne Fran-* *M.G.Pa-rad lib.4. hiſt. noſtri temp. ad annum 1544.* *ciſcani vnius, quo Confeſſionario ſeu Confeſsionũ Auditore Imperator ipſe vtebatur, & Dominicani cuiuſdam, tum Pariſiis S. Theologiæ operam dantis, eidem illi Franciſcano (ità duo illi Ordines ſcilicet inuicem ſe amant) amiciſsimi? Nouiſsimè diebus noſtris, quid? Nonne Reuerendiſsimus P. Frater Bonauẽtura à Calatagyrone totius Ordinis Franciſcanorum Obſ. Generalis Pater meritiſsimus. Henricum 4. Gallorum (eheu! eccur ſic defunctum vitâ?) & Philippum II. Hiſp. Re-* *R.P. Henricus VVillotius magiſter me-* *ges, multis iàm annis bello ſanè cruentiſsimo de ſumma rerum digladiatos (peragratis * nouies deciesue, vno vix anno, Belgarum, Gallorumquè* *regio-*

regionibus, non ſine multiplici vitæ ſuæ diſcrimine) firmiſſimè conciliauit, pacemqúe toto orbe fugitantem reperit, reduxit, reddidit? Aurea ille verè nobis ſæcula reddiderat, iſta illa Veruini *inter Gallos Hiſpanoſque* Pace *, ſi potentes potenter illá vti voluiſſent. Taceo, quòd aliquandò, excitato ingenti, Budæ, aduerſas Teutones, ab Hungaris, tumultu, ob demerſum in flumen neſcio quem ob delictum, iamque Teutonibus paſsim ferro cadentibus, Iacobus quidam Marchianus & ipſe Franciſcanus, homo doctus, & ſanctus, qui tum fortè Budenſibus euangelizabat, ſedaturus tumultum illum, furenti armatoqúe populo obuiauit, geſtanſqúe manu Crucifixi Seruatoris ſimilacrum ità hunc orauit, huic ſupplicauit (vti & ego nuper Aueſnis inter armatos milites tirones, ciueſqúe) omnibus ſuaſit, cædi parcerent, rapinis abſtinerent, arma deponerent, vt tandem ſit à cædibus temperatum. Ità eſt ſcilicet pauperis Franciſci puſillus grex pacificator, ità, vbi, vbi ſit Pax, ad eam colendam rigandamqúe natus, ità, vbi, vbi Pax non ſit, ad eam reſtituendam ingenioſus ſtudioſuſqúe, cuius te (Reuerendiſsime Pater) & Ordinis & Genij conſortem abundè demonſtraſti, tot curis deuoratis, tot aditis vitæ famaqúe periculis, tot initis cuniculis, vt inuenires & redderes Belgio, Eccleſiæ, & ſæculo pacem tuo, quo vel vno ac ſolo nomine (etſi alio prorſus nullo me deuinctum teneres, quem certè iam pridem habes multis deuinctiſsimum) fateor libenter, debere me tibi honorarium iſtud quale-*

Rep. dedicat, ſui Enochi Euang. ita numerat.

Aen. Sylu. hiſt. de Europa c. 1.

An. 1610.

cunqúe literarium, opuſculum, inquam, hoc regenratum, Codrum Euangelicum, Chriſti paſſionem ab Hymno dicto, ad Pilati vſque ſententiam; Nam reliquam partem, quæ eſt à Crucis baiulatione ad ſepulchrum vſque, peperimus iam quidem, ſed incubando adhuc fouemus, & , vrſino more, lambendo efformamus. Ergo te Rex ſacrorum noſtrorum purpuret; te Reges murorum ditent, rude donent, & metallo ſuo aureo Indicoqúe prouentu cumulent; te Prouinciarum & vrbium Belgicarum optimates ſtatuis aeis; te familia vrbana, agreſtes, tabulis cerisqúe ſuis, & maioribus quoque (quibus poſſunt, debent, volunt, faciunt) honorem; ego homuncio, ſcis quàm locupletis & potentis Ordinis, & penè nouiſſimus virorum *tibi ſubditorum, valdeqúe curtæ ſupellectilis (ne nihil vnus inter omnes donem) leuidenſe hoc munus Reuerentiæ tuæ ſacro ac dico, Gratitudinis ergô, ob Belgij Pacificationem; Obſeruantiæ, ob Prælaturam; Arrhæ, ob Amicitiam; Auctarij, ob candidè laudatas à te ingenioli mei primitiolas;*

Ouid. li 1. Faſt. Excipe pacato (*qui pacâſti omnia*) vultu,
Hoc opus, & timidæ dirige nauis iter.
Officioqúe leuem non auerſatus honorem,
Huic tibi deuoto, numine dexter ades.
Da mihi te placidum, dederis in *cætera* vires:
Ingenium vultu, ſtatqúe caditqúe, tuo.

Aelia. li. 1. var. hiſt. c. 33. *Eueniet, Nam & Artaxerxem ipſum, Cyri iunorus fratrem, ferunt, etiam aquam tantillam, palmâ hauſtam è flumine, ſibiq; ab inope ruſtico oblatam,*

latam, gratiorem muneribus pretioſiſſimis cæterorum opulentiorum habuiſſe, cumulatiſſimeque muneráſſe. Sed & Superos ipſos capit calix aquæ frigidæ *pauperi propinatus, & fuit tempus, quo non modò minimus thuris honos, ſed & herbarum ac florum fumus, &c. Deos conciliáſſe memoratur.* Matth. 10

Ante, Deos homini quod conciliare valeret, Ouid. li. 1 Faſt.

Far erat, & puri lucida mica ſalis.

Nōdum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas

Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas.

Thura nec Euphrates, nec miſerat India coſtum,

Nec fuerant rubri cognita fila croci.

Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis,

Et non exiguo laurus aduſta ſono.

Si quis erat, factis prati de flore coronis

Qui poſſet violas addere; diues erat, *ait celeberrimus ille veteris Idolatriæ Cancellarius. Et (cenſura Chriſti Deique noſtri)* vidua *illa, quæ* Mar. 12 *lam timidâ tremulaq; manu miſerat ſine ſtrepitu* duo minuta, quod eſt quadrans, *in gazophylacium, cùm diuites multi multa & magna, & ſonorè & ambitioſè mitterent, plus omnibus miſiſſe creditur: quòd cæteri* ex eo quod abundabat illis, *miſiſſent:* hæc verò de penuria ſua, omnia quæ habuiſſet, *miſiſſet totum* victum ſuum. *Ego quoque* quod habeo ſummum pretium, perſoluo tibi, *noctes meas vigilatas, ſudores annorum pluſculorum, vno verbo, librum & literas;* Teren. in Andr.

quod

quid enim aliud det homo nil niſi libros & literas, etiam cùm vigilat, ſomnians? ſed ſomnians fortaſſe tantùm, (nam quantum proficiam aliorum eſto iudicium) aut quid tu homo ſtudijs immerſus, aliud ab tali homine, qualem me pridem intelligis, iure optes, quam librum & literas? Excipies igitur (ſpero) & tu vultu, quo magni homines (imò & Superi) parua illa, ſed animo magno & libenti, data ſolent, id eſt, bono, Sic igitur excipe, fruere, & benè vale. Datum Pariſiis, in magno D. Franciſci Conuentu Obſ. Anno 1610. ipſo Magdalenæ, ætatis meæ 48. profeſſionis 26.

PACEM ET VERITATEM.

Edictum Autoris.

EGO F. PHILIPPVS BOSKHIERVS Ioannem Crithium Ciuem & Bibliopolam Colonienſem, vnum ſolumque liberorum meorum reformatorem, id eſt, librorum iam editorum recuſorem, Typographum, totâ, quam latè patet, Germania ſuperiore, eſſe volo; iureque Patris in liberos & Autoris in libros, ſic edico & ſancio, lex eſto. Si quis contrà auſit & faxit, libros liberoſq;, eius obſtetricio prodeuntes, alioqui meos, abdico, & pro ſpurijs, nothis ac non meis iam nunc habeo. Ita eſt Coloniæ 1612. die 8. Iunij.

Fr. Philippus Boskhierus
Cæſarimontanus.

Digitized by Google

NOTÆ CONCIONIS I.

IN PASSIONEM DOMINI,

Habita in Cathedrali S. Audomari, feria 5. poſt Cineres 1599.

EXORDIVM.

MAGNO me quidem honore (Domini mei Canonici, &c.) affeciſtis, me ex tot Patribus vnum, ad hanc veſtram Cathedram Epiſcopalem aduocantes, Aduentus tempore: at nunc cumulatiore, quod etiam hac Quadrag. proſequi iuſſiſtis: ſed onus hinc mihi non paruum:

Non honor eſt ſed onus, Imò potiùs. *Eſt honor, eſt & onus.*

Nam vbi doctior Auditor & auritior, ibi concionatori plus laborandum in { *Materiâ* / *Formâ.* }

Quod ruſtico conuiuæ ſatis, id Nobili non ſatis: huic delicias, illi ſalſam aut porcinam paras.

Expiſcandum mare, ſyluæ apris ſpoliandæ, aër volucrius, &c.

Sic Auditori vulgari trita arrident ſatis: Docto rariora proponenda.

Aliæ quoque aures Mydæ, aliæ Apollinis: equorum alius, alius Delphinorum auditus, & ſuis quiſque ſonis delectatur: equus tubis, Delphinus lyris.

Auditorem hunc munditics verborum capit & phaleræ, illum offendit.

Video hinc & hinc vos omnes Magiſtros, Rabbinos, &c. in lege doctiſſimos. Ergo inde mihi plus laboris.

Solamen tamen mihi aliquod, quòd, quæ dixero; vt vt dixero, placidè audire ſit veſtrûm.

Cenſuiſtis enim dignum me, qui omnibus vobis audientibus dicerem.

Et inconſtantiæ eſt, mox explodere, cui nunc adplauſeris. Adplauſiſtis autem Aduentu toto.

Lex conuiuiorum iſta: non vocatus ne accedito, aut appoſitis contentus eſto.

Lex iſta rogantium: Auxiliarios ne quære, aut auxilio, quod præſtant, vtere patienter.

Sympoſium ſacri verbi, à me, vobis exhiberi, & auxiliarium Epiſcopali curæ poſtulaſtis, lege agite, & appoſitis allatiſque fruimini, aut lætanter aut patienter: id eſt, argumento meo fauete, ac ſtylo, &c.

Propoſitio.

Quanquam opinor argumentum ipſum inuitaturum ſatis vel quamlibet nauſeabundos. Paſſio enim eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti tota Quadrag. decurrenda, aſpiret modò qui paſſus eſt.

I.

Quæ ſumendi nunc argumenti huius cauſa.

Sumpti autem argumenti huius hæ mihi cauſæ.
1. *Natura.*
2. *Ordo.*
3. *Inſtitutum.*
4. *Tempus.*
5. *Mores.*
6. *Paſſus.*

* 1. *NATVRA*, quæ me ad Tragœdiologiam inclinat magis, niſi me animus fallit. Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

Horat. in arte. *Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam*
Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri: Cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.

An non Tragœdia princeps Tragœdiarum, Paſſio Chriſti? Sanguinem enim, luctumque hinc, vel totius Orbis, habet eius cataſtrophe.

Et perſonæ ſanè anguſtiſſimæ, Reges, ProReges Duces, Scribæ, Phariſæi, Seniores populi, Pontifices, Apoſtoli.

ſoli ipſi,&c. Magnates illic omnes. Rex Regum Chriſtus. Rex Herodes,Pro-Rex Pilatus,&c.

Perſonę mutæ,aut ſignis tantùm loquentes,Sol,Terra, Saxa,Velum Templi,Mauſolæa aperta, complorant funeſtam Dei necem.

Angeli pacis amarè flebunt; Dæmones contremiſcent.

Theatrum Ieroſolyma, terræ quibuſdam meditullium, & iuxta eum mons Caluariæ.

Scenicus adparatus,tenebræ orbem totum vmbrâ magna inuoluentes

Hîc hîc, *Mors & vita Duello*

Conflixêre mirando.

Spectatores Iudæi, ex totâ Palæſtinâ, ad celebrandum Paſcha,confluentes.

Dies ſolennis,tantæ Tragœdiæ exhibendæ electus,Paſcha ipſum.

* 2. *ORDO*,Aduentu toto,Præcurſoris Tragœdiam dixi,commodè ergo nunc Regis ſubijcio.

Et anno proximè lapſo, in Quadrag. Monomachiam Chriſti ac Luciferi incruentam exhibui,pro viriculis:nunc aptè cruentam Ducum eorundem ſubtexo.

A Logomachia illa, pugnaque verborum tantùm , ad verberum pugnam aſcenſus,nónne aptus,ac naturalis?

* 3. *INSTITVTVM*, à quo mihi ad hanc rem momentum magnum,qua ab inſtitutore,qua ab veſtitus Forma. Inſtitutor ord. noſtri D. Franciſcus, Paſſionis Crucifique Chriſti amantiſſimus,& ipſe Crucigerin corpore ſuo, & ſæpè ſæpiùs,de cruce,tituloque crucis , &c. concionatus. Veſtitus noſter,formam crucis habet , & chorda nodis aſpera , qua cingimur , vincula Chriſti commemorat.

* 4. *TEMPVS*. Quadrageſima certè , ſacra Paſſioni Chriſti.

* 5. *MORES*, æui noſtri , quibus dicas obliteratam tantæ gratiæ memoriam, ideoque, inſtar veterum numiſmatum,recudenda illa,ac refricanda.

Errant,errant cælo toto,qui,in mortis tempora , id operis relegant.

An in morte cuiuſque,priuati doloris,tam eſt parùm, vt

etiam huic aſſumendo reſtet locus?

An cautè is reus agat, qui differat in mortem, lectionem literarum, quibus Rex illum abſoluat?

* 6. *PASSVS*, cui grata rei memoria decies repetita. Cic. orat. pro Archiâ Poët. *Neque quiſquam eſt tàm auerſus à Muſis, qui non mandari verſibus æternum ſuorum laborum facilè præconium patiatur. Themiſtoclem illum, ſummum Athenis virum dixiſſe aiunt, cùm ex eo quæreretur, quod acroama, aut cuius vocem libentiſſimè audiret; Eius, à quo ſua virtus optimè prædicaretur.*

I I.

Chriſto gratiſsimam Paſsionis crebram memoriam.

Vltima illa, quæ à Chriſto paſſo, cauſa, mihi potentiſſima, vt de Paſſione dicam.

Non *offendit toties crambe* hæc *repetita magiſtrum hunc.*

Pſal. 110. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum*, reliquorum, ac minorum multò.

Exod. 15. Virgam illam Moyſi tot mirabilium patratricem: Et manna, quo pauerat Iſraëlem in deſerto, totos 40. annos: & librum legis, arcâ iuſſit aſſeruari, & quaſi in archiuum referri, monimenta poſteritati.

An non melior virga Crux Chriſti, virgâ Moyſi?

Aut non iſta duriùs cecidit infernatem illum, Pharaonem, quam illa Ægyptium?

Aut non libertas hâc partâ, potior libertate à virgâ Moyſi?

Libertas illa, corporum, hæc animorum fuit.

Illa, viribus humanis generosè rebellantis Iſraëlis fortè haberi potuit, noſtra nullis creatis, ne Angelorum quidem.

Illius libertatis vindici, laboris tum nihil: dixit enim, & factum eſt: at illi (Deus bone!) quanti libertas noſtra iſta ſtetit! Audietis, audietis, ſi tamen aut animis capere, aut linguis eloqui eſt. Quid manna?

Corpo-

Corpori dedit vitam annorum 40. Paſſio Chriſti, animis ſempiternam.

Et Paſſio Chriſti, liber melior libro legis: ibi verba, hîc exempla.

Pungunt acrius, hærent diutiùs exempla quàm verba.

Paſſio, non legis epitome, potiùs ipſa lex, epitome Paſſionis.

Plura ac ſublimiora iſthîc, quàm illîc vides.

Commemoranda igitur illa diutiùs, ac crebriùs. Thren. 3. *Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, & fellis.*

Cant. 8. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum.*

Eccl. 24. *Gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam.*

Qui non fert crucem ſuam (adlachrymans crucifixo, &c.) *& ſequitur me, non eſt me dignus.* [Qui gratias nec agere, nec referre, ac ne gratiam quidem habere dignam Chriſto poſſumus; ſaltem grati beneficium ipſum libenter commemoremus, vel commemorari audiamus.

Gratum id Chriſto, probant. { 1. *Sacramentum.* 2. *Monimentum.* 3. *Miraculum.*

* 1. *SACRAMENTVM.* Huc inſtituta illi Euchariſtia. Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* 1. Cor. 11. commentarius priorum. *Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.*

D. Chryſoſt. homil. 8. in Matth. de Euchar. loquens. *Eſt beneficij recordatio maximi, caputq́; diuinæ erga nos charitatis.*

D. Thom. opuſc. 57. *Et vt tanti beneficij iugis in nobis maneret memoria, corpus ſuum in cibum, & ſanguinem ſuum in potum, ſub ſpecie panis & vini, ſumendũ fidelibus dereliquit.*

* 2. *MONIMENTVM.* Illuſtriora enim ſtigmata quinque Paſſionis ſuæ, rediuiuus retinuit, oſtentauit aliquoties Apoſtolis: *Videte* (ait) *manus & pedes,* &c. *Vide manus meas, & pedes meos, & infer digitum tuum huc,* &c. inquit Thomæ.

Et ea intulit cœlo {
1. *Monimentum ſibi.*
2. *Gaudium beatorum.*
3. *Patrocinium pœnitentium.*
4. *Improperium Iudæorum, & obſtinatorum.*
}

★ 1. *MONIMENTVM SIBI.*

Ecce(ait)*in manibus meis deſcripſi te.* Iſaiæ 49.

Pſal. 136. *Si oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuioni detur dextera mea.*

Cant. 1 *Faſciculus myrrha inter vbera mea commorabitur.* Ibid. c 8. *Signaculum ſuper cor.*

★ 2. *GAVDIVM beatorum*, quibus iucundum erit videre *ſua pretia libertatis.* D. Ambroſ.

★ 3. *PATROCINIVM pœnitentium.*

Dom. Arnoldus Carnotenſis Abb. Bonæ-vallis tractatu de laudibus Mariæ. *Chriſtus nudato latere, Patri oſtendit latus & vulnera, Maria Chriſto pectus & vbera, nec poteſt vllo modo eſſe repulſa, vbi concurrũt & orant omni lingua diſertius, hac clementia monimenta, & charitatis inſignia.*

★ 4. *IMPROPERIVM Iudæorum, &c.*

Videbunt in quem tranſfixerunt. Ioan. 19. & Zach. 12. Zach. 13. *His plagatus ſum, in domo eorum, qui me diligebant.*

D. Hieron. *Cerne manus, Iudæa, quas fixeras, cerne latus, Romane quod foderas.*

D. Aug. tom. 10. ſerm. 67. de temp. fer. 2. poſt Domin. 1. Quadrag. de Chriſto iudice loquens *En clauorum veſtigia, quibus affixus pependi: En perfoſſum vulneribus latus. Cur quod pro te pertuli perdidiſti? &c.*

Quin & *ſignum crucis erit in cælo, cùm Dominus ad iudicandum venerit*, quæ contra te perorabit.

★ 5. *MIRACVLVM.* Nam penè obliterata Paſſionis, toto mundo, memoria, miraculo ſtupendo, corpori armigeri ſui D. Franciſci, ſtigmata illa quina ſuauiter inuſta, vt

Aſtricomis Heroa manus, thoraca, pedeſq́;
Vulneribus foſſum intuens orbis, Crucifixi Chriſti memoriam refricaret.

Hac fine, Eccleſia ſæpè Paſſionis meminit: quotannis hebdo-

hebdomadis duabus : Feria 6 hebdomadis cuiuſlibet, & die quolibet, in Miſſæ auguſtiſſimis ſacris.

Et ego, hac fine, tota hac Quadrag. vna hac de re dicam.

Gant. 1. *Dilectus meus mihi faſciculus myrrha inter vbera mea commorabitur.*

1. Cor. 2. *Nihil arbitratus ſum me ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.*

Galat. 5. *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Eccleſiæ quidem more priſco, tres aut quatuor horæ, feria 6. hebd. ſanctæ, ad dicendum de Paſſione hac datæ: at, id mihi & parùm & nimiùm. Parùm, rei immēſitati. Oceanū enim quis vno die, cochleari vno, exhauriat? Nimiùm, mollium Auditorum quorundam patientię: nimiùm quoque exiguis corpuſculi huius mei, voculæque viribus. In 40. ergo dies partiendus labor, vt vtriſque leuior fiat, & plenius vberiuſque efficiat, quod molitur. [Hàc non mihi magis, quàm vobis ipſis, conſulo.

Et, *de cætero nemo mihi moleſtus ſit*, dicens : *Nil niſi man vident oculi noſtri*: vnius rei perpetuo ſono, aures noſtrę occaleſcunt. Nam hæc mea Philoſophia ſublimior.

Cic. 1. Tuſc. quæſt. loquens de Socrate. *Tota Philoſophorum vita, eſt iugis commentatio mortis*; quidni & tota Chriſtianorum vita, tota lectio, tota au[illegible]itio, tota commentatio ſit mortis Chriſti, cum ſuæ cuiuſque recordatione.

2. Cor. 4. *Semper mortificationem Ieſu Chriſti, in corpore noſtro circumferentes*, quod de perpetua paſſionis Chriſti memoria exponit Orig. in c. 6. ad Rom. Chriſto iſthuc gratum, fauſtum mihi, vobis acceptum eſto.

III.

Quæ argumenti vtilitas.

Fructus autem huius nec pauci, nec parui.
1. *Cuſtodia à peccatis.*
2. *Charitas flagrantior.*
3. *Spes firmior.*
4. *Præſumptio infirmior.*

* 1. *CVSTODIA A PECCATIS.* Hinc enim intelligens, quanti ſalus tua ſteterit Deo, indignum, rurſus gratis perire, cenſeas.

Aſſeruantur ſtudioſè pretioſa & conſtantia magno.

1. Cor. 6. *Empti eſtis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore veſtro.* i. diuinam quandam vitam viuite, vt pretio diuino empti.

Orig. in 6. c. ad Rom. *Certum eſt, quia vbi mors Chriſti animo circumfertur, non poteſt regnare peccatum. Eſt enim tanta vis crucis Chriſti, vt ſi ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, ita vt in ipſam mortem Chriſti, intentis mentis oculis inſpiciatur, nulla concupiſcentia, nulla libido, nullus furor, nulla ſuperare poſſit inuidia, ſed continuè, ad eius præſentiam, totus ille peccati, & carnis fugatur exercitus.*

Cogitanti Chriſti labores vileſcit *omne quod in mundo eſt, aut concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.* 1. Ioan. 2.

Galat. 5. *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Mundus eiuſque faſtus, &c. faſtidio mihi, haud aliter, quã furcifer, aut cruciarius, vt & me in vicem mundus perhorreſcit.

Nudum in cruce Chriſtum intuitus, adpetas diuitias, ſericatas veſtes? &c. ſputis, opprobrijſque ſaturatum, ſeruiliter virgis cæſum, honores ambias?

D. Chryſoſt. hom. 88. in Matt. *Perſpiciens verbis, & rebus, & habitu contemni, atque per illuſionem adorari, cadi denique, ac omnia pati extrema, etiam ſi lapis eſſes, ad mollitudinem ceræ flexus, omnem animi tumorem deponeres.*

Audiens illum hoſti benè feciſſe, aure reddità, proditori blandula verba, oſculumque dediſſe: oràſſe è cruce moribundum, pro inimicis, tune pergas in hoſtem ferocire? Non dicas tu potiùs? Exod. 25. *Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.*

Heb. 12. *Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit, à peccatoribus aduerſum ſemetipſum, contradictionem: vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes. Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes.*

Denique voluptates amare poſſis, à quibus ille actus in crucem? Nam, ſi illum roges, quis ſpinis coronârit caput? Dicat, blandulæ tuæ voluptates. Quis liuore, quis ſputis, oris formam formoſiſſimam deformauit? Dicat, voluptates tuæ illæ, ac fæditates. Quis manus, quis pedes terebrauit,

brauit,crucique fixit?Dicat, manus tuæ furaces, capaces, rapaces,pedes tui veloces ad malum,&c. Quis transfodit latus?Dicat,cor tuum amoribus , ignibusque pluſquam Ætnæis æſtuans. Amet filius,patris parricidas?

Concluderes potiùs.Erit ſpinis coronatum illius caput, culpâ meâ,& ego me roſis coronem?Non faciam. [Febres olim febricitans Cato;Cruces Crucifixus Chriſtus nobilitauit.

2.Reg.11 *Arca Dei,& Iſrael & Iuda habitant in papilionibus,& Dominus meus Ioab,ſuper faciem terræ manet,& ego ingrediar domum meam,vt comedam,& bibam, & dormiam cum vxore mea?Non faciam hanc rem.*

*Gen.*24.Rebecca deſiliit è camelo,viſo Iſaac viro ſuo peditante.

Diceres:Loricam nigricantem Dux meus habeat, non ſculptam,non auratam:& ego tyro induar cælatis armis, auratis,verſicoloribus?

Diceres:Chriſtum auaritia Proditoris, Sacerdotum,ac Pilati fixerit cruci:& ego aurum perditè amem? [Vt Angelus ille exterminator nihil eos læſit,quorum poſtes domorum Agni ſanguis liuerat;ſic nec Dæmonis tentationes,illos,qui Chriſti mortem,in poſte ac ſuperliminari animæ, id eſt,in mente perpetuò habent.

*2. *CHARITAS FLAGRANTIOR.*

Nam,ſi illum antè amare pigebat,redamare, tibi laſſum cæſumque,non pigebit.

Creando homini parùm laborârit, at recreando certè plurimùm.

D.Bernar.ſerm.20.in Cant.*Nihil eſt quod eum ità nobis amabilem reddit,quàm calix ille,quem pro nobis bibit,hoc eſt,opus noſtræ redemtionis:hoc enim neceſſariò amorē noſtrum totum vendicat ſibi,hoc deuotionem noſtram blandius illicit,iuſtius exigit,arctius ſtringit,& adficit vehementius.*

Ioan.15 *Maiorem hac dilectionēm nemo habet,vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.*

Memorant,*ſubeuntem fata mariti Alceſten.*Iuuen. Nam cùm Apollo Admeto,marito Alceſtes,à Parcis impetraſſet

fila vitæ deduci longiora, dum modò cognatorum aut amicorum aliquis, ſponté pro illo moreretur,cæteris abnuentibus,illa mariti vitam,morte ſua,redemit.

Euripid. in Alceſte.

Fulgent. lib.1. mythol.interpres huius.

Et Orpheum , ad Juſernates,amor Eurydices pertraxit.

Cic. libr. off. & Lactant. libr. 5. inſtit. cap. 18. Damon Pythiæ vitam paratus impendere,& in vicem Damoni Pythias.

Codros pro patria nō timidos mori charitas coegit, pro Athenis illos,pro Roma Curtios.*Vide Lact lib.3.inſtit.c.12.& Servium in Virgil.Eclog.incipe Mopſe prior. Plutarch.tom.* 25. *moral.de apoph.Lacedam.* Burim & Spercim Lacedæmones, refert ad ad Xerxem iſſe immolandos , ne ſui perirent,ob legatos cæſos contra ius gentium. *Vide & Stobæum ſer.1. apud quem vocantur hi Bules & Sperches. Stobæus ſer.*1. Et Aegiſteus (vel,vt alij legunt,Anchurus) Mydæ filius , vt Cælenas vrbem Phrygiæ,à vaſto terræ hiatu liberaret, eques cum impetu in hiatum inſilijt,par Curtio.

1. *Reg.* 17. Dauid manifeſtæ ſe morti obiecit, impar Goliatho congreſſus.

Et Judith ad Holofernem ingreſſa,non ſine periculo.

Virgil. 6. Aeneid. *Et fratrem Pollux alterna morte redemit, Itq; reditq́ue viam toties.*

Hæc magna quidem,ſed charitate Chriſti inferiora.

Illi	*Redamantibus, Patriæq; debita præſcitere,*	Chriſtus	*Inimicis, Nullíq; debita.*	

Rom. 5. *Vix enim pro iuſto quis moritur:nam pro bono forſitan quis auderet mori.*

Ibidem. *Cum inimici eſſemus,reconciliati ſumus Deo,per mortem Filij eius.*

Cyprianus lib.de bapt.Chriſti. *Etiam ingratos proſequitur hic amor,& reuocat.*

Illi patriæ debita reddidere.

Cic.lib 1.Off. *Partem ortus noſtri patria ſibi vendicat.*

Lucan,lib.2.——*Hæc duri immota Catonis Secta fuit.*

Neo

Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.

Quod ſumus, à patria, à parentibus eſt. Illi ergo patriæ reddidere.

Chriſtus autem debitoribus ſuis præſtitit indebita.

Rom. 11. *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum & in ipſo ſunt omnia.* Cæteri ſuos aliter liberare non potuerunt, aut prodeſſe. At Chriſtus modis alijs multis, vel gratis remittendo, vel vnum aliquod ex tot hominibus caput pro multis ad pœnas depoſcendo, & acceptando, vel Angelo cuipiam vices ſuas committendo, &c.

Tanti ergo beneficij immeritis, imò hoſtibus, à Chriſto præſtiti, neque tamen vllo modo debiti commemoratione, charitas eius in nos intelligitur, & noſtra viciſſim acuitur.

Quiſquámne poſſit ſuæ pretia libertatis intueri, & non amare redemptorem? medicinam videre, qua ſanatus eſt, & medicum amore non complecti.

Pſal. 38. *In meditatione mea exardeſcet ignis.*

*3. *SPES FIRMIOR*, quà à { 1. *Tot laboribus.* 2. *Compoſitione in cruce.* 3. *Miſerationibus.* 4. *Nobilitate noſtrâ hinc notâ.* }

* 1. *A TOT LABORIBVS.* Fruſtrâne tot labores, tot vulnera, quinque ſcilicet millia, quadringenta, nonaginta (vt numerant nonnulli) ille ſuſceperit? ſcilicet.

D. Bernard. ſer. 61. in Cant. *Fidenter, quod ex me mihi deeſt, vſurpo mihi ex viſceribus Domini: quoniam miſericordia affluunt, nec deſunt foramina, per quæ effluant: patet arcanum cordis per foramina corporis: patet illud magnum pietatis Sacramentum: patent viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto.*

Idem ibid. *Peccaui peccatum grande, turbabitur conſcientia, ſed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor.*

Idem ſer. 22 in Cant. *Deficiente ſapientia, iuſtitia non ſufficiente, ſanctitatis ſuccumbentibus meritis, illa ſuccurrit,* ſc. paſſio.

Idem ſer. feriæ 4. hebd pœnoſæ. *Paſſio tua, Domine Ieſv, vltimum refugium, ſingulare remedium.*

Deut. 32. *Suxit Iſrael mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſsimo.*

Pſal 103. *Petra refugium herinacijs* (alijs eſt, leporibus). *Petra autem erat Chriſtus.* Et lepores timidum genus, Chriſtianorum animæ timidæ, ac ſemper pauidæ. Et lepores fugax genus, homines peccandi occaſionum fugaces.

Cant. 2. *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Chriſti voces deſperabundum in vulnera ſua, quaſi in aſylum, aduocantis.

D. Bern. ſer. 61. in Cant. *Et re verâ vbi tuta firmaq; infirmis requies, niſi in vulneribus Saluatoris?*

Idem ſer. 22 in Cant. *Cum defecerit virtus mea, non conturbor, non diffido, ſcio quid faciam: Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.*

Vulnera illa quinque, quinque ciuitates refugij legis vet.

3. *Reg.* 19. Vt Jeſabelis feræ lupæ perſecutione fractus Elias obdormijt ſub Iunipero in deſerto, ac tum ab Angelo confirmatus eſt, panemque accepit & ſurgere eſt iuſſus: ita animum tentationibus quaſſatum, deſperabundum, iacentem ſub arbore crucis Chriſti, in ſpem erigit neſcio quis Genius bonus.

1. *Reg.* 16. Si Saulem arreptitium à genio malo, cytharæ à Dauide percuſſæ ſouus recreabat, velouemque ſpiritum abigebat: cur non & cythara myſtica, Jeſus Chriſtus neruis, totoque corpore, in cruce extenſus, pectine linguæ cõcionantis leniter percuſſa, ſoletur deiectam mentem, dæmonemque fraudet ſpebus eius?

✝ 2. COMPOSITIONE IN CRVCE, quæ tota miſerantis.

	1. *Caput inclinatum?*	1. *Oſculandum miſericordiamq; annuendum?*
Cur.n.	2. *Corperfoſ-*	2. *Diligendũ, amorisq; in te*

Chri-

Chriſto	*ſum?*	an	*ſui vim oſtentandum?*
in cruce	3 *Brachia pro-*	nõ	3 *Amplexandum?*
	tenſa ac fixa?	ad	4. *Largiendum liberaliter?*
	4 *Palma tere*		*plenus rimarum eſt, hac illac*
Ferè ex	*brata?*		*effluit.*
Aug.	5. *Corpus totũ*		5. *Liberandum omnes ſuffi-*
	expoſitum?		*cienter?*

* 3. *MISERATIONIBVS*, præterita enim, exempla ſunt futurorum.

Qui tum miſertus eſt redimendis, redemtorum quoquè miſerebitur.

Qui pervicacibus adhuc inflexiſque mortuus eſt, multò magis ſeriò pœnitentibus.

Rom. 5. *Commendat charitatem ſuam Deus in nobis: quòniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multò igitur magis nũc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab irâ per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius: multò magis reconciliati, ſalui erimus in vitâ ipſius.*

Quàm leniter tum alloquutus proditorem! quàm miſereri paratus, ſi rediſſet ad ſe!

Quàm in Malchum clemens, quem cædi vetuit, & iam exauritum ſanauit!

Quàm citò, quàm plenè, quàm anguſtè latroni ſicario paradiſum, nec poſcenti, nec tantùm ſperanti, promiſit!

Quàm *valido clamore & lachrymosè* (Heb. 5.) Hoſtibus adhuc ſæuientibus petijt ignoſci, ex læſo, factus tortorum ſuorum patronus! [Totam tùm miſerationum in ſuâ Paſſione Chriſtus Cancellariam videtur aperuiſſe.

His alijſque exauditis, quis deſperet?

* 4. *NOBILITATE NOSTRA HINC NOTA*, Ex pretio, rei pretium æſtimas.

1. Cor. 6. *Empti eſtis pretio magno.*

1. Pet. 1. *Non corruptibilibus auro vel argento, ſed, &c.*

Et quiſquam ità exſpes, vt bonæ voluntatis hominem tanti emptum, temerè perditurum putet mercatorem iſtum? [Scilicet per mare, per terras, currit mercator ad Indos, vt in portum aduectas merces, in mare proijciat; aut, cum claſſibus vrat. [Equumne quiſquam mille aureis e-

mat,

mat, vt perdat, vt occidat?

*iiij. PRÆSVMPTIO ETIAM OBTVSIOR.

Irritat enim emptorem, qui carè empta lædit, aut diſſipat.

Sperandum hinc ergò, non adrogandum.

Patientia laſa, fit furor.

Agnus, irritamentis, non vertendus in leonem.

Fert aliquis, qui non perfert.

Priuilegia, abuſibus, amittuntur.

Peccatorem inimicum crucis Chriſti, proculcatorem ſanguinis teſtamenti, putas feret?

Prou 25. *Mel inueniens, comede quod ſufficit, ne fortè plenus euomas*, huc referendum.

Denique quî non tu ad peccandum tardior, qui legas, audias innoxium ſic afflictatum à peccatis non ſuis?

Dixeris: *Si hæc in viridi ligno, in arido quid fiet?*

Pudebit etiam amare peccata, Dei tui parricidas.

Exſecrabere, ſcio, quæ tanti ſteтiſſe cernes vel ipſi Deo. Iuuabit potiùs, tremere cum terra, ſcindi corde cum petris, templique velo atrari cum Sole, aperire te cum monimentis, apud Sacerdotem, & mortuos tuos euomere, quàm lętari, &c. Amē. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

NOTÆ
CONCIONIS II.
Fer. 6. Cinerum.

FActâ, more meo, repetitione breui cōcionis heſternæ, ſic propoſitum.

Dicendum hodiè mihi
- 1. *Rurſu. de fructu triplici, à meditatione Paſſionis Chriſti;*
- 2. *Paſſio, quotuplex; de quâ nunc ſit ſermo;*
- 3. *Vti ea Paſſio meditanda, & vnde eius magnitudo intelligitur. A V E.*

EXORDIVM.

Adſolent plerique omnes, ædificijs commendandis, portas materia, formaque auguſtas præſtruere. Materia Iaſpis, ebur, &c. Forma, pro Phidię, aut Polycleti, &c. artificum ingenio.

Ridi-

Ridiculè, ſi porta auguſtior ædificio.

Diog. Laert. libr. 8. *vit.* Diogenes, Myndum profectus, portas quidem magnificas, at vrbem exiguam intuitus: *Viri*, inquit, *Myndij, portas claudite, ne ciuitas veſtra exeat.* Adſimiles illis, qui rebus paruis magna præloquuntur, ac multa.

Exordiorum laus non vltima, breuitas, & ea clara. *Ne multis verbis pauca comprehẽdas, ſed paucis multa*, ait Pythagoras.

Zeno Cittieus, cuidam dicenti *breues eſſe Philoſophorum ſententias: Vera ais*, inquit, *oportet enim etiam ſyllabas illorum, ſi fieri poſsit, eſſe breues.* Diogenes Laert.

Ego, etſi heri quidem præſtruxi portam ædificio huic meo (i. prooemiatus ſum) rurſus hodie illam amplificaturus, tamen à Diogenico riſu nihil metuo. Ea enim ędificio commenſurata. Porta magna, ſed ædificium ingens, & centum ſublime columnis (vt ille canit.)

Templis magnis, valuæ magnæ: altis turribus, alta fundamenta, Quid maius paſſione Chriſti? quid altius?

Præfixæ hederæ, vina vendibiliora non fecerint, at verò guſtus ipſe emptores vocat.

Tituli libri ſpecioſi, opercula decora oualibus (vt vocãt) filisque aureis, funibus byſſinis, chordulæ indices, auro & gemmis intertextæ, à Bibliopolis Autoribusque ſæpè ipſis adhibentur, vt emantur, qui tamen lecti nihil exhibent, præter ſpeciem ipſam: Nos verò hic non titulum modò ſplendidum principio pręfigimus, ſed fini etiam, ſplendidũ aliquid adſeruamus, etſi non vſquequaque ſplendidè omnia dicturi.

Titulum huic operi facio, *Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti: (Paſſio)* triſtitiam ſpirat, at (*Ieſu Chriſti*) lætitiã. *Paſſio*, mortem ſonat & vulnera, at *Ieſu Chriſti*, ſalutem & vnctionem.

Opus hoc dum commendo, quaſi librum foris deauro, ſed non ad fraudem. Explica, & auri plus videas intùs, quã foris. Vnum adlaboro, vt breuis fiam.

Phocionem ferunt in concione ſedentem ſeorſum, cuidam dicenti, videris cogitabundus, ô Phocion, reſpondiſſe: cogitare ſe, quid detrahere poſſet ijs, quæ apud Athenienſes

ſes eſſet dicturus:nunc etiam meditabundus angor, quî circuncidam latè patens hoc argumentum.

Aliàs, alijs curis diſſcinditur cõcionator:nunc, quî breuiet,mox, quî diducat.

Olim angebar,quî paucarũ linearũ Euangeliũ de Chriſti tentationibus ità diducerem, ac(vt ita dicam) dentium vi protraherem ; vt integræ Quadrageſimæ ſatis eſſet.

Nuper angebar,quî capti Baptiſtæ cauſam, incarcerati ſollicitudinem,cædemque, toti Aduentui ſeruire iuberem. Aſiaticum tunc ferè, ac redundans aliquid erat meditandum Nunc contra diſcrucior ; quî in anguſtum traham vaſtum textum quatuor Euang. de Paſſione Chriſti,in XL. tantùm conciones.

Laconiſmum nunc meditor, Iliademq; tot malorum, nuce claudere, hîc erit artis opus . Hîc, *cum conſummauerit homo,tunc incipiet.*

Contrahere, laborioſius, quàm diducere ; nam & difficilius tacere,quam loqui; & magnum pedem calceo paruo induere,quam paruum pedem,magno.

Lanionibus notum armum ouillum flando amplificare,& pueris vtrem vento:at corpus magnum,in anguſtum locum;quis intrudat?

Conueniens contento communiter maius.

Sudabo tamen,vt multa paucis dicam, & magna contraham,hoc ferè modo:

Propoſitio generalis.

Opus erit tripartitum, in
- 1. *Iter ad hortum, & acta in horto.*
- 2. *Acta apud Iudæos*
  - 1 *Sacros.*
    - 1. *Annam.*
    - 2. *Caiphã.*
  - 2. *Profanos.*
    - 1. *Pilatum.*
    - 2 *Herodẽ.*
    - 3. *Pilatum rurſus.*
- 3. *Acta in monte Caluariæ.*

Partibus fertilioribus dies XV. dabimus,ſterilioribus circiter octo,vt hebdomadas ſex,de Paſſione Chriſti peroremus.

Fertiliores ferè horti & montes,ideoque in mõte & horto Oliuarum,item in monte Caluariæ,& in horto, in quo

ſepultus,diutius licebit immorari,vt inde, mihi vobiſque, faſciculos myrrhæ decerpam.

Hortis & montibus capior,nam & Deus montibus hortiſque delectatus.

*Exod.*20.In monte Sina lex populo data.

*Matth.*5.Jn monte habita illa ſublimis concio de 8.Beatitudinibus.

*Matth.*17.Jn monte Thabor transfiguratio.

*Luc.*22.Jn monte Sion cœna myſtica.

*Ibid.*Jn monte Oliuarum orat,capitur.

*Luc.*23 Jn monte Caluariæ,perfecta redemtio noſtri.

Act.1.E monte Oliuarum,in cælum Aſcenſio.

Quidni & ego delecter montibus & hortis? præſertim horto Hannonio,eiusque Montibus ortus?

Adde,quòd omnes nos,in Adamo,incolæ horti voluptatis,qui(ſecundum aliquos)etiam in monte ſitus.

Jgnoſcetis ergò,ſi in monte hortoque Oliuarum, ſi in monte Caluariæ,hörtoque ſepulturæ, fortè opinione veſtrâ ac meâ diutiùs morer.Sed ad rem.

I.

De fructu triplici,à meditatione Paſſ.Chriſti.

Meditatio Paſſionis Chriſti.
- *1.Solatur in duris,*
- *2.Contemtum adfert mollium,*
- *3.Mitigat Purgatorij pœnas.*

j. SOLATVR IN DVRIS, animatque.

Carunculæ moleſtum, pati aſpera, &c. ſed minus ægrè tulerit,hoc exemplo.

Jud.15.*De comedente exijt cibus,& de forti dulcedo.*

*j.*Samſon reuiſens fortem voracemque leonem,à ſe nuper cæſum,ab eo mel accepit.Quidni, & nos,reuiſentes animo Chriſtum leonem de tribu Iuda(*Apoc.*5.)à nobis,nobiſque cæſum,mel in eo inueniamus, quo amaritudinum aduerſitatumque abſynthia temperemus?

1. *Reg.* 14. Jonathas perſequens Philiſtæos, curſuque deficiens,vidit in ſaltu defluens mel ; quod,protenſâ ad arborem mellifluam,virgâ,exceptum comedens, illuminatioribus oculis eſſe cæpit.*j.* oculis iàm mediâ in morte

natantibus vitam ſic reddidit: Tu quoque, ſi quando es animi fractioris, perſequens vitia; arborem crucis mellifluam attinge meditatione, &c. & redibis fortior.

Cant. 7. *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt hubera tua ſicut botri vineæ: & odor oris tui ſicut malorum.*

Orig. hom. 1. *in Iſai.* quærit cur Prou. 6. dictum ſpecialiter vade ad apem, non ad apes; & reſpondet, quia omnes quidem meditationes bonæ ſunt, ſed meditatio de Chriſto Ieſu patiente, cæteras omnes antecellit, quia Chriſtus, inquit, princeps eſt apum.

Exod. 15. Aquæ Marath amariſſimæ, ligno iniecto dulces effectæ: an non, ligno crucis immiſſo, etiam lachrymæ pœnitentis, & amarè flentis cum Petro, dulceſcant?

Flumina tum lactis, tum flumina nectaris ibunt.

1. Metam.

4 *Reg.* 2. Fontem amarum, letiferum, ſterilemque iniecto ſale ſanauit Heliſæus: Tu ſale Paſſionis Chriſti condiri poſſe amaritudines tuas deſperabis?

4. *Reg.* 4. Clamitatum, *mors in olla, mors in olla* de cibo filiorum prophetarum: ſed farinâ iniectâ examaricauit cibū Heliſæus. Filiorum Dei (i. iuſtorum religioſorumque) olla ac cibus, meræ amaritudines, fateor: ſed, quæ tamen, inſperſæ farinâ memoriç Paſſionis Chriſti, tēperentur. Ouid. lib. 4. Metam & alicubi Halicarnaſſus.

Malè fortibus vndis,

Salmacis eneruet, tactosq; remolliat artus, i. viros effœminet (iuxta fabulas) certè, fluuius emanans de quinque fontibus Saluatoris, omni fœminâ molliores vertit in viros.

Æmulatione Ducis leonis, agni leones fiunt.

Febribus laborare olim Romanis beatum, tātùm quòd illis etiam Cato laboraſſet.

Aquilino naſo eſſe, bellulum quid ac regium olim creditum, quòd Cyro naſus aquilinus.

Febricitans cum Chriſto, quo longè minor fuit Cato ille maior, & ſimilis aliqua parte Cyro tuo, non te beatum opinabere? 1. Pet. 4. *Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.*

Heb. 12. *Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit contradictionē*

à pec-

a peccatoribus aduerſus ſemetipſum, vt non fatigemini deficientes animis veſtris.

ij. CONTEMTVM ADFERT MOLLIVM.

Longum iter per verba, breue & compendioſum per exempla (ait Seneca:) *& fortiùs illa mouēt, quàm verba* (ait Greg.) quis negat? maximè verò, ſi illuſtria ipſa, & ab illuſtribus.

Exod. 25. *Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.* In monte Oliuarum, in vrbe montoſa Hieruſalem, in monte Caluariæ, locis editioribus, vt videres, ab illuſtriſſimo homine Deo Chriſto, exempla tibi longè illuſtriſſima in Paſſione.

Ignis ſemper lucidus, ſed maximè, ſi iam extinguendus. Chriſtus quoque ſemper & vbique illuſtriſſimi exempli: ſed moriturus, ſeipſo fuit illuſtrior, ac ſeipſum vicit.

Claruit autem tum maximè, duris ferendis patientiſſimè. Audies, & concludes cum Vria.

2. Reg. 11. *Dominus meus Ioab ſuper faciem terræ manet, & ego ingrediar domum meam, vt comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea?* &c. *Non faciam.* Coronam ſpineam geſtat Dominus meus, & dicam: *Coronemus nos roſis?* &c. Sap. 5.

Manus terebratas habet extenſas in cruce, ego extendā meas ad turpia?

Felle & aceto potatur moriturus, ego dicam ſanus ſanis: *Vino & vnguentis impleamur?* &c. Sap. 5.

Ludificatur, vilipenditur: ego honoribus inhiabo?

Pectus ille ſuum mihi, latusque & cor ipſum aperiri eſt paſſus, daturus quod optem: ego meũ illi obfirmabo, hoſtiq; aperiam? Facies illi virulentis ſputis deformata; ego, ceruſa ac ſtibio pingam meam? Non ità.

1. *Machab.* 6. Elephantibus oſtenſus vuæ moriq; ſanguis, vt ad bellum animarentur: tibi Chriſti ſanguis, &c.

1. Pet. 2. *Chriſtus paſſus eſt prò nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſ. v. e.*

Et vero, an non ille omni monſtro monſtroſior, qui liuido, vulnerato, cruentato, tuberoſo toto capite, corpus tamen induat pretioſis, Phrygijs, exoticis, & tripudijs gaudeat? &c.

Hoc es (Chriſtiane) quiſquis Chriſti membrum, cōmtu-

lus, ornatus, tripudias, &c. capite tuo Chriſto ſpinis coronato, &c. quiſquis deformato illo capite, ac ſputis illitâ Chriſti facie, corpus tuum lauas, &c.

iij. MITIGAT PVRGATORII POENAS.

Scitis luendas aliquãdo peccatorũ pœnas, hîc aut illîc, ſeriùs aut citiùs.

Poſſet verò aliquis tantâ pietate tamque ardenter, ærarium illud gazophylaciumque meritorum, Paſſionem, inquam, Chriſti, accedere, atque inde merita, ſatisfactionéſq; Chriſti ſupererogationis & redundantiæ (ſic.n. nunc loquar) tàm religioſè ſibi vſurpare, de offenſâ dolendo, Paſſionem illam vnicum remedium, ac opem ſibi profitendo (adhibitis tamen, pro opportunitate, organis gratiæ Sacramentis, vt Confeſſione, &c.) vt, annis cæteroquî mille purgandus, omninò abſolueretur ac liberaretur.

D. Bonau. *Nihil in anima ità operatur vniuerſalem ſanctificationem, ſicut meditatio Paſsionis Chriſti.*

Alberto Mag. iudice tract. de Miſsâ, Simplex recordatio vel meditatio Paſſionis Chriſti, pluris æſtimanda, quàm ſextâ qualibet feriâ ieiunare, vel ſe verberare, vel dicetim pſalterium integrum recitare.

4.*Reg*.5. Naaman Syrus militiæ Princeps, iuſſo Heliſæi, ſepties lotus, in Iordane, ità eſt permundatus, vt eſſet *caro eius, ſicut caro pueri paruuli:* Sæpè in Jordanem hunc immergere, leproſus licèt, mundabere.

Scripſit aliquis, ſolitum quendam adcubantem & ſurgentem recitare titulum *Ieſus Nazarenus*, &c. & claudendo dicere: *In nomine Patris*, &c. mortuum, defenſum ſubitò ab hoſtibus, Angeli miniſterio, & vitæ reſtitutum pœnitentem.

INTERLOQVIVM AVTORIS AD LECTOREM.

Sine inuidiâ hîc tibi (Amice Lector) communicanda cenſui (ſed emendatiora longè & diſtinctiora, quàm

quàm in vet. exemplari meo eſſent) quæ Iohannes Franciſcus Picus Mirandula homo doctiſſ. vnà & religioſiſſ. libro primo de morte Chriſti, & propriâ cogitâdâ, ſcripſit adpoſitiſſimè ad id quod tractamus; lege, & perlege.

Quòd Chriſti mortem cogitantes adamandum eum diſponimur. Triaqúe nos potiſſimùm ad hoc inducere. Quodqúe ipsâ cogitatione pariatur amor, augeatur, & conſeruetur.

CAPVT VII.

AT ad amorem Chriſti hac imaginatione cogitationeque crucis eius magnopetè rapimur. Tria enim potiſſimum nos ad aliquem amandum impellunt; Virtutes ipsîus; Collata nobis beneficia; Expectata dona. Chriſtus autem, quà Deus, ipſa virtus eſt Dei Patris, & omne bonum. Et quamquã omnis virtus (vt inquit Cicero) nos ad ſe alliciat, faciatq; vt eos diligamus, in quibus ipſa ineſſe videtur; tamẽ id maximè efficit liberalitas. Quæ autẽ poteſt maior liberalitas excogitari, quã ea quæ efficit, vt quæ non sũt eſſe ipsũ acquirãt? Quod à diuinâ Chriſti naturâ omni mundo eſſe collatum & teſtantur eloquia Moſi, & fides Euangelica prædicat. An beneficium vllum eo excellentius humano generi contuliſſe Chriſtus potuit, quod in arâ Crucis impartitus eſt? dùm, vt ipſum in omnes miſerias per peccatum primi parentis delatum redimeret, ac de diaboli ſeruitute eriperet, ſe, vti hoſtiam viuentem & acceptabilem, Patri obtulit, in arâ Crucis? Expectabiliúſue donum deſiderari poteſt, quã illud nobis totiẽs repromiſsũ, donũ (inquã) fœlicitatis æternæ, adeò rarũ, adeò ſublime, quod, ſicuti prophetante Eſaia, & docente Corinthios Apoſtolo didicimus, nec ocul[us] vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit? Quis ergò Creatorem Redemptoremque & ipſum Summum-Bonum non amet? Quis fœlicitatis largitorem toto amoris igne non proſequatur? Sed & illud

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

inflāmare nos impēſiùs debet,quòd adhuc in tantum ipſe nos diligit(quāquàm cōtinuis delictis noſtris laceſſitus & offēſus(vt,qua infinita eſt charitate,ſi pro ſalute hominum dare iterùm propriū ſanguinē neceſſe eſſet, vltrò & ſponte ſe diſponeret ad luēda omne genus ſupplicia. Eiuſdē enim clemētiæ,eiuſdē miſerationis eſt. Quę procul dubio nobis iugiter ruminā da ſunt,menteq; tenēda,idq; effecerimus, ſi Crucē eius ſæpiùs imaginabimur. In illâ quippe relucent hæc omnia,quándoquidē ex precioſiſſimo illo ſanguine abundatiſſimè pro nobis effuſo ſummā eius bonitatem perpendimus;quum ne genus humanum,&quidem iniquum, diuiniſque pręceptis minimè obaudiens,periret ęternùm, ſe tradiderit occidēdū. Cuius beneficij animaduerſione, reliqua,quibus ſumus cumulati,cōſequio mentē ſubeūt. Nā & ipſa morte æternam vitā reſerauit,cuius aditus, ob Adæ peccatū præcluſus fuerat, & ad eā conſequendā nos aptos reddidit. Ob hāc Chriſti iugem imaginationē, qui nos tot bonis ſua morte referſit,amor in eum noſter exoritur, exardeſcitque. Aſſidua enim tractatione amatæ rei, augeri amorem & habitum,addubitari non poteſt, licet de modo auctionis diuerſi diuerſa protulerint, & ſuper hac controuerſia magna ſint bella pugnata, inter poſteriores Philoſophos & Theologos Pariſienſes(quod doctos non latet.) Idem quoque de retentione,quę fit in ſenſibus,dicendum, cùm nihil intelligi poſſit à nobis, dùm corpori conglutinata remanet anima,niſi ſe tali negotio viſum aliquod ſeu ſimulacrum aſſociet,vt ipſi ſingulis momentis experimur; qui,& ſi Deum volumus contemplari , Deum ſcilicet purum actum, ſimpliciſſimum ſpiritum , ſine ſimulacro phantaſmateue indiuiduó comite intellectûs & aſſecla, non poſſumus , lucem ſcilicet quamdam nobis repræſentante , vel aliud quodpiam id genus , &ex his quæ nouimus & ſenſu percipimus , minùs quàm fieri poſſit corporeum . Accedit , quod quidquid in intellectu recipitur , prius fuit in ſenſu (de cognitione loquimur; quæ per naturæ veſtigia procedit)iuxta commune dogma Peripateticorum , & Pariſienſium Theologorum, qui eos ferè ſemper ſunt imitati. Quamquàm qui Platonem, & ex noſtris aliquem pręſtantem etiam Theologum , multiſque

que iàm ſeculis celeberrimum, ſequerentur, ſatis aduerſum dogma proferre poſſent. Seruari vero & cuſtodiri iàm natum & adultum amorem experimur, ſi rem amatam iugiter mente verſamus, ſi ſ. intellectiuam ſpeciem ab ipsâ re, vel lumine vel actione intellectûs agentis, aut depromtam aut illuſtratam, & in intellectu poteſtatis receptam aſſiduè tractando afformemus, ſiue ſolo intellectu (vt communis ſchola voluit) ſiue cum intellectu ſimul & phantaſmate tamquam partiariis agentibus (vt placuit Herueo) ſiue aliàs id negotium peragatur; Aſſiduè (inquam) afformemus. Eo enim exercitio opus eſt nobis, ne concurſantes aliarum rerum imagines, ſimulacrum ſpectrumue dilectæ rei aut offundant aut diſſipent. Illæ namque in memoriâ ſenſili & intellectiuâ reſeruatæ, vel vi intellectûs vel exterarum rerum ſenſus ipſos ferientium ſæpè agitantur, & interdum quibuſdam quaſi turbinibus exæſtuant. Quamquàm fuêre qui negauerunt, & falsò, memoriam vllam intellectiuam eſſe intelligibilium ſpecierum receptaculum, & velut thecam quamdam & arculam. Hæc ratio phyſica, & experientia ipſa comprobat, ſed & Theologica poteſt aſſignari. Nam hoſtis humani generis, qui nuncupatur in Euangelio homo inimicus, hoc eſt, malus Angelus, qui de ſedibus illis empyreis cũ ſocijs cecidit, in ſuperiorem animæ partem illabi non poteſt; poteſt autẽ in organis ſenſuũ cũ interioribus tùm exterioribus, ſed potiſſimùm nos introrsùm tẽtat fallere, cùm præſtigium hoc ſuum magis nos lateat, euagantibus exercentibuſque ſe ſenſibus exterioribus, circa propria naturaliaque obiecta. Nec enim commodè exterius nobis poſſet illudere, niſi omninò vellemus acquieſcere ſuggeſtioni. At ſi ſenſus abditos peruaderet, permearetque, vel obſcæna ſimulacra commouens maximè Venereorum, vt incitarentur exteriora membra, vel noua effingẽs & imprimens imaginationi, facilius rueremus in vitia. Quapropter, ſi noſtros ſenſus & exteriores & internos Chriſti cruce armauerimus, quod vt efficiamus, alio non eſt opus, niſi vt velimus, duo namque officia imaginationi demandata ſunt (quod & Thomas in

quæſtionibus de veritate, intercurrenter & obiter tangit) vt ſcilicet ſpecies ſenſiles reſeruet,intellectuique quotiens ſpeculari voluerit,vt prçſto ſint efficiat;ſi (inquam) id effecerimus,duo nobis indè commoda prouenient.Primum, quòd ſtatim malus Dæmon aufugiet, vel noſtræ ſaluti non adeo perniciosè inſidiabitur. In tantum ſanè peccato ſuperbiæ illius eſt depravata voluntas, vt vinci nullo modo velit præſertim à Chriſto, cuius mors tantarum fuit virium, vt ipſi multam nocendi facultatem ademerit;cùm homines non eo modo,quo ante illam,tentare queat,tamet ſi ſemper circumeat (vt Princeps Apoſtolorum ait) quærens quem deuoret. Secundum, quod ex ipsâ imaginatione, vtroque homine ad propenſius amãdum commouebimur, hoc eſt,& mente & corpore ardebimus,ardore,inquam,ſuaui, qui atrha quædam eſt cæleſtis patriæ;fietque, vt prophetæ ſuccinere verè poſſimus; Exultauit cor meũ & caro mea in Deum viuum;Et iterum ; Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi & caro mea.

Facillimè peccatorum cauſas, mortis Chriſti cogitatione ſuccidi.

CAPVT VIII.

EX hâc quoque frequenti meditatione mortis ipsîus, quodam modo familiares effecti calefactique,ſtupendiſſimi illius beneficij memoria, fundamenta vitiorum ne iaciantur,prohibebimus, & iam iacta conuellemus. Etenim inter peccatorum cauſas à noſtris Theologis commemoratas , has deprehendi , tamquam principaliſſimas , enarrari deſcribique ; Voluntatem ſcilicet & rationem , atque ſenſibilem Appetitum . Hæc remotior , illę proximiores , omnes tamen intrinſecus poſitæ , & in imis abditæ penetralibus . Nihil enim quod extrinſecùs accidat (quod & antè innuimus) poteſt nos ad peccandum adtrahere, niſi prius ſenſus cum ratione ipſa & voluntate operi tam nefando conſentiret. Non concupiſcimus enim niſi cognita , & cognoſcimus ratione, nec tamen abſque ſenſuum adminiculo, quem

ceu

ceu ducem quendam,aut vnà progrediendo,ſequimur,aut ab eo viam edocti,noſtro pro arbitrio incedimus. Quum verò falſum offerri bonum videbimus, quod blanditijs & illecebris,quaſi quibuſdam cruſtis,iniquus Dæmon oblinat; ad Chriſti nos Paſſionem, ſi eius ſpeciem geremus mente,abſque cunctatione conferemus,indeque indicium patrandi operis ſumemus. Fieri quippe vix poteſt,vt quiſpiam anceps conſilij factus,dubiæque ſententiæ, aut ſe non voluat ad cogitādum id,quo mens propria familiariter vti ſolet, perſcrutandi ſaltem gratia,an finis oblatæ rei priori illi fini quadret, quem ſibi delegerat conſtitueratq́;, & exercitio iugi pertractauerat, aut ſaltem cauere poſſit, quin ipſa talis rei imago menti per habitum fixa, huiuſcemodi negotio ſe non ingerat & immiſceat, vtpote quæ totam mentem poſſidere ſit ſolita,omnibuſque intereſſe negotijs. Patet hoc in auaro,qui ſemper de coacervanda pecunia aut cogitat,aut loquitur, cui ſi proponatur quidpiam agendi commoda occaſio,interpelleturue à familiaribus exciteturque ad obeundum officium aliquod; ſtatim,an negotium illud lucrum ſapiat,conſpicatur, nec ſe cohibere quandoque poteſt, vt amicos illos non percontetur munus illud,ad quod proſequendum ſolicitatur, lucri aliquid necne ſit pariturum, quoniam in lucri cupiditate ſe totum diffudit, qui ſi occultare deteſtatum vndiq; vitium conabitur,eò ſæpè inuito, odorata illa lucri ſpecies nares opplebit. Atque ita reliquis diuturnis & vehementibus animi affectionibus fiet pari ratione. Non ſecus (quamquàm in materiâ diſſimillima)de Cruce Chriſti memoria frequenter repetendâ,eueniet. Sed vtrum deſ eorum quæ diximus,peccato obuiabitur; ſi primm; protinùs ſuggeſtionem illam vel immiſſam à dæmone, vel oblatam à mundo, vel adminiſtratum à peccati originalis fomite, cum Chriſti memoriâ minimè conuenire deprehendemus. Si ſecundum; ipſa ſtatim per ſeſe pernicioſos cogitatus expellet. Nam diuturna poſſeſſione ſtabilita, iugique exercitio validiſſimè roborata,velutique in regio ſolio poſita,illuſiones externas & aduentitias peruagari mentem non patietur. Hęc vt Philoſophi commentamur Sed quid, vt Chriſtiani Philoſophi? Nequaquàm profectò ambigē-

 dum,

dum, Chriſtum non permiſſurum Sathanæ ludificandam illam mentem, quæ in eius recogitanda Paſſione ſe exercet; quæ cum Salomone in Canticorum Canticis ſæpè illud cecinit: Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Verum & id quod proſequimur commodiùs expeditiuſq́ue liquebit, ſi obiecta earum potentiarum viriumue animæ, ex quibus dari diximus originem vitiorum, perpenderimus. Obiectum ſenſilis Appetitûs, particulare bonum eſt; Voluntatis, vniuerſale; Rationis, verum; eadem enim cum intellectu potentia eſt; ſed altera fixè, mobiliter altera ſuum opus peragit. Quare ſi Chriſtum & in ſuperiori animæ parte, & in phantaſiâ retinuerimus, cùm ipſe ſit particularium bonorum optimum, ſitque idem vniuerſale bonum, quà DEVS eſt, atque etiam ipſum verum; fiet, vt ſenſilis Appetitus & Voluntas, falſum bonum ſe offerens reſpuant; & Ratio, ad percipiendam intellectiuam veritatem diſcurrens, non exorbitet. Facilè enim debitæ regulæ defectus reſarcitur, ſanatæ Rationis adiumento, &, ob iugem Chriſti imaginationem, defæcatis internis ſenſibus, apparens bonum reijcitur; itidemque reſpuitur à Voluntate, cuius conſenſu peccatum completur. Atque ita peccatorum capita abſcindimus & conterimus, priuſquam abſoluantur perficianturque, Pſalmographo conſtantiſſimè obſequentes, qui nos monuit, vt paruulos Babylonis ad petram allideremus.

Eamdem Chriſti Crucifixi cogitationem imaginationemue, ſeminarium eſſe virtutum omnium.

CAPVT IX.

CVM autem compertiſſimum ſit, Chriſtum eſſe caput Eccleſiæ, virtuteſque omnifariam, & quidquid perfectionis tùm Naturæ, tùm Gratiæ deſiderari poteſt, eidem collatas fuiſſe, dum etiàm corpus gereret propria voluntate obnoxium morti; ſequens eſt, vt, quem-

quemadmodum membra, ſemoto capite, vires amittunt intereuntque; ita ipſi, qui membra ſumus myſtica Chriſti capitis, eodem amiſſo langueamus, & ſpiritaliter emoriamur: & ſicuti beneficio capitis, corporis reſiduo virtutes tranſmittuntur, veluti à ſublimiore parte dominantioreque, vbi ſensûs Regiam Galenus poſuit, & ante eum Latinus Varro, qui ad Ciceronem ſcribens, datum illi hoc nomen ait, quòd inde capiunt initium ſenſus & nerui; non ſecus Chriſti ope, quamtulumcumque perfectionis virtutiſque & ineſt, & apparet, in nobis, emancíſcimur: poſſumus tamen (quamquàm noſtris demeritis à capite diſtracti) eidem iterum ſuperueniente gratia, nec impendio compaginari, ſi Spiritui Sancto non reſiſtamus, &, quàm maxima poſſumus celeritate, ad ipſum caput commeemus, quò non carneis itur pedibus, non moribundis artubus, ſed intimis & piis affectibus, maximeque iugi tractatione acerbiſſimæ Mortis, noſtræ ſalutis gratia perpeſſæ, qua ſcilicet & illi quaſi conformes reddimur; & audientes aliqua ex parte præcepto Euangelico, vt Crucem, ſi non noſtram in vniuerſum, Chriſti tamen cum Cyrenaico Simone portantes, ſi non operibus exilia, carceres, gladios ſuſtinendo; pio tamen affectu interim compatiendo, ne ſtupendiſſimum hoc miniſterium ſupra mentium omnium captum, ingrati nimiùm obliuioni mandemus. Hoc munus rectè obeuntes, ad eas gratias & virtutes, quæ in ipſo ſunt, participandas, apti reddimur, quandò illius anima in noſtras animas, & illius corpus in noſtra corpora, virtutes eas, quarum ſumus capaces, abũdè infundat, vt in vltima parte ſuæ Theologicæ Summæ Thomas Aquinas ediſſerit, ex quo etiàm fit, vt ad virtutes cunctas adipiſcendas diſponamur vel vno momento, ſi Chriſtum mente retinemus. Nàm ſicut Chriſto homini, ob vnionem diuinæ naturæ cum humana, cunctæ virtutes omniſque gratia condonantur; ita in nos Chriſti virtutes, pro noſtra capacitate, deriuantur, ſi ei per meditationem indefeſſam intimo amoris affectu coniũgamur. Nec multis laboribus ad hoc perficiendũ eſt opus, non ad Indos accedere oportet, nõ Ery-

thræa

thræa perſcrutari litora; vbi vbi locorum inuenire eum poſſumus: quinimò naturali quodam motu in ipſum ferimur, niſi peruerſa voluntate retrahamur. Animas enim Deus ipſe, tanquam ad principium, vndè manarunt, & ad finem, quo beantur, ſemper trahit; & naturali ordine, & gratia, modò eam vitijs hærendo non repudiemus. Nec trahit modò, verùm etiàm inclinationem aptitudinemque condonat tendendi in proprium locum, vt optatam quietem indipiſcantur, quod etiamnum imitatricem Dei naturam in inanimis effeciſſe videre datur. Exempli cauſa, in igne, qui quum mixtorum aliquod, elementumue quodpiam in ſui naturam exurendo conuertit, eidem aptitudinem largitur petendi cœlum, iuuatque vt ad illud perueniat, quo conſequuto quieſcat. Peccatorum autem fomite & lege carnis, quam etiàm in ſuis membris regnare vidit Apoſtolus, & legi mentis repugnare, nonnihil, imò multùm, ad id muneris obeundum, ſegnes efficimur, quodamque quaſi ſomno impedimur; quo fit, vt imaginari & amare Chriſtum habeamus neceſſe, quorum vtrumque vtroque paritur. Nàm qui diligit, neceſſe eſt vt ſæpiùs amatum imaginetur, cuius rei iudex quiſque ſibi, niſi mentis inops, conſtituitur: parte altera, iugem imaginationem amor ſequitur, illam præſertim, quæ eius rei eſt, quæ inter alias eſt optima, Chriſti videlicet, qui, etiàm quà homo eſt (vt Thomas docet) præ cunctis creaturis adeò diligitur, pro intenſione verò diuini amoris, rerum bonitas intenditur; quælibet enim res adeò bona eſt, quia à Deo dilecta, ſicut contrà nos ideò rem aliquam diligimus, quià bona. Cæterùm, cùm inter omnes Theologos conſtet, à Deo ipſo bonis omnibus ſeu Naturæ, ſeu Gratiæ nos donari, eiuſque oſtium ſit Chriſtus (vt ipſe de ſe) per quod itur ad Deum, & à quo gratiæ virtuteſque cunctæ à patre illo luminum (vt ſanctus ait Iacobus) deſursùm fluentes, ad nos vſque perueniunt: ſequens eſt, vt, crebra illius oſtij pulſatione, quæ pia & aſſidua cogitatione pijſque precibus efficitur, via quæ ducit ad vitam pateſiat nobis. Hæc, amor eſt, quo cum perfectè tenebimur, morum ſtrenuitas (vt inquit Bernardus) orietur, puritas

affecti-

affectionum, ſubtilitas intellectuum, deſideriorum ſanctitas, operum claritas, virtutum fœcunditas, meritorum dignitas, præmiorum ſublimitas. Quod ita eſſe vel hoc conſtabit argumento; ſi ſcilicet mores & acta eorum, qui Chriſtum ſæpiùs mortuum cogitant, eundemque amant intueamur, quorum multos in hac vita nihil aliud habere conſpicimus, præter victum tenuiſſimum, viliſſimumque tegumentum, qui perpendentes eum quem diligunt, noſtræ ſalutis gratia, omnia perpeſſum incommoda; & poſtremo necatum; quaſi quodam diuino œſtro perciti, amoris vicem, quoad poſſunt, rependere ſatagunt, affligunt ſe ieiunijs & vigilijs, amplectuntur pauperiem, caſtitatem induunt, propria deſideria, proprias cupiditates alieno arbitrio ſubiugant, & nihilominùs fit, vt hæc incommoda magna cum animi alacritate ſuſtineant; mortem non modò non formident, ſed, vt Chriſto coniungi poſſint, tota mente ſuſpirent; vnde datur intelligi, ab eadem cauſa, qua virtutes hæ profluunt, etiam iucunditatem & pacem animi ſuboriri, quæ tot exterioribus incommodis longè præponderet. Parte alia, quandoquidem contrariorum, pugnantiumque cauſarum diſſimiles protſus, aduerſanteſque ſibi inuicem effectus eueniunt; nouimus multos beneficiorum Dei oblitos, Chriſtique mortem, veluti ad ignem narratam fabellam, cogitantes, vitijs & diuitijs (vt Sidonij verbis vtar) incumbere, luxurioſè epulari, affectare illicitas & inconceſſas Veneres, ſuperbiſſimè alijs dominari, qui, cùm id agant, vt ſenſuum, quibus penitùs ſunt mancipati, quietem ſibi procurent, edacibus tamen curis ſemper moleſtantur; trepidant ad quæcumque fulmina, ſeditiones ſingulis momentis formidant, hoſtiles incurſus expaueſcunt, atque ſibiipſis continuè ſunt infeſti, bellumque gerunt inteſtinum, rodente ſemper patratorum ſcelerum conſcientia.

Chriſtianorum primitias, Sanctiſsimoſque viros Chriſti mortem frequentiſſimè cogitauiſſe: Item Eccleſiam ad id officij nos iugiter inuitare; multa quoque bona inde manare.

CAPVT X.

Ex his, quæ attulimus, manifeſtè (vt arbitror) liquet, Chriſti Paſſionis memores nos eſſe debere. Sed, ſi, monitis ipſius Chriſti audientes eſſe; inprimis operæpretium eſt; dein, eorum ſequi veſtigia, qui omnium fuêre probatiſſimi, necnon Eccleſiæ amplecti placita, identidem ad Chriſtum nos trahentia; neceſſariò colligetur, ante omnia Paſſionem eius à nobis iugiter eſſe cogitandam. De hoc ipſe apertiſſimè, in proprij Corporis Sanguiniſque; conſecratione monuit commenſales Apoſtolos, quod non modò fideli tenacique animo receperunt, ſed eorum alij, ob illîus nominis confeſſionem, crudeliſſimis tyrannis expoſiti crucem ſubière; alij capite mulctati; alij corio exuti; alij culminibus deiecti ſunt. Sed & alij Chriſti ſectatores, varijs & inexcogitabilibus ferè tormentis vexati, vita exceſſerunt. Mortem hanc adeò frequenti cogitatione Paulus Apoſtolus pertractabat, tanto amore Chriſtum, qui pro eo ita mori voluerat, proſequebatur, vt feruentiſſimo diuinæ charitatis æſtu in hæc erumperet verba: Chriſto confixus ſum cruci; viuo ego, iàm non ego, viuit autem in me Chriſtus: Et alibi: Nihil me iudicaui ſcire inter vos, niſi Chriſtum, & hunc Crucifixum. Eandem mortem diſcipulus ille Joannis Euangeliſtæ, Antiochenæque Eccleſiæ ſanctiſſimus Antiſtes Ignatius tenaci mente in tantùm volutârat, vt in eo æſtuantiſſima fornax Chriſti amoris accenſa ſpectaretur. Jndicio ſunt ſtupendæ illius epiſtolæ, ea præſertim; quæ ad Romanos delata eſt, dum, Traiani Cæſaris iuſſu, catenis circumligatus & obſitus, deuorandus beſtijs Romam perduceretur; in quâ quidem epiſtolâ optare ſcribebat frui poſſe beſtijs ad ſui interitum præparatis, & ne, ſicut aliorum martyrum

tyrum, ita ſuum non auderent corpus attingere, vim eis ſe facturum pollicebatur, vt omninò deuoraretur: dandam eſſe in hoc ſibi veniam edocens, quoniam tunc diſcipulus Christi eſſe incipiebat; pro quo adipiſcendo ignes, cruces, beſtias, diſperſiones oſſium, diſcerptioneſque membrorum, & omnia in ſe vnum ſupplicia Diaboli arte quæſita conflari exoptabat; cumque iam belluis exponeretur, & ardore patiendi rugientes audiret leones, inquit: Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar; vt panis mundus inueniar; atque inter ipſa tormenta poſitus, ſemper ore protulit, quod animo gerebat, IESV CHRISTI ſcilicet nomen, cuius in corde (longum eſſet nimis hiſtoriam totam recenſere) litteris aureis inſcriptum ſpiculator inuênit. Franciſcum verò ordinis Minorum inſtitutorem ſanctiſſimum quis reticebit? qui tam tenaci mente complexus eſt Chriſtum, tam forti imaginatione retinuit, tanto amoris eius flagrauit incendio, vt ab illo ſtigmatis ſuæ paſſionis inſtar donatus fuerit. Sed nec Clara virgo in Monte-Falcone oppido ſita prætereunda ſilentio eſt, in cuius corde Chriſti Crucifixi imago euidenter ſpectatur, quam me ſuperioribus annis vidiſſe memini. Iſti ſanè effectus in corpore videri dantur, ob frequentem imaginationem & amorem propenſiſſimum; noſtris verò oculis cernere non conceditur, quanta illorum animæ charitate perfulgeant, quanto ditentur gaudio, quanta coronentur gloria; videbimus olim, ſi eis ſimiles fuerimus, eamdemque ſemitam percurrerimus; ad quam capeſſendam præclariſſimis dogmatis incitamur. Suadet Hieronymus Euſtochio, ad omnem greſſum pingere Crucis ſignum; inhortatur Chryſogonus Anaſtaſiam carcere clauſam, trophæum Crucis tota mente conſtringere, quam triumphale ſignum nuncupat Eccleſia, quam venerabunda ſalutat, inquiens: O crux aue ſpes vnica; quam, vt partes aduerſæ fugiant, fidens & læta demonſtrat. Et ne ſingulas memorem Crucis victorias, cunctaque priuilegia percenſeam; Magno Conſtantino futurum vt vinceret in Crucis ſigno, Cæſarienſi Euſebio; Sozomenoque auctoribus, Angeli ſpopondêre. Cuius etiam ope debellauit Heraclius aduerſos,

Chriſtianorum primitias, Sanctiſsimoſque viros Chriſti mortem frequentiſſimè cogitauiſſe: Item Eccleſiam ad id officij nos iugiter inuitare; multa quoque bona inde manare.

CAPVT X.

EX his, quæ attulimus, manifeſtè (vt arbitror) liquet, Chriſti Paſſionis memores nos eſſe debere. Sed, ſi, monitis ipſius Chriſti audientes eſſe; inprimis operæpretium eſt; dein, eorum ſequi veſtigia, qui omnium fuere probatiſſimi, necnon Eccleſiæ amplecti placita, identidem ad Chriſtum nos trahentia; neceſſariò colligetur, ante omnia Paſſionem eius à nobis iugiter eſſe cogitandam. De hoc ipſe apertiſſimè, in proprij Corporis Sanguiniſque; conſecratione monuit commenſales Apoſtolos, quod non modò fideli tenacique animo receperunt, ſed eorum alij, ob illius nominis confeſſionem, crudeliſſimis tyrannis expoſiti crucem ſubière; alij capite mulctari; alij corio exuti; alij culminibus deiecti ſunt. Sed & alij Chriſti ſectatores, varijs & inexcogitabilibus ferè tormentis vexati, vita exceſſerunt. Mortem hanc adeò frequenti cogitatione Paulus Apoſtolus pertractabat, tanto amore Chriſtum, qui pro eo ita mori voluerat, proſequebatur, vt feruentiſſimo diuinæ charitatis æſtu in hæc erumperet verba: Chriſto confixus ſum cruci; viuo ego, iam non ego, viuit autem in me Chriſtus: Et alibi: Nihil me iudicaui ſcire inter vos, niſi Chriſtum, & hunc Crucifixum: Eandem mortem diſcipulus ille Ioannis Euangeliſtæ, Antiochenæque Eccleſiæ ſanctiſſimus Antiſtes Ignatius tenaci mente in tantùm volutarat, vt in eo æſtuantiſſima fornax Chriſti amoris accenſa ſpectaretur. Iudicio ſunt ſtupendæ illius epiſtolæ, ea præſertim; quæ ad Romanos delata eſt, dum, Traiani Cæſaris iuſſu, catenis circumligatus & obſitus, deuorandus beſtijs Romam perduceretur; in quâ quidem epiſtolâ optare ſcribebat frui poſſe beſtijs ad ſui interitum præparatis, & ne, ſicut aliorum martyrum

ita ſuum non auderent corpus attingere, vim eis ſe
im pollicebatur, vt omninò deuoraretur: dandam
hoc ſibi veniam edocens, quoniam tunc diſcipu-
riſti eſſe incipiebat; pro quo adipiſcendo ignes,
, beſtias, diſperſiones oſſium, diſcerptioneſque
torum, & omnia in ſe vnum ſupplicia Diaboli artè
i conflari exoptabat; cumque iam belluis expone-
e ardore patiendi rugientes audiret leones, inquit
ntum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar; vt
aundus inueniar; atque inter ipſa tormenta poſi-
emper ore protulit, quod animo gerebat, IESV
ISTI ſcilicet nomen, cuius in corde (longum
mis hiſtoriam totam recenſere) litteris aureis in-
m ſpiculator inuênit. Franciſcum verò ordinis
am inſtitutorem ſanctiſſimum quis reticebit? qui
aci mente complexus eſt Chriſtum, tam forti i-
tione retinuit, tanto amoris eius flagrauit incen-
t ab illo ſtigmatis ſuæ paſſionis inſtar donatus fue-
Sed nec Clara virgo in Monte-Falcone oppido ſita
eunda ſilentio eſt, in cuius corde Chriſti Crucifixi
euidenter ſpectatur, quam me ſuperioribus annis
nemini. Iſti ſanè effectus in corpore videri dantur,
quentem imaginationem & amorem propenſiſſi-
noſtris verò oculis cernere non conceditur, quanta
i animæ charitate perfulgeant, quanto ditentur
quanta coronentur gloria; videbimus olim, ſi eis
fuerimus, eamdemque ſemitam percurremus; ad
capeſſendam præclariſſimis dogmatis incitamur.
Hieronymus Euſtochio, ad omnem greſſum
Crucis ſignum; inhortatur Chryſogonus Anaſta-
tcere clauſam, trophæum Crucis tota mente con-
e, quam triumphale ſignum nuncupat Eccle-
quam venerabunda ſalutat, inquiens: O crux
vnica; quam, vt partes aduerſæ fugiant, fidens
demonſtrat. Et ne ſingulas memorem Crucis
s, cunctaque priuilegia percenſeam; Magno Con-
futurum vt vinceret in Crucis ſigno, Cæſarienſi
; Sozomenoque auctoribus, Angeli ſpopon-
Cuius etiam ope debellauit Heraclius ad-
uerſos,

uerſos hoſtes; & obſtinato corde Iudæus à Dæmonum e-rutus eſt poteſtate; &, referente Firmiano, didicimus, Gentiles, cùm Dijs ſuis immolarent, ſi adſtitiſſet aliquis frontem Cruce ſignatam ferens, ſacra nullo modo litare potuiſſe, nec conſultum Vatem reſponſa reddere. Hoc nimirum eſt ſignum Thau, quo ſignatos exterminator Angelus non percutit Sanguine illo, qui in ea effuſus eſt, delibatos cordis poſtes & hoſtia geſtantes, cum Ægypti primogenitis non interficimur. Æneus ſerpens in deſerto exaltatus à Moſe, cuius aſpectu ſanitas à ſerpentibus ſauciatis reſtituebatur, Crucis huius typum gerebat, quæ nunc in medio ſacratum ædium ponitur, vt eum, qui in ea pependit, frequenter cogitemus, quo poſſumus ſerpentis illius morſibus mederi, cuius aſtu (vnde tot mala in nos manârunt) Eua decepta eſt. Huius rei ſemper memor pia mater Eccleſia, nec dulciſſimi Sponſi oblita laborum & ærumnarum, ſupplicijque acerbiſſimi, quod, pro ſalute illi largiendâ, ſuſtinuit, commemorationem ſingulis diebus publicè édit. Hanc enim mortem Sacerdos in Miſſæ Sacrificio frequentiſſimè repræſentat, cui vt Feſtis diebus interſint, filijs edîcit, vt etiam ſingulis annis Chriſti corpus, in memoriam mortis illius, ſumant cibum, non obaudientes dicto penitùs exhæredat: ſanctiſſimaque lege cauit, ne eiſdem vita functis exequiarum iuſta perſoluantur, ſed nec humari filiorum ſepulchris indignabunda, & iniuriarum Sponſi vindex iuſtiſſima, patitur.

Qui Chriſtum ſæpiùs cogitant, & ad eius amorem capeſſendum ſe præparant, veri Chriſtiani ſunt, veriqúe Philoſophi: Eos autem, qui id minimè curant, vtroque nomine falsò gloriari.

CAPVT XI.

AB his conſequens eſt, vt oſtendamus, eos falsò cenſeri Chriſtiano nomine, qui Chriſti mortem ſæpiùs non cogitant, vt ad eius amorem inflammentur, neque etiam (niſi vanâ nomenclatura) Philoſophos debere vocitari. Chriſtianorum nomen apud Antiochiam Syriæ vrbem

vrbem initium ſumſit. Inibi (vt narrat Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus) quamplurimi etiam ex Gentibus ad fidem venerunt, eorum prædicatione pertracti, qui ſeditione aduerſus Stephanum commota, diſſeminati per omnem locum fuerãt. Jn ea Eccleſiâ erant prophetici ordinis quamplurimi, cum quibus & Barnabas, & Paulus, quibus omnibus pariter in gratia Dei, & vnanimitate degentibus, primùm diſcipuli, veluti è perenni fonte ſumto vocabulo, appellati ſunt Chriſtiani. Jgitur diſcipuli, quibus, non modò ob temporis vicinitatem, Chriſti Paſſio recentis erat memoriæ, ſed in eorum cordibus ſculpta, in mente conſita, in ore frequens, ante oculos poſita, in cunctis functionibus animaduerſa, primùm Chriſtiani ſunt nominati, vtpote Chriſti memores, & Chriſti imitatores. Sed cunctabimur, eos Chriſtiano nomine dedignari, qui nec Chriſti mortem ſępiùs ad memoriam reuocãt, vt compatiantur, nec vitam recolunt, vt imitentur. Qui inuiti hæc audiunt, tamquam liberiùs, quam veriùs, pronunciata, audiant Cyprianum clamantem; CHRISTIANVS NEMO VERE DICITVR, NISI QVI CHRISTO MORIBVS, PROVT VALET, COÆQVATVR. Quis eos imitabitur mores, quos non agnoſcit, præſertim, ſi eiuſmodi ſunt, vt in illos fortuitò impingere non detur, verùm magno potius labore comparētur? Quis eoſdem deſiderabit abſque cognitione? Quis verè & exactè cognoſcet abſque cogitatione, qua, in hoc aſſequẽdo munere, omninò eſt vtẽdũ? &c. *Et poſt multa.* Memoria Chriſti, & mandatorũ eius obſeruatione, ceu forma quadam, inter accidentales animi formas, perfectiſſima, Chriſtianus conſtituitur, &c. *Hactenus Mirandula.*

Hæc nobis eò dicta, vt Chriſti paſſionem ſæpè labijs animoque verſetis, & dicentem de ea auribus auidis audiatis.

I I.

Paſſio, quotuplex: de quâ nunc ſit ſermo.

Cum variæ ſint paſſiones, atq; ex Paſſionibus varias Chriſtus adſumſerit, indicandum videtur, de quo Paſſionis Chriſti genere ſit nùnc ſermo.

Paſſionum ergo alia: *Corporis, Senſus, Spiritus & animi.* Alia:

- *Mala*, quia malum & peccatū; cuiuſmodi illi affectus grauiores qui *pathoi* dicuntur, odium, ira, &c. vnde paſſionatos gallicè dicimus: vel quia ad malum inclinant.
- *Vindex & pœna peccati*, vt mors, fames, ſitis, febris lepra, &c. *mala quorum non eſt numerus*. Pſal. 39.

Paſſionum, quæ pœnæ peccati, aliæ:

- *Sequuntur naturā totā*; vt mors, fames, ſitis, laſſitudo, ſtimulus carnis, &c.
- *Sequuntur quædā indiuidua*; vt febris, lepra quorum procedunt quædam.
  - *Ex defectu virtutis formantis*; vt febris, lepra.
  - *Ex causâ extrinſeca, malo regimine*, vt lepra, morbus gallicus, &c.

Paſſiones animi & corporis & ſenſuum aſſumptæ Chriſto ſponte, eæque non malæ, nec ad malum inclinantes, quia ille expers totius culpæ originalis, & fomitis, neque ipſe perſonaliter peccauit.

Aſſumtæ autem illi ſponte, quia pœnæ peccati alieni, non omnes illę quidem, ſed quæ totam naturam perſequuntur, vt mors, fames, ſitis, laſſitudo, &c. demto originali contagio.

Procul ab ijs, quæ indiuiduorum propriæ, febri, leprâ, &c. quod ipſe à virtute formante perfectiſſimâ, Spiritu ſancto nimirum, & regiminis optimi, regimen ipſe & regula cæterorum.

Aſſumtę illę tribus de cauſis. *Th p.3.q 15.*

1. *In ſatisfactionem*. D. Aug. ep. 141.
2. *In exemplum*. D. Bernard. ſer. 11. in Cant.
3. *In teſtimonium humanitatis*. Cyryll. lib. 2. in Ioan. c. 78.

Pecca-

- Peccatum non aſſumtum
  1. *quia non probat naturã humanam, quod ei maximè aduerſatur;*
  2. *nec boni operis exemplum præbet, quod eſt malum;*
  3. *nec ſatisfacit aut placat, quod irritat.*

- Paſſionum aſſumtæ quædam
  - *In vitâ*
    - *In iſtanti conceptionis*, anima affecta apprehenſione præuiſæ paſſionis.
    - *Natus nudus in alieno*, &c.
    - *Eſurijt*, Matth. 4.
    - *Sitijt*, Ioan. 4.
    - *Fatigatus*, ibid.
    - *Irriſus*, Luc. 16.
  - *In morte*
    - *Triſtis* vſque ad mortem moriturus.
    - *Sitijt in cruce*, &c.

Eccl. 2. *Cuncti dies eius laboribus, & ærumnis pleni.*

Iob. 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs.*

Geneſ. 3. *Multiplicabo ærumnas tuas.*

Nos nunc de ijs tantum, quas à cænâ, ad expirationem vſque, eſt paſſus, dicturi ſumus, de Epilogo ſcilicet vitæ eſus miſerrimæ, mari illo magno Oceanoque paſſionum, de Amphitrite, cingulo paſſionum omnia genera inuoluente.

III.

Vt ea Paſſio meditanda, & vnde eius acerbitas intelligitur.

- Dupliciter eam meditari contingit.
  1. *Vt hiſtoriam*, nudè ſcil. cogitando contigiſſe, vt ſub Tiberio ac Pilato, vir quidam innocens hæc & hæc pertulerit, nullo intuitu finis, quem ſpectarit, qui pertulit.
  2. *Vt Euãgelium*, conſiderando quo fine hæc ille paſſus, vt me teque reſti[illegible]eret in integrum.

Varij hinc & hinc affectus.

Ab hiſtoricâ meditatione naſcitur commiſeratio; qualem, ex cruciatu innoxij cuiuſlibet, naturâ perſentiſcimus. Item, odium in actores, & autores in Scribas perſequutores, in Iudam proditorem, in Pilatum iniquæ ſententiæ latorem, in lictores omnes? &c.

Quis legat ſine commiſeratione.
- *Cædem Abelis*? Geneſ. 4. ſine odio Caini?
- *Immolationem Iſaaci*? aut filiæ Ducis Iephte? *Iud.* 11. poſt anni circulum conueniunt in vnum filiæ Iſraël, plangunt. ibid.
- *D. Laurentij incendium*, ſine odio Decij Tyranni?
- *D. Bartholomæi excoriationem*? aut Siſamnis Iudicis iniqui ſub Cambyſe? de quo *Herod. lib.* 5. *Valer. Max. lib.* 6. *cap.* 3.
- *Hippolyti à quatuor equis raptationem*, ſine odio Phædræ Nouercæ?

Quis etiam crimino ſos, in ſolis equuleis, videat, ſine ſenſu doloris?

1. Percellit quædam naturæ communio, quâ, partem noſtri in illis pati, iudicamus.

2. Et humanitas ipſa cum hominibus nata, etiam brutorum animantium tormentis concutitur.

D. Bonauent. in vitâ D. Franc. Hac duce, D. Franciſcus morituros agniculos, ex Lanienâ redemit. *Diog Laert. lib.* 6. Diogenes (cæteroquî valde Cynicus & immanis) etiam ſimilia præſtitit.

Et Chriſtum, tam immania, nulla ſua culpa, patientem, quiſquam, etiam Æthnicus rerum noſtrarum neſcius, ſiccis oculis, aut mente immota, legat, vel audiat?

Commiſerationem prouocat hiſtoria paſſionis, vt quæ omnium multò acerbiſſima, vt mox audies.

1. *Admirationem, imò ſtuporem diuinæ caritatis*. Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.

Et 1.

Lecta verò vel audita Paſſio Chriſti, vt Euangelium, generat alia quædam,

Et 1. *Ioan.* 3. In hoc cognouimus caritatem Dei, quia ille pro nobis animam ſuam poſuit.

2. *Gratitudinem.* Gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam *Eccl.* 29.

3. *Amorem intenſiſsimum & extenſiſſimum.*

1. *Ioan.* 4. Nos diligamus, quia prior dilexit nos, & miſit Filium ſuũ propitiationem pro peccatis noſtris.

4. *Spem ſalutis maximam.* vide ſup. pag. 11. Concione I.

5. *Gaudium ingens*, quod reconciliati Deo, erepti malis, & redditi bonis.

Diſciplina pacis noſtræ ſuper humerum eius. Iſa. 53.

Euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie Saluator.

6. *Timorem Dei*, ſic aliena vlciſcentis peccata in Filio, & ſuo, & vnigenito, &c. vide ſup. pag. 9.

Meditari Paſſionem vt hiſtoriam, diſcentis eſt; dolere, miſerari humanitatis, ſed nondum perfectionis, niſi à doloribus Chriſti, ad bona tibi hinc parta, conuertaris. Hiſtoricè iraſci Iudæ, Iudæis, &c. æquitatis hoc quidem eſt, ſed illis inutile, quia mortui.

Luc. 23. *Nolite flere ſuper me* (j ob dolores tantùm quos patior, quod eſt hiſtoricè meditantis) *ſed flete ſuper vos.* (j. quia vos mihi horum dolorum cauſa, vt ſcilicet peccatis veſtris debita ſupplicia diuerterem, & bona perdita reſtituerem, quod eſt Euangelij, boniq́ue nuntij.)

Ergo à Paſſione Chriſti, vt eſt Euangelium, & 1. *Dolor*

1. *Hiſtoricus*, ob vulnera ac necem innocentiſſimi.

2. *Euangelicus*, quod is attritus propter ſcelera noſtra;

2. *Gaudium*, ab intuitu mali, quod euaſimus; & boni, quod adepti per illam ſumus.

Id quî fiat, audite.

Si amicus meus hoſtem iàm iàm cæſurum me, continuit, & me ſeruans, ipſe interijt, nónne hinc & dolor, & gaudium? quod amicus interijt, proh dolor! at, quòd hinc ſum inter mortuos liber, vah gaudium!

Gen 22. Sic Iſaac, viſo agniculi, pro ſe immolati, cruore fortè ingemuit; & certè riſit, cùm ſe letum, eius leto, euaſiſſe cogitauit.

Sic, ciuibus necatis in excubijs, cæteri ſuperſtites dolent; ſed, quòd occidione aliorum, ipſi ſalui ſunt, exultant.

Sic, in iratum mare factam mercium iacturam indolet mercator, ſed quià iacturâ illi parta ſalus, lætatur.

Sed; *Liuore Chriſti ſanati ſumus*;

Et ipſe redemit Iſraël ex omnibus iniquitatibus eius.

Pater cœleſtis, ſcelere noſtro irritatus, verbera & cruces nobis intentabat: ferro, flammâ perſequebatur: Chriſtus Mediator venit medius Dei & hominum, dicens: Me me adſum qui feci, in me conuertite ferrum, O Rutuli, mea fraus omnis, nihil iſte nec auſus, nec potuit: adoptatis ergo ille peccatis noſtris, nobis captus cæſuſque eſt: *quæ non rapuit tunc exoluebat.*

Pſal 87. *In me tranſierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me.*

Pſal. 128. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.*

Iſai. 43. *Seruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem, in iniquitatibus tuis.*

Iſai. 53. *Verè languores noſtros ipſe tulit.*

Atque ità temperauit Pater, vt percuſſo, transfoſſoque Filio, ſagittâ iræ ſuę nos nõ attigerit; inſtar Alconis cuiuſdam Cretenſis ſagittarij, cuius puerum cum draco complexus eſſet, tanta ille arte ictum ſagittæ temperauit, vt ea in dracone transfixo conſiſtens, ad puerum non perueniret. *Seruius in Eclog. 5. Virg.*

Proh dolor! cur, rogas? quià Chriſtus cæſus.

Proh gaudium! cur, rogas? quia ſic nos liberati ſumus.

Mors Chriſti, vita noſtra. Io!

Paſſio

Paſſio eius, clauis Dauid, qua aperuit cælum, & nemo claudit. Io! Io! *Ecce Deus Saluator meus, fiducialiter agam & non timebo.* Iſa. 12.

Dolendum verò, & gaudendum eò magis, quo is grauiora in gratiam noſtri tulit.

Ex Cant. Iſa. c. 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.*

De acerbitate Paſſionis.

Acerbitas verò Paſſionis huius attendenda à	1 *Corpore.* 2. *Vniuerſitate.* 3. *Diuturnitate.* 4. *Animâ.*

Circa opus attendenda	1. *Teneritudo,* 2. *Vniuerſitas,* membra enim vniuerſa & ſingula, proprijs affecta ſupplicijs. Et ferè à quolibet in vnum eſt ſæuitum.

★ j. *CORPORIS TENERITVDO.* Nam tormenta eadem ſpecie licet, differentia tamen facit, differens patientium complexio.

Tenellæ carni graue, quod duriori nihil eſt aut leue.

Nobilis inde moritur, vnde ruſticus vix ægrotet.

Vrit vrtica faciem, calcaneum non item: illo enim illa tenerior.

Plantarum, fruticum, arborum, florum, herbarum, iſtas hyems necat, illas non mouet.

Chriſti autem caro tenerrima, & complexionis multò nobiliſſimæ.

Teneritudinem illam probant	1. *Vnio Verbi.* 2. *Artifex Spiritus ſanctus.* 3. *Anima nobiliſſima.* 4. *Materia virgo ſola.*

★ j. *VNIO VERBI.* Decens enim (ait noſter Titelmannus, lib. 9. Phyſic. c. 26.) & rationabile erat, vt homo ille, qui ſimul erat verus Deus, & homo verus, corpus haberet iuxta dignitatem diſpoſitum in complexione optima, & nobiliſſima harmonia primarum qualitatum, videlicet vt corpus illud, quod ſibi mirabili & ineffabili vnione

voluit vnire Diuinitas Verbi, & in vnitatem aſſumere ſuppoſiti, complexionem haberet maximè nobilem: quo ſic animæ nobiliſſimæ, omnibuſque gratijs & donis ſummè plenæ corpus reſponderet, iuxta ſuum modum abſolutiſſimum atque perfectiſſimum.

* *ij. ARTIFEX SPIRITVS S.* Ampliùs enim id fiet credibile, ſi ipſum corporis huius attendamus nouum opificem. Non enim, cęterorum more corporum, virilis ſeminis efficacia corpus iſtud contemperauit, neque compoſuit, ſed virtus illa ex alto deſcendens, de quâ Gabriel paranymphus, virginem matrem alloquens Mariam, ait: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Et ad Ioſeph, in ſomnis Angelus: *Quod enim in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt.* Quis autem abſq; artificis huius iniuriâ poſſit aſſerere, opus illud, in quo ita ſingulari ac præcellenti modo, ſeſe præſentem exhibuit, imperfectum fuiſſe, & malâ proportione diſtemperatum?

* *iij ANIMA NOBILISSIMA.* Quomodo non magis perfectiſſimum corpus, iuxta ſuam rationem, fuiſſe illud credimus, quod tali animæ omnium præcellentiſſimę iungi debebat, & non animæ tantùm creatæ in tempore, ſed Verbo genito ante ſæcula? Quod ſi ita piũ eſt credere, ſtatim ſit conſequens; eum carne fuiſſe tam molli, tam tenera, tactu tam bono, tàm viuaci, plus quàm vllus fuerit hominum cæterorum; ait ibidem Titelmannus ille bis noſter.

Ariſtot. 2. de anima. *Quo complexio nobilior eſt, menſq; dexterior, hoc mollior & tenerior eſſe ſolet caro.* Ergo Chriſto caro molliſſima, quòd intellectus eius, cui vnitum erat Verbum, dexterrimus, & complexio nobiliſſima digna tãtis hoſpitibus. Et, quæ à miraculo, ſunt excellentiora his quæ à natura (vt docet *Chryſoſt. de vino ex aqua facto.*) Deus enim, Natura, & Ars ſubordinantur, & gradus habent perfectionis Ars benè, Natura meliùs, Deus optimè operatur. Nec ars in roſa, nec veſtimenta ornatuſque Salomonis, qui ab arte, æquant liliorum gloriam, quæ illis à natura, nec natura adſequi poteſt Deum.

Matth. *6. Adſpicite lilia agri, &c. Dico vobis, quòd nec Salomon, &c.*

* *iiij. MA-*

* iiij. *MATERIA, ex quâ.* Cauſa enim ſingularis teneritudinis huius, à nouo naſcendi modo. Ex ſola enim virgine is natus, nihilque permixtum roboris virilis. Mulierum autem caro natura tenerrima, vnde mulier (quibuſdam) quaſi mollis aer. Mulierum quoque tenerrimæ, quæ virgines, virginũ, quæ iuniores. Sed mater martyris noſtri, quæ ſola totum illum genuit, ſexu mulier, integritate virgo, ætate adoleſcentula, cùm Chriſtum peperit, nempe annorum 15.

Adde ætatem florentem morientis, ſenſus maximè ſentientes, & in ipſis ſtuporem nullum, vt in noſtris.

Adde, quòd quæ paſſus eſt ille tenerrimus hominum, fuêre Natura grauiſſima, quæque duriſſimis Herculibus, & Scæuolis ipſis, gemitus & clamores excuterent.

Iſa 53 Hinc *virum dolorum, & ſcientem infirmitates* vocat Propheta.

Ergo tormenta Paſſionis illi acerbiſſima.

* ij. *VNIVERSITAS.*

Nam membris ſingulis, ſinguli cruciatus, & ſæpè plures vno, vni.

Iſa. 1. *A plantâ pedis, vſque ad verticem*, &c.

Frontem corona ſpinea mille modis lancinauit:

D Bernar. *Nobile caput & pretioſum, mille ſpinis, fuit concuſſum.*

Crines, euulſi; *Aures*, oppletæ blaſphemijs: genæ vellicatæ.

Facies ſputis deformata, alapis liuida:

Nares & os ſputis virulentis, aceto, & felle afflictatum:

Collum, colaphis & catenis: *tergum*, flagellis:

Oculi, ludibrijs & præſentis matris mçſtitia. *Humeri*, flagris & cruce:

Manus, ac pedes, clauis terebrati: *Pectus*, mucrone diræ lanceæ, transfoſſum: *A planta pedis vſque ad verticem*, &c. Iſa. 1.

Quid? *Viſcera*, etiam fortè diſrupta, dum vi magna librata in terram crux, crucifixum iam ſuum gerens. Cor dilaniatum, imò contritum, horum omnium adtentione.

Sed & *Vniuerſitas altera*, nempè afflictantium perſonarum.

Paſſus eſt enim ab omni

- 1. *Genere hominũ,*
  - 1. *Iudæis,*
    - 1. *Pilato*, aut Gallo Lugdunẽſi, aut Jtalo, &c. de quo in ſeq. latè diſſeremus, Deo fautore.
  - 2. *Ethnicis.*
    - 2. *Herode* & Malcho mancipio, Jdumæis.
- 2. *Conditione*
  - 1. *Rege Herode,*
  - 2. *Prorege Pilato,*
  - 3. *Sacerdotibus,*
  - 4. *Scribis,*
  - 5. *Dominis,*
  - 6. *Seruis,*
  - 7. *Plebe.*
- 3. *Ætate.*
- 4. *Sexu*, viris & mulieribus. Viri emerunt, vendiderunt, occiderunt: Mulieres, ancillæ Pontificis, &c. mater condolens, eum vehementer pupugit, & intus ſecundo crucifixit.

Paſſus eſt in omnibus bonis.

- 1. *Animi,*
- 2. *Corporis,*
- 3. *Fortunæ, vt vocant,*
  - 1. *In amicis* Petro, Judâ, &c.
  - 2. *Famâ,* Cum iniquis reputatus eſt, blaſphemiis oneratus.
  - 3. *Veſtibus* diuiſis, ludóque diſtractis, *Vide D.Tho. p 3.q.46.ar.5.*

✝ *iij.* DIVTVRNITAS quoque cruciatus attendenda. Nam gladio transfodi, truncari capite, ſuſpendio aut naufragio perire, tolerabile, quia breue: durum, prolixè mori ac lentè.

A quindecim retro diebus putas (ô Chriſtiane) comediſſe illum, bibiſſe, aut placidè dormiſſe?

Ab horâ cœnæ heſternæ, ad tertiam vſque horam pomeridianam ſequentis diei, octodecim horas, cum morte luctatus eſt.

Nec mora, nec requies tormentis eius, nec nocte nec die.

*iiij. *A PARTE ANIMÆ*, acerbitas quoque cenſenda.

Animæ eius dolor ingens.

1. *Ab offensâ Patris.* Videbat enim illum quidem à ſe moriente placari: ſed à tortoribus, Iudicibus, &c. irritari. Hinc mel, illinc fel.

2. *A commiſeratione matris.* Nam cùm is dulcem matrem videret transfixam intùs tot gladijs, quod cruciabatur ipſe doloribus internis illis, & inuiſibilibus matris vulneribus, quaſi quibuſdam reflexis Solis radijs, & intùs ipſe quoque reuerberabatur, ac nouè lancinabatur.

3. *Ab irrita paſſione apud pleroſq;.* Obcurrebat futura multorum, poſt tot tormenta, damnatio: & ipſius Iudæ, tum pereuntis, cùm ille ſaluaret: & obſtinati latronis, à latere ſuo abrepti, à dæmone, ipsâ ſuæ ſalutiferæ mortis horâ.

Hinc aiebat: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Mar. 14.

Pſal. 68 *Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.*

Thren. 1. O *vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus.*

NOTÆ
CONCIONIS III.
Sabbato Cinerum.

FActâ repetitione, ità dictum: Sed antequàm tam vaſtum Oceanum Paſſionum ingrediamur, rurſus nõnulla præmittenda, Nautarum inſtar, qui priùs, quàm ſe alto mari, ventisque credant, diebus multis in portu occupantur, armamentis nauium commeatibusque parãdis. Dum comuntur, dum pectuntur annus eſt.

Dicendum ergo rurſus, de dolorum Chriſti gratuitate attendenda quadrifariam,
1. *A cauſâ finali,*
2. *A cauſâ efficiente.*
3. *A cauſâ inſtrumentali,*
4. *A cauſâ materiali, vel materia circa quam.*

AVE.

EXORDIVM.

Prou. 30 Dixerit Salomon: *Tria ſunt mihi difficila, & quartum penitùs ignoro,* &c.

Dixerit etiam Jſaias: *Generationem eius quis enarrabit?* vel diuinam (ſecundum quoſdam) qua ex patre eſt ſine matre, & Patri coæternus, à Patre alius nec aliud, &c. vel humanam (ſecundum alios) qua ex matre ſine Patre, illæſaque matris virginitate; vel etiàm (ſenſu meo) ſpiritalem, qua tot Chriſtianos ex omnibus Gentibus eſt regeneraturus. *Numera ſtellas cœli, ſi potes,* & Chriſtianos, Chriſti generationē enarrabis.

Benè illi quidem: At ego hoc modo: *Paſſionem eius quis enarrabit? Et: Quis credet auditui noſtro?*

Mirentur illi Ortum Solis huius, ego Occaſum: mirentur Præſepium, ego ſepulcrum: mirentur modum Naſcendi, ego Moriendi: mirentur poſitum inter duo Animalia, ego inter duos Latrones Crucifixum, &c. Oriens & Occidens æquè mirabiles, æquè ineffabiles.

Atrocitatem Paſſionis Chriſti, ego nec homini, nec Angelo, ſed dūtaxat ipſi Chriſto, & Deo ordināti planè ac plenè notam autumo.

Pſal. 68. *Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam,* tu ſolus perfectè noſti.

Ratio. Solus enim Pater nouit Filij ſublimitatem, quoque is honore dignus honorari à creatis rebus.

Hortatur tamen qui paſſus eſt, vt pro tenuitate ingenioli noſtri, indagemus.

Thren. 1. *O vos omnes, qui tranſitis per viam,* vitæ huius mortalis, *attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus.*

Attendere ergò iubet, & videre.

I.

Paſſio Chriſti acerba, à cauſâ finali maxima.

Paſſus eſt Chriſtus, vt vnus omnium peccata pœnasque potiores ſimul ſemelque deleret. Magnæ cauſæ magnus effectus.

Peccatum ſequitur.
- *Macula, priuatioq; diuinæ gratiæ,*
- *Pœna*
  - *Damni*, quæ eſt hîc amiſſio gratiæ & illîc eius gloriæ, *quam oculus non vidit*, &c.
  - *Senſus*, quę eſt paſſio, & poſitio quędam tormentorum temporalium aut æternorum, morborum, Inferni, ignis, niuium, &c.

Quemadmodum reus læſæ maieſtatis humanæ, primũ apud eam deſinit eſſe gratioſus; & deinde pœnam damni patitur, bonis eius fiſco addictis, ac tùm demùm pœnam ſenſus, dùm aut agitur in crucem, aut capite truncatur, &c. ità qui Deum mortiferè offendit, &c.

Gen. 3. Sic Adam odioſus poſt culpam, pellitur paradiſo, numquàm regreſſurus, vetante Angelo paradiſi excubitore, & ſudoribus ærumniſque mancipatur. Cælum quoque illi tum clauſum. Jnfernus verò reſeratus, &c.

Culpæ magnitudo ſpectanda, quà
1. *Ex parte offenſi*, ſi Rex, ſi Cæſar, is qui pugno percuſſus, ſi ciuis, alia atque alia eidem actioni eſt pœna, propter perſonas diſſimiles.
2. *Ex parte offendentis*. Si minor læſit maiorem, ſi æqualis, aut ferè ęqualis. Crux ſeruo machinanti in Domini necem; At Delphino Francię, aut fratri Regis in Regem peccanti, pro cruce, exilium è regno, ciuitate, curia, &c.
3. *Ex recidiuâ*, ſi pluries in eadem, aut paria, relapſus aliquis. Febrium recidiuarum maiora pericula; ſicut & vulnerum, poſt cicatrices.

Pec-

Peccatum hominis vndequaque magnum

1. *quia in Termaximum Deum Deorum,* cuius magnitudinis non eſt finis.
2. *quia à puluere, cinere, vmbrâ, re nihili læſus Deus.* Non tantùm diſtat vmbra à ſuo corpore, quantùm homo à Deo: neque Cæſar putus, à vero Cæſare. Auertatur corpus, euaneſcit vmbra: Deſerat hominem Deus, fugit ac perit homo velut vmbra. *Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo, Et ſubito caſu, quæ valuêre ruent.*
3. *quia frequenter relapſus. Peccaui* (ait ille) *ſuper numerum arenæ maris.*

Sed pœna, crimine minor eſſe non debet, vti nec maior.

Pœna ſi eſt leuis, infligatur prolixior; ſi grauis & intenſa, breuior eſto.

Ioan Climacus. *Si peccata noſtra*, inquit, *ſecundum quod ponderanda ſunt, ponderaremus, arbitremur nos non poſſe ſatisfacere pro eiſdem, etiamſi mille annis in pane & aquâ abſtineremus, vniuerſumq; mundum produceremus, nobiſcum, & pro nobis plorantem, totum quoque Iordanem.*

D. H[illegible] i. Reg. *Forſitan paruã æſtimas culpã. dico tibi quòd nec pro minimâ culpâ, totus ſatisfacere mundus poſſet, niſi, Deus ex ſua pietate dignetur ignoſcere.* Paruæ culpæ tam ægrè fit ſatis? quid dicas de magnis, quid de infinities iteratis?

Magna Protoplaſtorum culpa, & in ijs noſtra: multæ noſtræ ſingulorum, præter naturalem illam culpam, perſonales & propriæ, aliæ alijs grauiores: plures verò omnium ſimul culpæ.

Iac. 3. *In multis delinquimus omnes.*

Peccaui ſuper numerum arenæ maris, aiebat Manaſſes. Singuli, montes peccatorum ad ſydera congeſſimus.

Venerit ergò Chriſtus, vel vnico peccatori redimendo, & v-

& vnicus aliquis dicat: *Chriſtus dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* (Galat. 2.) Tamen etiam ſic infinitè, & infinita illi patiendum fuit, vt maculas vnius omnes dilueret, gratiam illi mereretur, pęnas inferni diuerteret, cęlique gloriæ, homuncionem vnicum inferret.

Bonis, & multitudine, & magnitudine infinitis, gratiæ & gloriæ, ſc. adquirendis, infinitè & infinita tolerandum illi fuit.

Precium mercibus minus non eſto dixerit: Iuſtitiæ commutatiuę patronus. Tagum, aut Gangem fluuios aureos, montibus aureis emito.

Malis quoque, & numero & grauitate infinitis, doloribus ſcilicet Inferni diuertendis, infinitè & infinita illi tolerandum.

Infinitę pœnæ	*Damni,* *Senſus,*	incommodis doloribuſque Chriſti finitis, auertendæ.
Infinita bona	*Gratiæ,* *Gloriæ.*	lis infinitis Chriſti, comparanda.

Et omnia illa, & ſic perferenda, etſi vni tantum peccatori.

Jam verò, cùm non vni, aut paucis vnius criminibus, ſed omnibus, omnium hominum, omniumque temporum, etiam præuiſis ſceleribus ſit paſſus, qualia ac quanta paſſum illum fuiſſe æſtimabimus?

Jſa. 53. *Poſuit Dominus in eo iniquitates omnium noſtrum.* Coram Leone, catellus vapulauit.

Jſa. 53. *Propter ſcelus pop. mei percuſsi eum.*

Ibid. *Diſciplina pacis noſtræ ſuper humerum eius.*

Pſal. 128. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem ſuam.* Quæ non rapui tùnc exſoluebam.

Hircus Moſaicus, maledictis oneratus.

Chriſtus inſtar pauperis illius, quem Maſſilienſes, cùm peſte laborarent, veteri more, veſtibus ſacris ornatum circumducebant per vrbem, cum execrationibus, vt in eum inciderent omnia mala ciuitatis, ac ſi proijciebant; *teſte Seruio in 3. Aeneid. ex Petronio.*

Omnium omninò hominum peccata omnia, quaſi in faſciculum, aut manticā conuoluit Pater, eaque conuaſata in Filij humeros depoſuit, depoſita Filius libēs ſuſcepit: O ouus

onus Atlantico maius! Sic *onera grauia, & importabilia, alligauimus, & impoſuimus in humeros hominis vnius, digito nolentes illa contingere.*

An non ergò infinitus illius, in paſſione, labor ac dolor? Debuit, voluit, potuit, ergo fecit. Non ſatis ad pœnas Tartarus vnus erat, vti nec ad noſtri lotionem Oceanus.

D. Aug. lib. 3. Confeſſ. c. 11 *O tu bone omnipotens, qui ſic curas vnumquemq; noſtrum, velut ſolum cures, & ſic omnes, tanquàm ſingulos.*

Iure clamet: *Dolores inferni circundederunt me. Omnes fluctus tuos*, ô Pater, *induxiſti ſuper me.* Pſal. 87.

II.

A causâ efficiente.

Efficiens cauſa Paſſionis, duplex. { 1. *Diabolus*, vt inſtigator, repertorque pœnarum, &c. 2. *Homo.*

*j. DIABOLVS. { 1. *Crudelis*; 2. *Licentioſus*; 3. *Pœnarum mirandus repertor*; 4. *Chriſto infenſus.*

1. Certè, ſpontè in homines ſucceſſores gloriæ ſuæ, eſt crudeliſſimus.

Videtis, vt rotant, vt torquent, quos poſſident? &c.

2. Adde, quòd illi ſemper plus libet, quam licet.

3. Et ingenioſiorem eum eſſe, Perillo quolibet, pœnarum repertorem.

4. Et in Chriſtum priuatas habuiſſe cauſas ſæuiendi, quas mòx dicam.

Sed Chriſtus, in Paſſione, expoſitus fuit tyrannidi Diaboli; ergo immaniſſima quæque paſſus, ab immaniſſimo, licentioſiſſimo, imò (vt ſic dicam) tunc plenè licentiato, & ad pœnas ingenioſiſſimo; & priuatis in Jeſum odijs ægerrimo. Teſtis ipſe: *Hæc eſt hora veſtra* (inquit) *& poteſtas tenebrarum.* j. facta eſt Dęmonibus, ac vobis, ô Judęi, licentia, pro libito, in me ſæuiendi.

Tunc, *venit in eum princeps huius mũdi, etſi in eũ non haberet*

ret quidquam,& agmine facto.

Quâ data porta, ruit.

Tunc literæ (vt ſic loquar) publicæ illi; ac diplomata ampliſſima ſæuiendi, atque omne virus acerbitatis ſuæ, in corpus vitamque Chriſti effundendi, ſunt data; non reſtricta clauſulis, vt olim cùm Iobum inuaderet: *Veruntamen animam illius ſerua*, &c.

Diabolo propriæ, in Chriſtum ſæuiùs ſæuiendi cauſæ 4.

1. *Viri bonitas*. Contraria. n. diaboli malitia bonitati, vt ignis aquæ, &c. Torqueri ergò eum acriter adcurauit, vt vel impatiētiâ peior fieret.
2. *Victoria de eo frequens*. Matt. 4. Pugna a victis, in victores inſtaurata, ſæuiſſima.
   Victores victiq; cadunt, victique reſurgunt;
   —*Victis redit in præcordia virtus.*
   Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem. 2. Aeneid.
   A metu audacia.
3. *Velitationes crebræ illi damnoſæ*, quoties eijciebat præſidijs vſurpatis, j. è corporibus humanis, legiones dæmonum.
4. *Opimorum ſpoliorū detractio*, quoties, ſcilicet peccatores ad meliorem mentem reducebat, vt Magdalenam, Matthęū, Publicanum, &c.

Necdum illæ cauſæ irarum, ſæuiq; dolores
Exciderant animo, &c. 1. Æneid.
———*Mene incœpto deſiſtere victam!*
———*Prô Iupiter! ibit*
Hic, ait, & noſtris illuſerit aduena regnis?
Non arma expedient?—*ite*;

Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.
—— *cadat ante diem, mediaq; inhumatus arenâ.*
4. Æneid.

Qualia, quotque, à tali hoſte, paſſus, hinc *attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor eius.*

* ij. HOMO, altera cauſa efficiens Paſſionis { *Iudas proditor* / *Iudas emtor,* / *Pilatus,* &c. *crucifixores.*

Iudæ ac Iudæorum, quo ingratitudo maior, hoc Chriſtò crux acerbior Alexicacum, & malorum omnium depulſorem; ab ijs ipſis à quibus mala depulerit, tot malis premij vice onerari?

Iudas, Diſcipulus, Oeconomus, &c.

Pſal. 54. *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. Tu verò, homo vnanimis, dux meus, & notus meus.*

Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, &c. *Tu,* emphaticum hîc valde. Non quid, ſed à quo.

Pſal. 40. *Qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem.*

A Iudæis emi, crucifigi quàm moleſtum!

Zachar. 13. *Quid ſunt plagæ iſtæ, in medio manuum tuarum?*

Et dicet, His plagatus ſum, in domo eorum, qui diligebant me, j. diligere debuerāt, vel in domo, j. a filijs, quorum maiores me diligebant.

Iudæis cauſæ diligendi Chriſti præcipuæ {
1. *Libertas reddita, cæſo Pharaone.* Feci è ſeruo, vt eſſes libertus mihi.
2. *Lex data,* & quædam pædagogia.
Pſ. 147. *Nō fecit taliter omni nationi,* &c.
3. *Colonia data,* terra promiſſionis. *Non enim in gladio ſuo poſſederunt terram,* &c.
Quomodo perſequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia?
Nonne ideò quia Deus ſuus vendidit eos?
Sono tubarum muri Hierichuntini ruêre.
4. *Commeatus quotidianus* 40. *annis.*

Panem

| Panem cœli dedit eis, &c. Non ſunt attritæ veſtes eorum.

Iſa. 5. *Quid debui facere, & non feci?* &c.

Acerbiſſimum.	1. *Patronum,*	verberari,	*Clientum,*
	2. *Pædagogũ,*	crucifigi,	*Diſcipulorum*
	3. *Ducem,*	confodi,	*Militum,*
	4. *Nutritiũ,*	ſtilis	*Alumnorum.*

Ciceronem patronum ab ingrato cliente capite truncatum;

Caſſianum confoſſum ſtilis puerorum:

Senecam, Neronis iuſſo, in balneo mori iuſſum:

Patrem patriæ, à ciuibus ſuis cæſum:

Actæonem, à canibus ſuis laniatum, &c. quis ſiccis oculis legat?

At Chriſtus à Iudæis hæc omnia. Ergo ei hæc ab illis pati, acerbiſſimum.

Iſa. 1. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognouit.*

Actæon ego ſum, Dominum cognoſcite veſtrum, libro Metam.

III.

A causâ inſtrumentali.

Inſtrumentorum Paſſionis Chriſti quædam

- 1. *Dolorem facientia tantùm*
  - 1. *Claui,*
  - 2. *Haſta.*
- 2. *Ignominioſa tantũ*
  - 1. *Arundo.*
  - 2. *Alba veſtis,*
  - 3. *Purpura,*
  - 4. *Salutationes,*
  - 5. *Tit. crucis.*
- 3. *Ignominioſa, & dolorem facientia.*
  - 1. *Catena, vincula,*
  - 2. *Sputa,*
  - 3. *Spinea corona,*
  - 4. *Lora, ac flagra fortè hamata, ac ſpinea;*
  - 5. *Crux,* &c.

Spinæ, vel leuiter adtactæ, quàm pungunt!

Crux verò moleſtiſſ-
| 1. *Ignominiâ,*
| 2. *Senſu,*

ſtiſſima quâ ab
3. *Verecundiâ,*
4. *Morâ,*

Mortem autem crucis, addidit Paulus, incrementi vice.

Abire in malam crucem, frequens & Comicis.

Malo cruce perire, ait Graccchus.

Cic.5 in Verrem, crudeliſſimum, teterrimumque adpellat ſupplicium.

Summum ſupplicium Iuriſconſultis eſt antonomaticè, quibus, *crux etiam ſupra ignem.*

Nonnus Poeta in ca.19. Ioan. *damnatiſſimum quoddam fatum* vocat.

Scriptura: *Maledictus, qui pendet in ligno.*

* j. *IGNOMINIA crucis* magna.

Seruis enim conueniens, vnde dicta ſeruile ſupplicium.

Iuuenal. ſaty.6. *Pone crucem ſeruo.*

Crux ſer uis vel
1 *ob delatos Dominos.*
2. *ob machinas in Dominorum ſalutem.*
3. *ob fugam diuturnam, aut repetitam.*

Crux plebeiis, ac liberis vilioribus rara, niſi ob
1. *Latrocinium.* Senec. ep.7.
Hinc Chriſto duo latrones adpenſi.
2. *Sicariatum.*
3. *Falſum teſtimonium.*
4. *Affectationem regni, ac ſeditionē.*
Hinc ille titulus I N R. I. hinc & Iudæi: *Noli ſcribere Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit: Rex ſum Iudæorum.*
Paulus lib 5. tit.22.
5. *Homicidium.* Philo de ſpeciali lege.
Lipſio meo gratia, è cuius armario iſtorum aliqua libr. 1. de cruce.

Cicero quadam oratione in Verrem, ferre non poteſt, ciuem Romanum actum in crucem fuiſſe.

Et ecce tibi Regem Regum, Chriſtum, cruciatum inſtar

ſtar ſerui, inſtar Aman (*Heſt.* 7.) inſtar Regis Hai (*Ioſu.* 7.) inſtar Polycratis (*Heredot. in Thaliâ.*

Chriſtum cruciatum ſpectans, an non facilè dicas, illum vel latronem, vel ſicarium, vel falſum teſtem, vel regni affectatorem, vel homicidam? Cruce Siculi non inuenere Tyranni Maius tormentum, ſed nec infamius.

* *ij.* SENSVS ACER.

Crucis ſenſus tàm acer, vnde?

1. *A flagris.* Nam, ante cruciationem, cædi ſoliti cruciarij, & ſuo ſanguine purpurari.
2. *A clauis*, quibus ternis aut quaternis manus ac pedes terebrabantur.
3. *A lancea*, quâ configebantur iàm cruciati, vel ad accelerandum mortem, vel tentandum, númne verè mortui.
4. *Crurium confractione*, quæ duobus latronibus etiam adhibita.

* *iij.* VERECVNDIA. Nam, ante crucifixionem, nudabatur cruciarius, nudúſque adfigebatur.

Veſtimenta Chriſti nudati, & diuiſa, & aleæ expoſita.

At nuditas quàm nùnc verecunda ab Adæ lapſu, hominibus probis!

Geneſ. 3. *Vocem tuam audiui in paradiſo, & timui, eò quòd nudus eſſem.*

Geneſ. 9. Noe nudatus, Chami filij ludibrium.

Dauidi moleſtiſſimum, nudatas fuiſſe nates legatorum ſuorum.

Romanorum nemo nudus, cum liberis, in balneis. Nuditas verecunda, ſed omnium maximè virginibus.

Virgines (Mileſias opinor) à morte ſibi, deſiderio vitæ melioris, conſciſcendâ, non leges aliæ prohibuêre, ſed nuditatis in cruce ſolus metus. Nudas enim ſuſpendi tales placitum erat. Sed Chriſtus virgo virginum fuit. Ergò.

* *iiij.* MORA, Mors enim à cruce tardiſſima, vel ſtillante pauxillatim ſanguine, quà è manibus, quà è pedibus, quà è corpore flagris lacero; vel fame ac ſiti.

IIII

A cauſâ materiali.

Materia, circa quam, erat Chriſtus,

Vis ſenſitiua corporis Chriſti { 1. *Sine ſtupore.* 2. *Simul tota moriens.*

* 1 *SINE STVPORE.* Jn alijs ſtupor, ab acriori dolore; eliminat.n. ſenſum doloris obtuſioris, vis maior.

Jn flammas Aetnamque proiectus, inſtar Empedoclis, non ſentit dentium articulorumue dolorem. Chriſtus aliter. Singillatim enim diſtinctèque tormenta ſenſit, magna æquè ac parua: nec minoris ſenſum, maior extinxit dolor.

*2. *SIMVL TOTA MORIENS.* Jn cæteris paulatim illa ſentiendi vis emoritur, gradatim peruadit mors, frigent ac rigent pedes, nec ſi pungas, ſentiunt. [Chriſtus autem totus ſemel ac ſimul mortuus eſt.

Acerbitas paſſionis, ab animâ etiam Chriſti, quod ea { 1. *Intelligendi vi, ſingularis:* 2. *Voluntatis optimæ, & flagrantiſsimæ in nos charitatis.* 3 *Expers conſolationis.*

*j. *INTELLIGENDI VI, SINGVLARIS.*

Jgnoti boni amor, languidulus; notioris flagrantior.

Neſcis quid homini literæ proſint? oſcitanter, & in plumis ſtudebis: intelligis? noctes ac dies totus in libris eris, iuuabit impalleſcere chartis *Perſ. ſat. 5.*

Chriſti ergo anima, quo pleniùs, planiuſque intellexit vberes fructus paſſionis, hoc pati voluit vberius.

Nemo etiam illo melius intellexit peccatorum noſtrorũ grauitatẽ, pœnæ illis debitæ granditatem, animarũ nobilitatem preciumque: & vt nemo certior rerum æſtimator, ſic mercator nullus æquior. Non tantum pepẽdit, quantum Pythius, ſed quantum ius faſque voluit.

*ij. *VOLVNTATIS OPTIMÆ, & charitatis.*

Magnitudo operis, à magnitudine charitatis. [Charitas operatur magna, ſi eſt: ſi maxima, maxima operatur. At Chriſti charitas, intellectu maior, ardebat enim in eo, vt in fornace propriâ. [Ætnei ignes in eius ſacris viſceribus.

[Di-

[Dicere ille iure poſſit: *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.* Cant.2.

Ergo ardentiſsimè amans philanthropos ille, pleniſsimè liberare voluit, & ideò pleniſsimè atque vberrimè pati. *Copioſa, copioſa apud eum redemptio.* Pſal.129.

Omnia vincit amor.

*Geneſ.*29. Iacob, Rachelis nuptias deperiens, 14. annos totos Labano miniſtrauit, & tamen *videbantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine.*

*Geneſ.*34. Sichem circuncidi ſe eſt paſſus, Dinæ nuptias ambiens.

Et quid non fecêre impuri quondam amatores? Lectum mihi, quis, è feneſtris amicæ, ſeſe ſuſpenderit.

Senec. ep.4. *Alius ante fores pependit amicæ.*

Vidit Plangõ, meretrix Mileſia, Colophonium iuuenem pronum ad pedes, gladio in pectus minante, niſi læſa ignoſceret.

Nihil moderabile vnquam ſuaſit amor, nec hominibus, nec ipſi Deo.

D. Franciſcus, quæ, & quot, amore dilecti ſui Chriſti, non fecit? Quæ non D. Ignatius?

D. Ignatius ep. 12. quæ eſt ad Rom. *Vtinam fruar beſtijs illis, quæ mihi præparatæ ſunt: quas velim mihi veloces reperiri: quas etiam alliciam, vt compendio me deuorent, non vt quoſdam territæ non attigerunt: eæq; niſi voluerint vltro, ego vim inferam.* [Et poſt pauca: *Ignis, crux beſtiarum coitiones, diſſectiones, diſtractiones, oſsium diſperſiones, conciſiones membrorum, totius corporis conſtrictio, & tormentum diaboli in me veniant, tantum, vt Ieſum Chriſtum adipiſcar.*

D. Aug. de viduitate. *Non ſunt difficiles labores amanti, in eo enim quod amatur, aut non laboratur, aut labor amatur.*

Chriſtus, quanquàm nihil erat, cur nos, deformatos ſordibus noſtris, amaret; amabat tamen, & deperibat.

Nullos amores deformes, ait prou. Gallicum,

Ergo quantum amabat, tantùm pati volebat.

Menſurata eius paſſio, vlnâ charitatis eius.

Prou.23, *Verberauerunt me, & non dolui, vulnerauerunt*

me & non ſenſi. j. inſtat non ſentientis ſui, vi amoris.

* *iij. EXPERS CONSOLATIONIS.* Purus putus illi, ac merus dolor: cæteris, *calix Domini plenus mixto.*

Alijs fel, & mel. [Si lapidem illis vnâ quandoque, & panem alterâ quoque Deus offert manu.

Pſal. 93. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.*

2. Cor. 7. *Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio, in omni tribulatione noſtrâ.*

Qui liuores facit, idem ingerit vnctiones.

Melle conſolationis refecti *ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij*, fel contumeliarum deuorantes. *Act.* 5.

Act. 6. 7. Stephano lapidum torrens dulcis, hoc melle temperatus.

D. Andreas crucem, hoc temperamento lætus, ſalutauit.

D. Bartholomæus de ſuo, quaſi de alieno corio agi, parui duxit.

D. Laurentius ignes hoc rore reſperſos irriſit.

Hippolytus in contraria verſis equis tractus, vix ſenſit.

Tyburtius, carbones ſuos, roſas æſtimauit.

Mel illud aëreum, ac cœleſte conſolationum diuinarum, illis adfluebat, rationes quædam humanæ concurrebant.

Mutios Scæuolas non ingemiſcentes ad Porſenæ flammas, etſi cœleſtis illa gratia non redderet fortes, hæ tamẽ, aut pares, rationes exhilatabant:

His flammis inuror ad gloriam:
Vnimanum viuere ſatius, quàm inglorium:
Et facere, & pati fortia, Romanum eſt.

At in Chriſto nihil tale. Nec illum vis diuina, nec illum ratio humana ſolata eſt.

Deſertus ille tunc à
- 1. *Deo.* Deus, Deus, vt quid dereliq. me?
- 2. *Seipſo.* Renuit conſolari anima mea,
- 3. *Superiori parte animæ*, quæ etſi beata Deum facie ad faciem intuebatur, prohibita

eſt

eſt tamen ab ipſo Chriſto, ne in corpus gloriam transfunderet, inſtar beatorum.

4. *Diſcipulis.*

Hinc acutè illud: *Dolores inferni circũdederunt me.* Infernus enim cùm abundet malis meris· Cœlum, meris bonis: ideò, *Dolores inferni.* j mere dolores, *circundederunt me.*

Quod olim Martha dicebat Chriſto de Mariâ ſorore, hoc poterat & humanitas Chriſti queri de Diuinitate: *Domine, non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare?*

Diuortium tunc quoddam erat Diuinitatis ab Humanitate, non quâ ad vnionem hypoſtaticam, ſed quâ ad auxilium, non quâ ad fidem, ſed (vt ita dicam) quâ ad torum.

Rurſus, grauiſſimus cenſebitur Chriſti dolor, ſi quæ mẽbra excellenter paſſa, conſiderabitur, *Caput*, animæ regia, vt afflictatum! vt fœdatum! vulnera capitis, quam multa, qualia! Spinea corona, in cerebrum, magnâ vi incuſſa.

Lateris, qua ad cor eſt via, vulnera certè peſſima. Ideò inermi capite, lateri vmbonem in prælio prætendimus.

At miles validis ingentem viribus haſtam,
In latus iam mortui Chriſti
Contorſit, ſtetit illa tremens:

Jn manibus pedibúſque terebratus, venarum, neruorũmque ſedibus.

An non ergo vndequaque immenſus Chriſti dolor?

Vno verbo. Acerbitas Paſſionis Chriſti abundè intelligi poteſt, & ex triſtitia vſque ad mortem, & ex defluo ſanguine de toto corpore eius in agoniâ in horto, à ſolâ imaginatione futuræ Paſsionis.

Quis enim eſt qui hęc patitur? Vir animo imperterritus.

Quanta igitur fuerunt, quorum ſola præmeditatio virum imperterritum ſic affecit?

Obſtupeo. ſtant horrore comæ, vox hæret faucibus, dumtaxat cogitanti.

Non fruſtrà ille: *Attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus.*

Thren. 3. *Recordare paupertatis, & tranſgreſsionis meæ j.* doloris mei omnes ſuperantis.

An fruſtrà dixerit: *Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei?* vos amici mei, j. de meo nomine dicti Chriſtiani.

Virtus extulerat, ſed Judæi malitia huc deiecit.

Quis dabit capiti meo aquam, Auditores?

Doleo, caput meum, non eſſe Oceanum quendam, & oculos meos, torrentem lachrymarum, &c.

NOTÆ CONCIONIS IV.

Domin. I. Quadrag.

THEM. *Et, hymno dicto, egreſſus eſt* IESVS.

MATT. 26. MAR. 14. IOANN. 18.

FActâ repetitione, ſic propoſitum. Vobis (Domini Canonici) & principi huius vrbis Eccleſiæ, reuerentiæ ergo, & huic diei Dominico, reſeruaui primitias, & initia textus Paſſionis; alijs, & alibi datis prolegomenis.

Seruaui vinum bonum vſque adhuc.

Dicendum ergo hodie {
1. *Quid hymnus; & an idem cum oratione.*
2. *Quis fuerit hymnus iſte Chriſti.*
3. *Cur illũ cãtárit Chriſt⁹, & quid doceat.*

EXORDIVM.

Dom. Orlandus di Laſſus, Orpheus ille princepſque Muſicorum, & gloria meorum Mõtenſium, cantutus cum cæteris mottetum (vt vocant) quatuor vocum, ſedulò claues, tonos, notarumque ſedes, &c. intuetur; phonaſco huic dat fa, iſti la, &c. multùm occupatur, ante ſerium cantum; tandemque ipſe cum cæteris, vna omnes fœliciter concinunt, &c.

Cytharædorum multa, ante ſerios pulſus, procemia ac præludia.

Ego quoque, lugubrem odam Paſſionis Chriſti cantaturus, j. vobis expoſiturus, multis vſus ſum prolegomenis, ſed (vt reor) ad rem neceſſarijs, cytharam aptaui, chordas contraxi, &c.

Nunc verò ad rem ipſam:& primò quidem, ab hymno Chriſti,incipiendum cenſeo.

AVE.

I.

Hymnus quid, & an idem cum oratione?

Hymnum ſic definito; *Hymnus eſt canticum laudantium Deum,prolixius.*

Hymno ergò accidunt quatuor, { 1. *Laus*; 2. *Dei laus*; 3. *Cantus.* 4. *Prolixitas.* }

★ 1. *Laus*, & ★ 2. *Dei laus*, & ★ 3. cum *Cantu.*

D. Aug. in Pſal.39 *Hymnum*,ait, *eſſe canticum laudis.*

Idem in Pſal. 72.*Cantus ſunt,continentes laudes Dei.*

Si ſit laus,& non ſit Dei,non eſt hymnus. Non eſt hymnus ſi ſit & laus,& Dei laus,& non cantetur.

D Hieronymus in Amos 5. *Hymnus eſt canticum ad honorem Dei.*

Idem in 5. Epheſ *Hymn[illegible] maieſtatem & Fortitudinem prædicat Dei,eiuſdẽ beneficia [illegible] miratur.* [Caſſiodoro, *eſt laus carminum lege compoſita.*

★ 4. *Prolixitas.* Euthymius in prol. ſup. Pſal. *Cùm laudes ſimpliciter,ferè vulgatiores breueſq́; ſignificamus: at hymnus, eſt gloriæ diuinæ amplior quadam,& extenſior laus.*

Differentiam quoque hymni ab oratione ferè talem video,vt hymnus ſit ferè gratiarum actio, oratio communiter petitio.

*D. Aug.ſer.*36. *de verbis Domini* ait orationem ſemper exigere gratiam aliquam à Deo.

Ergo , ſi proprij nominis hymnum Chriſtus hîc dixit, cantauit,Deum laudauit, & prolixiuſculè.

Chryſoſt. homil. 83 in Matth. in hæc verba: *Gratias inquit,egit poſteaquam dedit,& hymnum cecinit,vt nos quoque ſimiliter faciamus:*

*Theophyl. in Marc.*14.

D. Aug.lib.14. Ciui.c 9.*Chriſtus gaudij & triſtitiæ motus*

certa

certa diſpenſationis gratiâ, cum voluit ſuſcepit animo humano, vt, cùm voluit, factus eſt homo.

Priuſquam igitur egrederetur cœnaculo, etſi multis intùs angeretur, ſuſcepit tamen paſſionis deſiderium ardens, & de imminente gaudium, quod expreſſit, dum hymnum cecinit. Nam cantus perfectus, lætum eſt opus, lætitiamq; animi exigit, & quicquid in Chriſto fuit, conſummatum perfectumque fuit.

Opinio.

1. Ex his, reijcitur opinio D. Thomæ in Matth. qui hymnum ad orationem illam refert, quæ Ioannis 17. habetur *Pater, clarifica Filium tuum*, vt idem ſit (*hymno dicto*) apud Matth. 26. & Marc. 14. quod (*Et cum hæc dixiſſet*, apud Ioã) Veriſimiliter quidem aſpectu primo, quod ſæpè pro oratione hymnus, ſed ſupra dicta ſatis infirmant.

2. Adde quòd D. Aug. ep. 2. ad Ianuarium c. 18. hinc adprobet cantus hymnorum, fruſtra, niſi verè Chriſtus ceciniſſet.

3. Præterea, Græci habent *Kaì hymniſantes* Matth. & Mar. & Vatablus vertit Matth *Et quum hymnum ceciniſſent*. Audis cantum. Cùm verò plurali numero dictum legis, rurſus vides aliud fuiſſe, quod Chriſtus ſolus orauit; aliud, quod in hymno, cum [illegible] cecinit. Et hinc intelligis concentum Apoſtolorum cum Chriſto, vt Epiſcopi cum clero, & Orlandi cum pueris.

Ah! dulcem Chriſti cantum!

Cant. 2. *Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis.*

Cœli ſilet concentus Ordinum,
Modulante Monarcha cardinum.
Philomela rauca repelleris,
Hic, de cantu, ſi te iactaueris.

Orpheos, Amphiones, Ariones, Orlandos, opinor, & Sirenas ipſas tacituras fuiſſe, ſi audiſſent.

II.

Quis fuerit hymnus iſte.

Diuerſis diuerſa ſententia.

★ *1. PAVLVS BVRGENSIS in Marc.* 14. morem fuiſſe

fuiſſe Iudæis ſcribit, poſt agni Paſchalis eſum, pſalmos ſex decantandi, *à Pſal.* 112. *vſque ad* 117. dictumque hymnum illum, Magnum alleluia.

Exordiebantur ſcilicet, à *Laudate pueri Dominum*, vſq; ad *Beati immaculati.*

Idem additione ad Pſal. 112. qui incipit, *Laudate pueri Dominum.* cum gloſſa Lyrani, ita habet: *Iſte Pſalmus cum quinque ſequentibus, vſque ad Pſal Beati immaculati in via, &c. excluſiuè, vocatur ab Hebræis Halleluya magnum, id eſt, hymnus magnus, de quo ſingularem faciunt ſolennitatem.* [*Nam in tribus præcipuis Feſtis, & Neomenijs, ſtantes iſtum hymnum cum maiore cantant ſolennitate, quàm cæteros pſalmos.*

Inſuper, in nocte Paſcha, cùm agnus Paſchalis comedebatur, poſt eius comeſtionem, recumbentes ad menſam iſtum hymnum ſolenniter dicebant: Vndè de hoc hymno ex iſtis ſex Pſalmis compoſito, intelligi debet illud, quod imminente Paſsione (Matth. 26) *legitur* (Hymno dicto) *eò quòd Chriſtus, poſt agni Paſchalis comeſtionem, huiuſmodi ritum conſuetum ſeruans, hymnum prædictum cum Apoſtolis recitauit.*

Hæc ibi.

Iudæo, de Iudaicis antiquitatibus, ante omnes credendum quis non putet?

Ex his quidam arbitrantur Chriſtum, ex traditione Iudaica, hîc pſalmos illos cecinisse.

Et ſatis ſimile vero, figuratam cœnam, eodem, cum figurante, fini concluſum.

Baronius Annal. p. 1. non valde alienus, aiens credi, fuiſſe pſalmum 113.

* ij. *D. VERO HIERONYMVS in Matt.* 26 putat hymnum hunc factum ex Pſal. 21. *Edent pauperes & ſaturabuntur.*

Credibile quoque, quoniam Eccleſia Sacerdotibus ad menſam ituris iuſſit recitandum aliquid ex hoc Pſalmo

* iij. *DOM ALBERTVS PATAVINVS Doctor Pariſ. p.* 3. paſſionis opinatur fuiſſe canticum Moyſi: *Cantemus Domino glorioſè*, &c. quod vocat Paſchale canticum, à populo Jſrael, tranſuadato mari rubro, præcinente Moyſe, decantatum.

Adri-

Adridet. Nam, poſt eſum agni Paſchalis ſolennem, & annuum à tranſitu maris rubri, quid aptius cantetur ab omni populo, quàm ipſiſſimum canticum, quod mox ab ipſo tranſitu compoſitum à ſuo Moyſe, & ab eodem populoque illo liberato decantatum, à viris ſeorſim, & à Mariâ ſorore Aaron, cæteriſque mulieribus ſeorſim? *Exod* 15.

Chriſtum autem idipſum ceciniſſe, hinc adducor vt credam, quòd ſcilicet Apoſtoli vna cum eo cecinère, quibus non tam in promtu fuit, pſalmos ſex memoriter canere, quàm hoc acroama, & canticum, quod ſolenne, hærens; atque ie (vt fit) ſcitum pueris & illiteratis.

Triumphale erat hoc canticum, cuiuſmodi vel mulierculæ nôrunt, pſalmos autem continuos ſex, non item.

Quoniam verò a Paulo Burgenſi Judæo ad Chriſtum conuerſo de rebus Judaicis, non facilè diſſentiendum, neque D. Hieronymo, ac Baronio hiſtoricorum Cæſari non temerè contradicendum, placet, vt adhuc, ſub iudice lis ſit. Quid cantici fuerit ignaris, in confeſſo eſt tamen; Chriſtum, non hymnum modò legiſſe, ſed verè ceciniſſe; faucibus explicatis, vt patet ex ſuperioribus.

III.

Quæ cauſa Chriſto nunc cantandi.

Homini agelaſto, & propè Heraclitum & turturem biduum exprimenti, quique nunquam, vlla in menſa, viſus ridere eſt, multò minùs cantare, flere autem ſæpè (vt in Lazari ſuſcitatione, vt viſis Hieroſolymis, &c.) quid nunc iam iam morituro venit in mentem, vt cantaret? Stupendum; *cùm cornix cecinerit.* Cic. 4. Acad.

Conſuetudini ac tempori res iſta (vt videtur) parum conueniens, quin etiam perſonæ Chriſti.

Prou. *Nemo ſobrius cantat.* Ergóne ille ebrius? abſit.

Cygnum, opinor, æmulatur.

O cygnum! ô cygnum! & candore, & canore.

Cygnum nunquam, niſi in morte, tumque ſuauiſſimè cantare quidam putant:

Alij verò, in omni quidem vita cantare, ſed in morte ſuauiſſimè:

Ælia-

Aelianus lib. 1. *var. hiſtoriæ* ſecundis propenſior, etſi ſubdubiet.

Apud Cic. in Tuſcul. Socrates opinatus cantare cygnos in morte, & cantum interpretatus, vt mox nos quoque,

Cantare quoque eos in vita, teſtis Virgil.

Virgil. 1. Æneid. *Et catu cinxêre polum , cantuſq; dedêre:* loquens de 12. oloribus, aquilæ metu, diſperſis, ac tandem in terram reducibus.

Idem 7. Aeneid. *Ceu quondam niuei liquido inter nubila cygni,*

Cùm ſeſe paſtu referunt, & longa canoros,

Dant per colla modos. ſonat amnis & Aſia longè.

Pulſa palus.

Idem 10. Æneid. *Crimen amor veſtrum, &c.*

Namque ferunt luctu Cygnum Phaëtontis amati,

Populeas inter frondes, vmbramq; ſororum,

Dum canit, & mœſtum muſâ ſolatur amorem,

Canentem molli plumâ duxiſſe ſenectam,

Linquentem terras, & ſydera voce ſequentem.

Ligurem autem quendam fuiſſe, Cygnum nomine, Phaëtontis amatorem, notat illîc Seruius.

Cantûs verò cygnorum in morte, teſtimonia mihi vno plura.

Ouid. lib. 2. Faſt. *Flebilibus numeris veluti, canentia dura.*

Traiectus penna tempora, cantat olor.

Idem in Heroid. ep. Didonis ad Aeneam. *Sic, vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis,*

Ad vada Mæandri concinit albus olor.

Idem lib. 5. Triſt. eleg 1. *Vtq; iacens ripa, deflere Cayſtrius ales.*

Dicitur ore, ſuam, deficiente, necem.

Martial. lib. 13. qui Xenia inſcribitur: *Dulcia defecta modulatur carmina lingua*

Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Cantant ergò cygni moribundi ſuauiſſimè, mortis ſuæ præſagio.

Cæterum, memini alicubi mihi lectum, non gutture can-

cantum illum cygnos edere, ſed alarum ſonorà concuſſione: etſi Virgilius dicat ſuperius ; *& longa canores dant per colla modos.*

Cicero in Tuſcul. de contemnenda morte, ait, Socratem arbitratum cantare Cygnum, quaſi præſagientem quid in morte ſit boni.

Cygnus rationalis Ieſus meus. Quidni enim cygnum dicam, quem alij agnum? &c.

Cygnus
1. *Niue candidior*, ne plumam quidem vnam toto corpore nigricantem geſtans.
2. *Mitis, prædis inſuetus* (non vt falco aut miluus) ab aquarum fundo victum quæritans ſcilicet.
3. *Amicus homini*, ideò in viuarijs, ac ſtagnis vrbes alluentibus victitat.
4. *Et (ſi vera fabula) natus Ligure quodã Philanthropo*, vt dictum ſupra.

Cygnus meus Jeſus etiam
1. *Sine maculâ*. Quis ex vobis arguet me de peccato? Neque is grandeſcens tantùm, albuit aut canduit, inſtar cygni, qui pullus pullatus quoque eſt, ac ſubniger: ſed ab inſtanti conceptionis, ipſa niue candidior. Cygnus & *Agnus ſine macula*.
2. *Mitis*. Matth. 11. *Diſcite à me quia mitis ſum.*
3. *Amantiſſimus hominis, philanthropos* qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, &c.
Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.
In terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.
Crimen amor veſtrum. Exceſſit limites amoris, vnde illud: *Loquebatur de exceſſu, quem completurus erat in Hieruſalem.*

Cygnus autem iſte nunquam ridens, neque cantans, en mor

mox moriturus cantat, quid hoc rei? Ingens aliquod gaudium, credo, hunc illi cantum expreſſit, aut extorſit, aut vt cygno, magnorum; à morte iſta ſua; bonorum præſagium.

Ouid. 1. Triſt. *Carmina proueniunt animo deducta ſereno.*

Gaudium ingens illi, à duplici causâ
- 1. *A Paſſionis viciniâ.*
- 2. *Ab Euchariſtia inſtitutâ.*

★ 1. *A PASSIONIS VICINIA*; ac fructibus inde naſcituris.

Nam tum Paſſionem intuebatur, non vt tragicam cruentamque hiſtoriam; ſed vt lætum Euangelium, itaque ſic ad crucem, vt ad epulas, aut choreas, properabat cantans.

Cygnus cantat, velut præſagiens, quid in morte ſit boni; Et Chriſtus, ſciens à morte ſuâ noſtram pendêre lotionem, iuſtificationem, reditum cum Deo in gratiam, exitum ex Inferno, regreſſum in Cœlum, &c.

Luc. 12. *Baptiſmo habeo baptizari; & quomodo coarctor, donec illud perficiam?* Italiam, Italiam, inclamant Æneadæ, cùm propinquant.

Beda in Marc. 14. Vult Chriſtus hîc oſtendere, ſe voluntariè mortem acceptare. *Hilarem datorem diligit Deus.*

Cantabat igitur, & quodam modo cantans, illud aiebat: *Nemo me lachrymis decoret, neque funera fletu.*

★ 2. *AB EVCHARISTIA INSTITVTA*, inuento pluſquam Dedalæo, quo effectum, vt rediens ad Patrem, quâ præfixerat horâ, bonus Filius; charos tamen ſodales non deſereret, ſed apud eos, intra eos eſſet. Adeſt enim ſic nobis, & abeſt: abeſt, quia non videtur: adeſt; quia in illo Sacramento ipſiſſimus eſt.

Dicebat duans neſcio quid tale, de Sacramento illo mirabili;

Iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.
Cùm volet illa dies, quæ nil niſi corporis huius
Ius habet, incerti ſpatium mihi finiat æui;
Parte tamen meliore mei, imò integer iſthîc
Verſabor, *nomenq; erit indelebile noſtrum.*
Quaq; patet domitis Romana potentia terris;

E *ore*

Ore legar populi perq; omnia ſecula,ſanctos
(Antè abeat cœlum,mea quam præſagia)paſcam.
Hæc ferè vlt. Metam. in fine.

Auelli non poterat à nobis, cuius *deliciæ eſſe cum filijs hominum.*

Gallina iſta rationalis, quæ congregat pullos ſub alas, excluſo tali ouo,crocitat, & cantillat.

Sicut Apelles,perfectâ inſigni aliqua Alexandri ſui Magni tabellâ,dum eam intueretur, exultabat, & fortè ore, quaſi fiſtulâ quadam, neſcio quid ſuauiſonum ſibilabat: ita Chriſtus, de Sacramento altaris ingenioſè olim excogitato, & tunc potenter dato, ad cantum vſque recreabatur.

Si contra inquis; non videri natum hunc cantum ex gaudio,quod mox dicatur *pauere,triſtari,ac mœſtus eſſe*: reſponſum iam eſt tibi,ac præoccupatum, gauiſum Chriſtum de Paſſione,quam tum attendebat vt Euangelium, i. rem vtilem nobis.

At,quod mox dicatur triſtari,&c. à conſideratione alia eſt eiuſdem rei,hiſtoricâ ſcilicet, & vt erat contraria naturæ bono.Res eadem inſtar Iani,facie gemina.

Adde,quòd alio tempore,mæror ille, alio cantus iſte; neque quidquam prohibere,eundem animum diuersè aduerſeque affici diuerſo tempore.

Et notanter dicitur: *Cœpit contriſtari &c.* vt videas nunc verè lætum fuiſſe.

Denique,neceſſarium erat illum gaudere, vt Martyres, ad fortia,exemplo Ducis,animarentur.

Documenta à cantu Chriſti non pauca.

Cantus iſte Chriſti inſinuat:
1 *Cantica templorum.*
2. *Communicantium officium.*
3. *Egredientium à Miſſa vituperium.*
4. *Gratiarum poſt cibos actionem.*
5. *Triſtium conſtantiam.*

★ *j.* CANTICA TEMPLORVM. Concludendum enim, ſi ſacroſancta Liturgia, à Chriſto, ipſo inſtitutioni ſuæ die, cantu laudibuſque diuinis eſt honorata; à no-

bis

bis quoque precibus , ac Dei laudibus etiam decantatis (non tantùm Conſecratione, Oblatione, ac Communione, partibus eius eſſentialibus, vt vocant) congruè perfici, ad pleniorem myſteriorum auguſtiſſimorum reuerentiam.

Jtem Monachorum, Canonicorum, &c. cantus, non eſſe, velut latratus canum irridendos.

D. Aug. ep. 2. ad Ianuarium c. 18. *De cantandis hymnis, ipſius Domini habemus teſtimonium.*

Et Coloſſ. 2. Epheſ. 5.

Philo Iudæus lib. de ſupplicum virtutibus, primos illos Chriſtianos hymnos ceciniſſe prodidit.

Nicephorus lib. 2. c. 22. Corpus B. Matris-Virginis cum hymnis delatum ſcribit.

Plinius 2. Iunior ſcilicet, lib. 10. ep. ad Traianum, item Tertull. Apologetico contra Gentes pro Chriſtianis, ſcribunt ſolitos illos eſſe, ante lucem conuenire, carmenque Chriſto, quaſi Deo, dicere ſecum inuicem Et, malum! cur id non liceat Catholicis in templo, cùm Hæretici heri nati, ſuos pſalmos Marotianos tam liberè atque importunè cantilent in plateis, in compitis?

Habet cantus iſte ſua commoda,

1. *Iuuat mentis, alioqui facilè mobilis, in Deum intentionem, ac ſiſtit deerraturam;*
2. *Membris linguæ & gutturis maximè peccatoribus, Deo ſatisfacit, penſo, quod poteſt, tributo;*
3. *Proximi & Auditoris deuotionem inflammat, deuotionis noſtræ & fidei illo teſtimonio:*

D. Baſilius in Pſal. 1. *Quando Spiritus S.* inquit, *nos vidit ægrè perſuaderi ad complexum virtutis, ac proindè ad ineundã vitæ rectitudinem per hoc lenteſcere, quòd toti ad conſectandã voluptatem propenderemus, quid fecit? Nimirùm ſcripturæ ſuæ dogmatis miſtim inſperſit cõcinnam iſtam numerorum modulationem, vt, auribus permulctus ac delinitis melico vocum conſenſu, clàm ac velut aliud agentes ſineremus in animos noſtros irrepere eloquiorũ vtilitatẽ, idq; pro more ſapientis medici. Is enim pharmacũ oblaturus auſteriuſculũ quidẽ aduerſanti cibis*

nec probè concoquenti ſubindè oras calicis prælinit melle. *In hoc ſanè excogitati ſunt concinni iſti concentus pſalmorum, vt qui per ætatem pueri etiamdum ſunt, aut certè morum maturitate nondum incanuerunt, dum in ſpeciem concinunt ac modulantur, reipſa animas erudiant ſuas*.

Solinus certè ſcribit, fontem eſſe in Sicilia, qui occulto quodam naturæ inſtinctu, videtur velut cantu delectari. Cantante enim quopiam, aut melodiam apud illum faciente, videtur mox aqua plus ſolito ſurgere, erumpere, & ſupra margines alueumque efferri.

Orphei cantus vel ipſas Inferni furias mitigauit. Dauidis cythara dextro pollice percuſſa ſpiritum Saulis malū tantiſper compeſcuit. 1. *Reg* 17. Virgil in Pharmaceutria. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis*. Cauenda interim in religioſo cantu nimia mollities, & vocis illæ fractiones. *Caluinus lib*.3 *inſtit* c.20.§.32. ait Papiſtici cantus fractiones, & quatuor partium Muſicam dedecere Eccleſiæ Maieſtatem.

Eraſmus alicubi etiam aliquid in cantu noſtro carpit, ſed & Catholiciſſimus ille Lindanus, in Panophia illa ſua celeberrima.

D Aug.lib.10. *Confeſſ.c*.33 ait, ſe optaſſe, ſeruari cantādi illum modum, Athanaſio ſeruatum, qui ſimilior eſſet lectioni, quàm cantui (vt nunc fortè eſt Capuccinorum & Recollectorum noſtrorum, ſenſu meo ſanè religioſiſſimus, & cantori atque auditori ad meditandum aptiſſimus.) Addit tamen idem Auguſtinus, cùm recordatur fructus vberis quem ex cantu Eccleſiæ collegit, ſe cantum magis probare.

Gregorianus ergò ille (quem vocant) cantus, velut media gradiens via, quem ferè Obſeruantini Minores omnes adhuc retinemus, ſenſo meo, *Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci*; ſic aurem animumque harmonia demulcens, vt non auferat (ſicut Muſica concordi variarum vocum diſcordia) intelligendarum dictionum facultatem.

* *ij. COMMVNICANTIVM OFFICIVM.*

D. Baſil. in Reg. 21. *moral* c. 4. colligit hinc (*hymno dicto*) qui ſancta communicat, laudes Deo canere debere.

Tho-

Theophyl in Marc 14. Apoſtoli hymnum dixerunt, vt diſcamus & nos ſic facere.

Orig homil. 35. *in Matth.*

* *iij.* EGREDIENTIVM A MISSA *vituperium.*

D. Chryſoſt. homil. 83. *in Matth.* hinc colligit peccare eos grauiter, qui ſtatim peractâ Miſſæ communione, recedunt, non expectata vltimâ prece.

Iſtius (ait) *hymni ſymbolum eſt, vltima myſterij oratio & benedictio.*

De conſecrat. diſt. 1. c. Miſſas. *Miſſas, die Dominico, ſecularibus totas audire ſpeciali ordine præcipimus: ità, vt ante benedictionem ſacerdotis, egredi populus non præſumat: quod ſi fecerint, ab Epiſcopo, publicè confundantur.*

Ioannes Eleemoſynarius aliquando id caſtigaturus, populum diſcedentem intuitus, ipſe quoque celebrans diſceſſit, imperfectâ Miſsâ, ac quærentibus dixit: Et cur vos non pergitis audire? q. d. *Vbi non eſt auditus, ne effundas ſermonem.*

* *iiij* GRATIATVM *poſt cibos actionem.* Contra eos qui brutorum, & quidem porcorum inſtar, nec ante nec poſt cibos, ſui altoris Dei, alumni ingratiſſimi, meminêre.

D. Chryſoſt. *Audiant*, inquit, *quicunque velut porci manducantes ... calcitrant menſam ſenſilem, cum deceret gratias agere.*

1. Theſſ. 5. *In omnibus gratias agite.*

Porcos ferunt veſcentes glande ſub quercubus, nunquã oculos in cælum aut in quercum, ad glandium decuſſorem, adtollere.

* *v.* TRISTIVM CONSTANTIAM. Nulla .n. anguſtia ceſſandum, ab hilari laude Dei.

De quibuſdam hæc vera:

A ſal. 48. *Confitebitur tibi, cum benefeceris ei.*

Si non fuerint ſaturati. & murmurabunt.

Longis abſtinent tunc laudibus, aut omninò non laudant, aut ſi laudant, perfunctoriè id præſtant, Merulæ inſtar, quæ Aeſtate canit, hyeme balbutit. *Plin. lib.* 10. *c.* 29.

Mortuo viro aut vxorcula, ſic flet, ſic luget pars viduata, vt ne verbulum precis ad Deum poſſit effudere.

Fortior qui dixit: *Benedicam Dominum, in omni tempore.*

nec probè concoquenti ſubindè oras calicis pralinit melle. In hoc ſanè excogitati ſunt concinni iſti concentus pſalmorum, vt qui per ætatem pueri etiamdum ſunt, aut certè morum maturitate nondum incanuerunt, dum in ſpeciem concinunt ac modulantur, reipſa animas erudiant ſuas.

Solinus certè ſcribit, fontem eſſe in Sicilia, qui occulto quodam naturæ inſtinctu, videtur velut cantu delectari. Cantante enim quopiam, aut melodiam apud illum faciẽte, videtur mox aqua plus ſolito ſurgere, erumpere, & ſupra margines alueumque efferri.

Orphei cantus vel ipſas Inferni furias mitigauit. Dauidis cythara dextro pollice percuſſa ſpiritum Saulis malũ tantiſper compeſcuit. 1. *Reg* 17. Virgil in Pharmaceutria. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis*. Cauenda interim in religioſo cantu nimia mollities, & vocis illæ fractiones. *Caluinus lib.3 inſtit c.*20.§.32. ait Papiſtici cantus fractiones, & quatuor partium Muſicam dedecere Eccleſiæ Maieſtatem.

Eraſmus alicubi etiam aliquid in cantu noſtro carpit, ſed & Catholiciſſimus ille Lindanus, in Panophia illa ſua celeberrima.

*D Aug.lib.*10. *Confeſſ.c* 33 ait, ſe optaſſe, ſeruari cantãdi illum morum Athanaſio ſeruatum, qui ſimilior eſſet lectioni, quàm cantui (vt nunc fortè eſt Capuccinorum & Recollectorum noſtrorum, ſenſo meo ſanè religioſiſſimus, & cantori atque auditori ad meditandum aptiſſimus.) Addit tamen idem Auguſtinus, cùm recordatur fructus vberis quem ex cantu Eccleſiæ collegit, ſe cantum magis probare.

Gregorianus ergò ille (quem vocant) cantus, velut media gradiens via, quem ferè Obſeruantini Minores omnes adhuc retinemus, ſenſo meo, *Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci*; ſic aurem animumque harmonia demulcens, vt non auferat (ſicut Muſica concordi variarum vocum diſcordia) intelligendarum dictionum facultatem.

* ij. COMMVNICANTIVM OFFICIVM.

D. Baſil. in Reg. 21. *moral c.* 4. colligit hinc (*hymno dicto*) qui ſancta communicat, laudes Deo canere debere.

Tao-

Theophyl in Marc 14. Apoſtoli hymnum dixerunt, vt diſcamus & nos ſic facere.

Orig homil.35 in Matth,

* *iij.* EGREDIENTIVM A MISSA *vituperium.*

D. Chryſoſt. homil.83. in Matth. hinc colligit peccare eos grauiter, qui ſtatim peractâ Miſſæ communione, recedunt, non expectata vltimâ prece.

Iſtius (ait) *hymni ſymbolum eſt, vltima myſterij oratio & benedictio.*

De conſecrat. diſt.1.c. Miſſas. *Miſſas, die Dominico, ſecularibus totas audire ſpeciali ordine præcipimus: ità, vt ante benedictionem ſacerdotis, egredi populus non præſumat: quod ſi fecerint, ab Epiſcopo, publicè confundantur.*

Ioannes Eleemoſynarius aliquando id caſtigaturus, populum diſcedentem intuitus, ipſe quoque celebrans diſceſſit, imperfectâ Miſſâ, ac quærentibus dixit: Et cur vos non pergitis audire? q. d. *Vbi non eſt auditus, ne effundas ſermonem.*

* *iiij* GRATIATVM *poſt cibos actionem.* Contra eos qui brutorum, & quidem porcorum inſtar, nec ante nec poſt cibos, ſui altoris Dei, alumni ingratiſſimi, meminêre.

D. Chryſoſt. *Audiant,* inquit, *quicunque velut porci manducantes ... calcitrant menſam ſenſilem, cum deceret gratias agere.*

1. Theſſ. 5. *In omnibus gratias agite.*

Porcos ferunt veſcentes glande ſub quercubus, nunquã oculos in cælum aut in quercum, ad glandium decuſſorem, adtollere.

* *v.* TRISTIVM CONSTANTIAM. Nulla .n. anguſtia ceſſandum, ab hilari laude Dei.

De quibuſdam hæc vera;

Pſal. 48. *Confitebitur tibi, cum benefeceris ei.*

Si non fuerint ſaturati, & murmurabunt.

Longis abſtinent tunc laudibus, aut omninò non laudant, aut ſi laudant, perfunctoriè id præſtant, Merulæ inſtar, quæ Aeſtate canit, hyeme balbutit. *Plin. lib.10.c.29.*

Mortuo viro aut vxorcula, ſic flet, ſic luget pars viduata, vt ne verbulum precis ad Deum poſſit effudere.

Fortior qui dixit: *Benedicam Dominum, in omni tempore.*

Iacob.5. *Triſtatur quis in vobis? pſallat.*
Pſal.119. ***Ad Dominum,cùm tribularer,clamaui:& exaudiuit me.***
*Dan.*3. Tres pueri in fornace medijſque flammis cantitarunt.
Chriſtus ipſe mox factus in agoniâ prolixius orabit, vt audies.

NOTÆ
CONCIONIS V.
Eodem die, poſt meridiem.

THEM. *Et, hymno dicto, egreſſus eſt* IESVS.

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum nunc	1. *Rurſus, quæ cauſa cantandi Chriſto.* 2. *Cur domo exierit capiendus.* AVE.

EXORDIVM.

Poſtquam belli Dux dudum in portu, fixis anchoris, hæſit, occupatus velis, remis, armis, rudentibus, balliſtis, pulueribus, milite victuque parandis, tandem è portu ſoluens, ſe credit clementiæ dubiæ inclementis barbariq; clementi. Confluit verò popellus vndique, viſendi ſtudio, ac precandi fœlicia emigranti.

Meminiſtis exercitus noſtri naualis ad Dunquerkam, &c. & vt eo cucurreritis, ſoluturum è portu Ducem Parmenſem, ac militem, è littore ſpectaturi.

Rurſus. Poſtquam Nobilis aliquis, venatum proceſſurus, canes, equos, retia rara, plagas, lato venabula ferro, cornua, &c. adparans, multùm diuque demoratus in aula arcis ſuæ; Egreditur tandem cum ſuis.

Vndique viſendi ſtudio Troiana iuuentus Circunfuſa ruit,

Ita Jeſus Rex Regum, in cęnaculo, quędam quaſi arma venationi ſalutis noſtræ opportuna adparauit, acuit ſe, ſuorumque animos, &c. Jn domo illa, velut in portu, commeatu ac viatico Euchar. ſe ſuoſque inſtruxit, Jam

Iam verò tandem, *Hymno dicto, egreſſus eſt Ieſus*, ſeque inclementiæ maris inclementis credidit.

Exultauit, vt gygas, ad currendam viam.

Ergo & nos quoque egrediamur, vel ad portam, vel ad portum, vt Regem hunc egredientem, è portu ſoluentem videamus.

Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo.

Nam & vrius, Domino ſaltante, ſaltat, &, cum eo, ad bella progreditur, carus adulator.

Dolendum planè iter iſtud Chriſti mei.

2. *Reg.* 15. Videre mihi videor Dauidē nudo capite, nudis pedibus fugientem Abſalonem ſuum. Sed de hoc itinere mox multa.

Nunc, priùs nonnullas per ò cauſas dicamus cantûs Chriſti, ante quàm ſoluer et ex hoc quaſi portu.

I.

Rurſus quæ cauſa cantandi Chriſto.

Credo, non tam bellicum canere, quam receptui voluit.

* *CLEMENTIA ISTA IN HOSTEM fuit.*

Plutarch. tom. 1. *vit. in Lycurgo*, ait Lacedæmonas, ad fiſtulæ ſonum, procedere ſolitos in prælium; *nō cornuum tubarúmve ſignis, ſed tibiarum modulis*, ait Gellius lib. 1. c. 11.

Thucydides idem affirmat.

Germanis etiam nunc mos idem.

Cretenſes tum quoque cythara vti, lectum nobis alicubi. Gell. lib. 1. c. 11.

Lacedæmonijs autem (apud Thucydidem) hæc vſus fiſtulæ cauſa: moderatiores vt eſſent, ac temperatiores animi bellantium, neq; ferocirent, ſeipſos ſic quodammodo demulcebant. Erant enim naturę bellacis; vel ipſæ etiam Lacænæ.

Nota illa mulier, quæ filio in militiam proficiſcenti ſcutum porrigens dixit, animo planè ſtiloque Laconico: *Aut hunc, aut ſuper hunc.*

Jllæ etiam, quæ fugacibus maritis, detectis ventribus, obcurſarunt, quærentes num iteratò in eos introire vellet

A Lacænis tam maſculis atque bellacibus, Lacones ipſos diſce.

Ergo illi, ferocem ſpontè naturam, ne in hoſtem victum fuſumque, non ſine malâ notâ nimium ferociret, fiſtulis leniebant.

1. *Reg.* 24 Lenijt Saulis furias Dauid arte pari. Orpheus, Cerberum ipſum, & furias omnes.

A. Gellius lib. 1. *noct cap.* 11. de hoc ritu, & cauſis conſulatur.

An non fortè etiam Chriſtus obcurſaturus hoſtibus, ſuos (Petrum, ſcilicet naturæ calentis, & Andream ingenij fortè paris, ſed & Thomam, qui dixerat: *Eamus, & cum illo moriamur*: & Ioannem iuuenem, pollentemq; viribus, &c.) cantu hoc demulcet, ne in hoſtem ferociant? ſe verò, ne, pro meritis, Iudam terræ det abſorbendum, aut fulmini è cælo ruenti opprimendum? Forſitan id cauſæ [An Pythagoræos voluit imitari, quibus in more eſt ad lyram obdormire?

* [ij. *LÆTA GRATIARVM ACTIO*, de refectione duplici, corporum in cœnâ Moſaicâ; mentium in myſticâ ac viaticâ.

Hilarem datorem diligit Deus.

Diſce vel hinc tu quoque, à menſa non recedere, non actis gratijs.

Porcorum illud eſt, comedentium quidem decuſſas glandes, at in decuſſorem ne ſemel ſuſpicientium.

Porcorum euerſis menſis obdormire.

Plus paulò ſapit catellus, qui, de menſa Domini, accepta mica, recurſat ad illum, & cauda adludit, nouam poſcens ac merens gratiam, de vetere non ingratus.

D. Ambroſ. ſer 42.

Chryſoſt in Matth. 26. videantur.

Quam ruſticus ille eſt Corydon, & Grobiani ac Grobianæ diſcipulus, mendicus ille, qui victûs largitori ne verbulo refert gratiam, tam ille eſt agreſtis, qui nullam Deo, remotis menſis.

Nota

Nota moralis in temporum noſtrorum mores.

Cæterùm,id ſeriò notandum (*Hymno dicto , egreſſus eſt Ieſus*) in eos,qui ſe promereri falsò putant Indulgentias, ſi egregiè bibant,peractis,ritu Chriſtiano,gratijs, & ſi plus deinceps vini abſorbeant,quam toto ſeſquihoræ cõuiuio.

Hoccine illi vocant Indulgentias,intemperanter genio indulgere?

Ego verò non Indulgentias,ſed potiùs irritamenta diuinæ vltionis: aut, ſi illæ indulgentiæ ſunt, non illæ ſanè animæ pœnitentis,ſed corporis: non Papæ alicuius, ſed Epicurei alicuius potci,ac mali genij ſunt inſolentiſſimæ.

Sedibus infernis Iubilus ille venit.

An,*Hymno dicto,egreſſus eſt Ieſus*, nos vt interim in multam noctem calices epotemus, & vaſa deſiccemus? Neronicum quiddam illud eſt , ac praua Catonis illius intemperantis cacozelia,non Chriſti [Cato enim ille minor,qui proauum habuit Catonem maiorem,quamuis omni virtute eſſet cumulatiſſimus, tamen cum amicis interdum cõpotitabat,tota nocte ad Auroram, quod ebrietatis vitium præcipuè illi obiecit 2. libris Cæſar,quos vocauit Anticatones.

Dolendum,tam malę rei tam ſpecioſum nomen, Indulgentiæ.

Meliùs paulò illi, qui vocant pedeſtre certamen , etſi ſignificationis ignari. Hoc enim modo,maximè in Deum valetudinémque corporis decertatur.

Deinde,quid in eos dicas, qui egrediuntur , ſed *Hymno non dicto*, porci Deo ſuo ingratiſſimi?

II.

Cur domo egreſſus,iàm iàm capiendus.

Dicas fortè: An non maioris cuiuſdam animi,fixo domi gradu præſtolari hoſtem,quàm egredi,quaſi ad fugam,aut latebras?

Opiniones hîc variæ { 1. *Impingentium Chriſto fugam,*
2. *Liberantium à metu*

* *1. IMPINGENTIVM CHRISTO FVGAM.*

Lactant.lib.4.inſtit.c.18 *Seceſſit cum diſcipulis ſuis, nō vt vitaret, quod neceſſe erat perpeti ac ſuſtinere , ſed vt oſtenderet, quòd ita fieri oporteat in omni perſequutione, ne ſuá quis culpâ incidiſſe videretur.*

D. Athanaſius ferè idem in apologia de fugâ ſuâ.

Symboli quidem pius author, ac defenſor inuictus Athanaſius excuſari certè poteſt, ſi dicatur (& veriſimilius) loqui de fugis Domini ante hunc diem: vt cùm quæreretur lapidandus, aut è vertice montis præcipitandus, &c. ante horam, à Patre, morti eius præfixam. Neque tempus ſtatū anticipari , neque genus mortis volebat commutari. Cruci ſe ſemper reſeruabat . At mihi Lactantius hîc inexcuſabilis, Patribus reſtragantibus multis , ac maioribus.

An hoc fugere eſt , illuc quò ſæpius ieris , emigrare?

Familiarior illi mons Oliuarum, cœnaculo illo: Nam *frequenter conuenerat ad hortum, cum diſcipulis ſuis* , ait Euang.

An hoc fugere eſt, ex tutiori, ad minus tuta egredi?

An non tutior Chriſtus domi, quàm in hortulo omnibus peruio? In vrbe, quam ruri?

Domus certè fuit hominis opulenti, nam cœnaculum *grande*, atque illud *ſtratum* habere, & 13. viros, cœnâ lautâ vinoque donare, non eſt paruarum opum ; ergo etiam ipſa domus, contra vim munita.

*D. quidem Ambr. lib.*10.*in Luc c.*22. putat fuiſſe domum filiorum Zebedæi , in monte Sion, non procul à domo Salomonis , amici occulti propter metum Iudæorum.

Mihi verò vix id videtur. Piſcator enim ille Zebedæus, & (vt adſolet) non admodum diues . Diuitem autem hodiernum Chriſti hoſpitem , probem quadruplici viâ.

Hoſpes Chriſti diues creditur â
- 1. *Cœnaculi magnitudine,*
- 2. *Cœnaculi ornatu ac ſitu,*
- 3. *Conuiuarum numero,*
- 4. *Conuiuij potu.*

* 1. *CÆNACVLI , MAGNITVDINE* , dicitur

tur enim *cœnaculum magnum & grande* (apud Luc. 22. & Mar. 14. Tale autem dedeceat piſcatorem.

* 2. *CÆNACVLI ORNATV*; Nam *ſtratum* fuiſſe dicit Euangelium Marci 14. & Vatabli verſio addit *paratum. Stratum* puto non lapide in pauimento, ſed aulæis aut ſimilibus in parietibus, nam lapide ſterni vix potuit, cum illud fuiſſe ſublimius in altiore ædium parte extructum dicat Vatablus anotat. 6. qui ſitus præterea etiam, diuitis domum fuiſſe indicat, cùm pauperibus tuguria ſint humilia, & vnâ contignatione contenta, vix granarium, nedum editius cœnaculum habentia. [Et, quis credat, domum piſcatoris contiguam Palatio Salomonis? aut ſitam in monte malè congruo piſcibus adſeruandis?

* 3. *CONVIVARVM NVMERO*. Chriſtus enim ibi, cum 12. Apoſtolis, exceptus paſtusque eſt, quibus adde domeſticos.

Tot viros cœna piſcatoris excipiat?

* 4. *CONVIVII POTV*. Nam illîc vinum propinatum conſtat, quantum ſatis ſolenni cœnæ, in quâ omnes bibere, ſaltem ex calice myſtico. *Bibite*, enim, inquit Ieſus, *ex eo omnes*, ſicque, in orbem ijt minimè inſolentem, inſolens ille calix. Et ſimile vero, vinum paratum cœnæ Moſaicæ, ab hoſpite cœnæ myſticæ minine præſago, etiā Chriſto Apoſtoliſque ante myſteria propinatum, quæ omnia diuitem hoſpitem hunc probāt.

Ergo, ſi egregiè is diues, domum quoque contra vim munitam ac validam habuit, ac ſeruos fortè etiam nōnullos: quibus adde & vicinos hoſpitis. Præterea, in vrbe plures Chriſti fautores, quàm in agro.

Vnde fit, tutiorem illum eſſe potuiſſe in vrbe, in illa domo, quàm foris in horto; maleque perſuaderi poſſe, egreſſum fugæ ſtudio.

* ij. *LIBERANTIVM, EVM A METV*. Hæc opinio adridet, præſertim quòd exitus huius, è domo ad hortū. quinque dari poſſint cauſæ, prima à perſona capiūda, altera à loco, tertia ab hoſpite, quarta ab hoſte ac proditore, quæ bipatens ac duplex, prima à ſperata eius pœnitentia; altera, poſt deſperatam pœnitudinem, à maiori prodendi facilitate.

Egreſ-

Egreſſus eſt Ieſus { 1. *Decori ſtudio,* 2. *Aſili reuerentia,* 3. *Hoſpitalis iuris cura,* 4 *Pœnitudinis ſpe,* 5. *Proditionis conniuentia.*

* *j.* DECORI STVDIO. Nam ſi in cœnaculo caperetur, videri poſſet, quaſi epulo, bonorumque decoctor, captus inter pocula.

Si in proſperis, olim illum vini potorem æmuli dixêre, quid in aduerſis dicturi, de homine capto in cœnaculo?

Orig. tract 35 *in Ioan.* ait ideo factum, quòd eum non deceret in loco cœnæ, ſed orationis inueniri, in oratorio, non in cœnaculo.

Dicerent æmuli; Potator hic vini in tabernâ, in popina, in coquina inuentus, captuſque eſt, &c.

Non debuit capi vt comeſſator, ſed vt orator, humaniq; generis patronus.

Plutarch. Dux Sertorius, inter epulas, à Perpennâ collegâ interfectus.

Prouidenda bona, non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus.

Ab omni ſpecie mali abſtinendum.

Capiatur Sacerdos non in popinâ, ſed in templo, aut, vt Zacharias, inter templum & altare, vt Thomas Epiſc. Cantuarienſis: non poculum geſtans, ſed librum precum, non temulentus, ſed ſiccus, &c. *locus inſignis.*

* *ij.* ASYLI REVERENTIA. Omnis ara aſylum, ſæpè & templa.

3. *Reg.* 2. Adonias fugiens Salomonem, ad altare refugit.

3. Reg. 2. *Fugit Ioab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris*, iram Salomonis & ipſe declinans.

Incrementi vice dictum à Chriſto: *Quem occidiſtis inter templum & altare*, de Zacharia filio Barachiæ, Matth. 23.

Virgil. 1. Aeneid. de Pygmalione: *Ille Sichaum*
Impius ante aras, atque auri cæcus amore.

Clàm

Clàm ferro incautum ſuperat. Vbi Seruius: *Probat cur impius, quia ante aras* Ergò, *ante aras*, ad amplificandum ſcelus dictum eſt.

Ethnici ſanè quoque ipſi, & barbari pleriquè aris templiſque parcebant.

Virg. l. 2. Aeneid. vox Hecubæ ad ſuum Priamum, victa iam Troia: *Huc tandem concede, hac ara tuebitur omnes,*

Aut moriêre ſimul. Vbi Julius Pomponius; quia reuerentia erat aris apud antiquos. Tuti erant qui ad templa confugiebant.

Alexander, etſi aliquandò Thebanis tantopere iratus eſſet, vt & ciues ſub haſta venderet, & vrbem ſolo æquaret, tamen pietatem erga Deoś, in occupatione vrbis non neglexit; ſed ſumma diligentia cauit, ne vel ab inuitis vllum templum aut lucus violaretur *Ex Suida.*

Anno ſalutis Chriſtianæ 412. ingreſſus Romam Halaricus Rex edictum Viſigothis propoſuit, vt fugientes in ſacra loca, præſertim Petri & Pauli baſilicas, illæſos ſeruarent... quod pro barbarorum multitudinis auaritia, atque inſolentia, ſupra fidem poſterorum, obſeruatum fuiſſe, omnes concordant ſcriptores. *Ex Blondo Flauio decad. 1. lib. 1.*

Eadem Romæ captiuitate, cum vaſa Petri miniſterio ſacra, pondere, magnitudine, & pulchritudine eximia ad Viſigothi cuiſpiam manus perueniſſent, Regis iuſſu, in baſilicæ, cuius erant, arcam, magna cum Romanorum Viſigothorumque admiratione relata ſunt. *Ex eodem ibidem.*

Hoſtis hoſti eſt, vti amico amicus, vſque ad aras tantum, quiſquis ſapit.

Sed nunquid Cœnaculum illud, in templum & quaſi lararium hodie verſum erat?

Nunquid & illa menſa in aram, in qua primam illam Miſſam ſuam Deus-Homo celebrarat, ſeque manibus ſuis incruentè ſacrificauerat?

An non ibi Templum, vbi Chriſtus cum ſuis hymnum cecinerat?

An non ibi Templum, vbi ordinationes habuit Ieſus Pon-

Pontifex Max. & creauit Epiſcopos vndecim per diuerſa loca, ordinatione vnica, menſe primo?

Ergo, ne Templum illud, Aráque illa recenter dedicata ipſo ſacrationis ſuæ die, exemplo peſſimo, præſente Pontifice ac Miniſtris pro fanaretur, vel Petro feriente Malchū, vel hoſpite hoſpitem defenſante, vel milite Pontificem Jeſum, & Sacerdotes Apoſtolos, percutiente, aut acriùs moleſtante, *egreſſus eſt Ieſus.*

Senec. in Troad. *Victor feroces impetus primos habet. Orig. homil.* 35. Noluit enim Chriſtus capi in cœnaculo, propter ſanctitatem loci, quod aliùs locus alio ſanctior ſit: nec enim templum diuinis ſacratum myſterijs, humano ſanguine, aſpergi debet. Judas vel in ara Chriſtum prodidiſſet, Iudæi captum etiam ab ara auulſiſſent, ſi in cœnaculo expectaſſet. Amicitia deſinit ad aras, inimicitiæ etiam vltra aras feruntur; capiunt, occidunt vel in aris.

Locus hîc in eos inuehendi, qui templa Dei, in caſtra & Capitolia vertunt, aut ea inuadunt flammiuomis illis crepitaculis (quæ Galli vocant *petards*) diripiunt ſacra q; que & profana, captiuos inde trahunt Chriſtianos, imò & trucidant vel ad aram, *vel in arâ*.

Noſtris temporibus, vtrimque hæc actitata inſolentiſſimè, noſter vidit orbis & ingemuit, &c.

* *HOSPITALIS IVRIS CVRA.* Magnum planè ius hoſpitij [Hoſpes vterque alter alteri reuerendus ac ſacer, tam qui excipit, quam qui excipitur.

Hoſpiti hoſpes ne noceto.

Ouid. 1. Metam. Magni ſceleris loco dictum: *Non hoſpes ab hoſpite tutus.*

Apol. Æſopi. Et quod ſerpens, ad ignem reuiuiſcens, in hoſpitem venena inſpirarit, narratum ad horrorem.

Erant hoſpitia priuata apud antiquos, quæ magna erat neceſſitudo, propterea hoſpitium perſæpè pro amicitia ponitur.

Fuit autem antiqui moris, teſſeram dari hoſpitibus dimidiatam, quam quicunque adtuliſſet ad hoſpitem, continuò

tinuò agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi tanquàm amicus & vetus hoſpes. Hoc autem ius neceſſitudinis ad poſteros tranſibat; propterea teſſeram hoſpitalem diligenter adſeruabant.

Hinc Plautus in Pœnulo: *Deum hoſpitalem, & teſſeram mecum fero.*

Qui autem ius hoſpitij violabat, is teſſeram hoſpitalem confregiſſe dicebatur.

Arctiſſimum olim neceſſitudinis huius vinculum fuit, atque etiam diuini numinis (vt illi credebant) reuerentia ſanctum, quod iuris huius diſceptationi præfecit Antiquitas, Iouem hoſpitalem appellans & inuocans quaſi hoſpitij Præſidem & vindicem (Græci *xénion & epheſtion* dicunt, quaſi contubernalem aut lararium (ſi quando hoſpitium violaretur.

Virgil. 1. Æneid. vox Didonis: *Iupiter (hoſpitibus nam te dare iura loquuntur)*

Hunc lætum, Tyriſq; diem, Troiaq; profectis

Eſſe velis, noſtroſq; huius meminiſſe minores.

Cic. 3. in Verr. Hoſpitij neceſſitudinem arctiſſimam appellat.

Loth olim, ne tres hoſpites ſuos Sodomitæ violarent, filias propinauit.

Iudic. 19. Qui Leuitam receperat, ſic aiebat oppreſſoribus. *Nolite facere malum hoc; ingreſſus eſt homo hoſpitium meum.*

Non minùs arcta (opinior) fuit, ac fortè etiam arctior, quam illa quæ in eius locum, Chriſtianorum inſtituto videtur ſucceſſiſſe, affinitas, ſc. myſtica, quæ lauacro initiali contrahitur, natali Innocentiæ hominum beatricis. Cuius neceſſitudinis iura intercedunt non modò expiantibus cum expiatis, ſed etiam expiationis arbitris atque nuncupatoribus inter ſe, & inter nuncupatos eorumque parentes (vt loquitur magnus ille Budæus annot. reliq. in Pandectas.

Nullam enim perfidiam ſceleratiorem Chriſtiani meritò eſſe cenſent, quam quæ in eum vel ab eo concipitur & admittitur, quem quis ob id delegit & accerſiuit, vt filium ſuum aut filiam tolleret, naſcendi conditione æternæ

ne æternæ neci miſerandæque expoſitum.

Adeò ſacrum ius illud hoſpitij priſcis erat, vt hoſpes hoſpiti in prælio inter aduerſos reperto parceret.

Valer. Max. lib. 5. c. 1. Badium, Campanum, Quinctius Criſpinus ciuis Romanus & hoſpitio benigniſſimè domi ſuæ exceperat, & aduerſa valetudine correptum attentiſſima cura recreauerat: à quo poſt illam nefariam Campanorum defectionem in acie ad pugnā prouocatus, cùm & viribus corporis, & animi virtute aliquantò eſſet ſuperior; mouere ingratum, quàm vincere maluit. Nam quid agis, inquit, demens? aut quo te praua cupiditas tranſuerſum rapit? parùm habes publica impietate furere; niſi etiam priuata lapſus fueris? Vnus tibi Romanorū videlicet Quinctius placet, in quo ſceleſtè exerceas arma, cuius penatib', & honoris viciſſitudinem, & ſalutem tuam debes? At me fœdus amicitiæ, diique hoſpitales, ſancta noſtro ſanguini, veſtris pectoribus vilia pignora, hoſtili certamine congredi tecum vetant. *Quin etiàm ſi in concurſu exercituum, fortuito vmbonis mei impulſu, proſtratum agnouiſſem, applicatum iam ceruicibus tuis mucronem reuocaſſem. Tuum ergò crimen erit, hoſpitem occidere voluiſſe: meum nō erit, hoſpes occiſus. Proinde aliam, quâ occidas, dexteram quære; quoniam mea te ſeruare didicit.*

Infames, & non impunes qui ius illud hoſpitii violarūt, aut id conati ſunt.

Quis illaudati neſcit Buſiridis aras, hoſpites omnes Ioui immolantis ipſi mortem ac ſuis ab Hercule peperiſſe? *Virg. 3. Georg.*

Quis neſcit Diomedem, vel quòd equos ſuos carnibus hoſpitum paſceret (ſecundum quoſdam:) vel, quòd hoſpites rem habere cum filiabus ſuis deformibus, quæ allegoricè equę dicebantur, coactos occidebat, vnde fabula ſparſit, Diomedis equas homines, pabuli vice, ſolitas eſitare, tandem ab Hercule captum, etiam viciſſim datum equis comedendum? *Suidas tit. Diomedia inſula*

Fœda Lycaonia neſcis *conuiuia menſa*, eò vſque Iouem irritaſſe, vt Lycaonem in lupum transformaret? *Ouid. libr. 1. Metam.*

Valer.

Valer. Max. vbi ſup. de ijſdem Badio & Criſpino. *Dedit* (inquit) *vtrique cœleſte numen debitum exitum: ſiquidem in eo prælio Badius obtruncatus eſt, Quinctius inſigni pugnâ clarus euaſit.*

Iuſtinus libr. 28. hiſt. *Laodomia* (ait) *cùm in aram Dianæ confugiſſet, concurſu populi interficitur, quod facinus Dij immortales aſſiduis cladibus gentis, & interitu totius populi vindicarunt: nam ſterilitatem, famemq; paſſi, & inteſtinâ diſcordiâ vexati, externis ad poſtremum bellis penè conſumti ſunt.*

Pauſanias miſerias Syllæ eò refert, quod Ariſtonem, qui in templum Mineruæ confugerat, vi extractum interfici iuſſiſſet.

Vide Petrum Ribadeneiram in principe Chriſtiano lib. 1. c. 36. tit. Quæ reſpectus & reuerentia ſacris Dei templis exhibenda, vide, inquam, vide.

Adeò verum illud Iulij Pomponij, *in hiſtorijs legitur omnes qui violauerint iura hoſpitalia, dediſſe pœnas.* Annotat. ad 1. Aeneid.

Potiùs, ſi quem contracti hoſpitij pœnituiſſet, renuntiare hoſpitium ſolebat, ne hoſpitij ius violaret.

Cic. act. 3. in Verrem. *Itaque iſte vehemẽter Stenio infenſus; hoſpitium ei renuntiat.*

Hoſpiti ergò aut nõ nocendum, aut renuntiandum: optimum vices, quà poſſis, rependere, & hoſtimentum.

Ciconiam ferunt ex pullis vnum hoſpiti relinquere.

Ioſue 6. Exploratores Joſue, hoſpitam ſuam Raab cum ſuis tuentur, rerum potiti.

Geneſ. 19. Angeli Lothum eripuêre communi Sodomorum incendio.

4. *Reg.* 4. Viduis hoſpitis ſuis filios ſuſcitant, oleumque augent prophetæ, Elias & Eliſæus.

Ioan. 11. Chriſtus Marthæ hoſpitæ fratrem Lazarum ſuſcitat, & ſororem Mariam conuertit.

Luc 24. Diſcipulorum ad cœnam eum cogentium oculos in cænâ aperuit.

An huic hoſpiti nunc ipſe noceat? *Hic pietatis honos?*

Nociturus verò non leuiter fuerat, domi præſtolans hoſtem.

Prædæ militum expoſiturus erat ſupellectilem, aurea vel argentea vaſa ſolennis illius cœnæ, ſi qua tunc ibi, ac maximè ſacrum illum calicem nondum reconditum, &c.

Cædi militum expoſiturus hoſpitem, ſeruulos, ancillas, Chriſto liberando concurſuros, &c.

Ergò, ſapienter anteà *egreſſus Ieſus*, ne hoſpiti, hoſpitij repentinum eſſet, diſpendium. O bone Jeſu, vt ſemper es ſimilis tui, ſemper Ieſus, & Saluator tuis!

★ iiij POENITVDINIS SPE: Hæc prima, à parte hoſtis, exitûs cauſa.

Ezech. 18 *Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis,* &c.

Non adſolet Deus necare adulteros, ſicarios, &c. in flagranti delicto, inſtar Phinees.

Ouid 1. de Ponto. *Eſt piger ad pœnas Princeps.*

Valer. Max. lib 1. c. 1. *Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira.* Prou. *Dij Laneos habent pedes.*

Gen 6 Anni 120. dati ante diluuij cladem.

Ionæ 3. *Adhuc 40. dies, & Niniue ſubuertetur.*

Interponit moras bonus Deus, ſi fortè pænitudo aliqua interuentura ſceleri & vindictæ.

Et nunc Chriſtus noluit domi hoſtem opperiri, vt iens, procedénſque Iudas longiuſculè, ſex aut ſeptem ab vrbe ſtadijs, viâ tota deliberaret diutiùs, per otium, de opere tanto.

Cic. *Deliberandum enim diu, quod ſtatuendum eſt ſemel.*

Ah! Juda. *An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* i. adducere conatur. *Rom.* 2.

Præſtabilis Deus ſuper malitia.

Neque voluit, Proditori culpam augeri, à loco ſacro.

Si non *egreſſus Ieſus*, etiam cum proditurus fuerat Judas in ipſo larario ac ſacello, tenentem adhuc menſam, aramque illam nouam, è qua corpus eius hoſtis ipſe comederat. Aram, haramque ſus déque Judas tunc habebat.

★ v. PRODITIONIS CONNIVENTIA, quæ hoſti magis pateret. *Ipſaq; furem Præda vocat.*

D. Cyrillus in 18. *Ioan.* inſinuat egreſſum, vt facilius à pro-

proditore inueniretur, laboremque minueret captantibus.

D. Chryſoſt. homil 83 in 26 Matth. Ne cælare ſe videretur, prodire voluit.

Extra muros, extra vallum prodijt, & quaſi Imperator animoſus ac fidens, in arenam venit, ad apertum Martem.

NOTÆ
CONCIONIS VI.
Fer. 2. hebdom. 1.

THEM. *Et, hymno dicto, egreſſus eſt* IESVS.

Facta repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie:
- *1. Rurſus, de cauſis aliquot egreſſus Ieſu ex vrbe.*
- *2. De valle Cedron, & circa illum errore.*
- *3 De vocibus illis* (ſecundum conſuetudinem.) AVE.

I.

Rurſus, de cauſis aliquot egreſſus Ieſu ex vrbe.

Egreſſus Ieſu iſte, non fruſtrà.

Egreſſus Ieſus vrbe:
- *1. Studio publicæ pacis.*
- *2. Indulgentia.*
- *3. Significatione duplici*
  - *1 Publici boni.*
  - *2. Auerſi animi à ciuibus Hieroſ.*

1. STVDIO PVBLICÆ PACIS.

Dom. Ieſus pacis amantiſſimus. Pacificus Salomon.

Ideò natus pace publica.

Pacis nuntios, Angelos miſit, natus in præſepio.

Apoſtolos iuſſit vti hac hoſpitum ſalutatione:

Pax huic domui.

Ipſe Apoſtolos ſæpè ſic ſalutat: *Pax vobis, &c.*

Videns ergo non poſſe capi ſe in vrbe, domi, ſine tumultu, nocturnæque pacis turba, *Egreſſus eſt trans torrentem, &c.* Ieruſalem dicta Pacis viſio, ne turbetur, inquit, mei cauſa.

Theoph. in Marc 14. Ne fieret ſeditio in ciuitate, tam fuit amans pacis, abit, vt capiatur ſine tumultu.

Vbi nobis turbines illi, qui turbas tot turbis turbant, & ſtudio? in Dedicationibus, in Nuptijs, in Ludis, &c.

Vtinam abſcindantur qui vos conturbant!

Vtinã ſponte ipſi dicãt, vel tandem cũ Iona: *Si propter me hæc tempeſtas orta eſt, mitte me in mare, &c.* Vel cum Chriſto: *Si me quæritis, ſinite hos abire.*

* ij INDVLGENTIA lætitiæ ſolennis.

Paſcha inſtabat, publica, ſolennis, ciuium externatiumque lætitia, quam interrumpi, ſui aut cauſa aut caſu, noluit.

Alternis certè vti homines, indulget Deus.

Tempus flendi, tempus ridendi, &c.

Cant. 2. *Adiuro vos filiæ Hieruſalem, per capreas ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoaduſque ipſa velit.* Hoſtium ſe voluntati acommodat. Nam primores optarant quidem illum capi; ſed ſic, vt *non fieret tumultus in populo* Matth. 21.

* iii SIGNIFICATIONE *duplici*; prima *Publici Boni.*

Ne bonum ſc. Paſſionis ſi æ priuum vrbis illius crederetur, non etiam publicum, noluit in vrbe aut muris capi, vti nec mori.

Capit extra muros pati, extra muros concluſit:

Exordium in monte Oliuarum; in monte Caluariæ Epilogus.

Quam id aptè! Mons enim Oliuarum, ab vrbe vergit in Orientem, Mons Caluariæ in occidentem, vt exordia pa-

tiendi

ſtendi eſſent in Oriente, Epilogus in occidente, quod ſcilicet vnus non vrbi vni, ſed orbi toti, Orienti, occidentique, occideret Sol iſte iuſtitiæ.

* iiij. *SIGNIFICATIONE altera* Mali Priuati, nempè *auerſi animi à ciuibus Hieroſ.*

Corporis Peregrinatio, animi peregrinantis index.

Iam vrbem illam ſceleroſam, Synagogamque abdicare, & Eccleſiam foris quærere, illi adlubuerat.

Exit è mœnibus murisque eorum, in quorum cordibus moribusque illi nullus locus.

Mores, murosque Hieruſalem iam ſeriò cœpit auerſari.

O dolendum vrbi egreſſum! Portas clauderent, ſi ſaperent, inclamarentque: *Mane nobiſcum Domine, &c.*

Vrbi iſti, funeſtior iſto, iſthactenus nullus dies.

Threr. 1. *Egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius.*

Ruit alto à culmine hac Troia, quod *Egreſſus eſt Ieſus.*

—ruit Ilium, & ingens

Gloria Teucrorum

Exceſsêre omnes, adytis, ariſque relictis,

Dij, quibus imperium hoc ſteterat.

Quid? Eâ etiam *poſitione Crux, Iudæorum ſtudio fuit erecta, vt Chriſtus dorſum ſuum contra Ieruſalem haberet faciem autem verſus occidentem Indignum enim eum reputabat, qui ſancta vrbis aſpectu dignarentur.*

Neq; verò hoc fortuitò factum eſſe, aut myſterio vacare putandum eſt, quin potiùs ſingulari Dei diſpenſatione, ſua ipſius miſeria ac noſtra felicitatu, hac ratione non falſi videntur fuiſſe propheta, eoq; facto prænunciaſſe, quod fore Ieremias prædixerat: Sicut ventus vrens diſpergam eos coram inimico: dorſum, & non faciem oſtendam eis *in die perditionis eorum. Nam cùm in toto Orbe coram inimico diabolo ſint diſperſi, ait Hieronymus & diebus ac noctibus in Synagogis Satanæ inuocent nomen Dei, dorſum, & non faciem ſuam oſtendit eis Deus, vt intelligant eum ſemper recedentem, & nunquàm ad ſe venientem, idque in die perditionis eorum,* hoc eſt, *omni tempore,*

poſt paſſionem Saluatoris, vſque ad finem ſeculi. vt poſtquam ſubintrauerit plenitudo gentium, tunc reliquiæ populi Iſrael conuertantur, & ſalui fiant.

Noſtræ verò fœlicitatis, hâc ſuâ immanitate, exiſtimo fuiſſe prænuncios. quòd piiſſima Chriſti ad Occaſum exporrecti facies non aliud mihi denotaſſe videatur, quàm quòd multo antè tempore regius Propheta fuerat vaticinatus, cùm diceret: Oculi eius ſuper gentes reſpiciunt. Super nos enim miſericordia ſua oculos à Paſſionis ſuæ tempore apertos & fixos habens, vſque in Mundi finem benignâ nos facie adſpicere non deſinet.

Quapropter etiam meritò nos Chriſtiani, vt huius rei non immemores nos eſſe oſtendamus, ferè ad Orientem verſi oramus, & cum Beatiſſimâ virgine Mariâ, & SSS. Apoſtolis facie ad Orientem conuerſi, Chriſtum mori, aſcendere & iudicatum deſcendere, ac denique Paradiſum reddere contemplamur, ait Chriſtianus Adrichomius in ſua deſcriptione Jeruſalem num 252.

Citat autem in marg Hieronym in Marc.c.15.
Sedul. lib. 4.
In Damaſc. lib. 4. Orthodoxæ fidei c. 13.
Bed. in Luc. c 23.
Brei : 2. Iul 6.
Sal. to 7. c. 5.
Paſc. d. 222.
P. Mortan. in Paſſ. Dom.
Io. Molan. de Picturis.
Ierem 18. c.
Hieronym in Ierem. c. 18.

Vrbs tot nominibus olim celeberrima, nunc iacet.

Vrbes celebres à
1. *Curiâ regiâ*, inde Madritum adeò celebre
2. *Sacerdotio ſummo*, inde Roma. Nemo bene natus, qui non adeat Romam, ac Vicarij Chriſti pedes exoſculetur.
3. *Academia*, inde Pariſij nunc, & olim Athenæ.

4. Com-

4 *Commercijs*, inde Antuerpia, Inſulæ Flandrorum.
5. *Mari, aut fluminibus*, inde Veneti, &c.

Hieruſalem olim
1 *Curia Regum*, ciuitas regia,
2. *Sacerdotum domicilium*,
3. *Academia*, ac Sorbona Synagoga Scribis, & Dei interpretibus, &c plena.
4. *Commercijs illuſtris*.
5. *Maritima*. Nam itinere dierum duorum, eoque commodiſſimo, diſtat a mari mediterraneo.

Nunc verò eadem ſine Rege, Sacerdote, Scriba, &c.

Quæri in cur? quod, *Hymno dicto, egreſſus eſt Ieſus*, animo magis, quàm corpore.

Miſera ciuitas, miſeraque anima, ex qua *egreſſus eſt Ieſus* & Apoſtoli, & Concionatores, & *prudentes eloquij myſtici* Jſa. 3.

Pſal. 126. *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.*

Nos verò eius pop. infortunio fortunati. *Vineam ſuam locauit alijs agricolis.*

Hic, corruptio vnius, generatio alterius.

Iactura vnius, opes alterius.

Vt à caſu Angeli, creandi hominis occaſio: ita à repudio Jſraelis, Gentium & Barbarorum nuptiæ.

Mors vnius, natalitium alterius.

Antipodibus lux & ortus, à tenebris occaſuque Solis noſtri.

Flumina alibi occultata, alibi renaſcuntur.

Gen. 27. Eſau reprobato, diligitur Iacob.

Eſther. 2. Vaſti Reginæ ab Aſſuero exploſæ, Eſther ſubrogata.

Vni martyrum 40. è gelido ſtagno, in tepidum ignauè proſilienti, cuſtos, certamini integro, & coronæ ſuffectus eſt.

Excluſis Judæis, etiam nos recepti. *Ecce conuertimur ad Gentes, &c.*

Videamus & nos nunc quoque, ne, nobis relictis, Indos petat. *Mane, mane nobiſcum Domine, quoniam aduesperaſcit*, iam fidei lux, & Charitas ſeneſcit, ac refrigeſcit.

Coëgerunt alij enim *intrare*; nos ingreſſum ſponte; ſaltem, vt apud nos maneat, ſancta vi compellamus.

Rom. 11. *Noli altum ſapere, ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit ne fortè nec tibi parcat.*

Vide ergò bonitatem, & ſeueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatem: in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris. Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerētur: potens eſt enim Deus iterum inſerere illos. Nam ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & contra naturam inſertus es in bonam oliuam: quantò magis ij qui ſecundum naturam, inſerentur ſuæ oliuæ?

Patitur Dei fauor alternationes, ac vices ſuas.

Si filius & hæres abdicatus; quantò magis, qui tantùm adoptiuus?

I I.

De valle Cedron, & circa illam errore.

Trans torrentem Cedron. Hic opinionum digladiatio.

Torrens iſte limo ſuo, & vlua, greſſum meum aliquantulum (vereor) impediet, vti & mox, ſalebræ montis oliuarum celeritatem noſtram retardabunt. Attamen; vti, Deo dante, tunc cliuum illum aſcendemus, ac deſcendemus, ſic nunc eodem fautore (ſpero) fœliciter in hunc torrentem irrumpemus, atque erumpemus, aut ſaltem erepemus.

* I. *OPINIO.*

Nonnulli, nec ij indocti, putant (CEDRON) nomen Græcum, ac genitiuum plurale, quod textus Græcus articulum pluralem præfixerit: ſhocque nominis, loco inditū, à Cedrorum, ripas torrentis illius coronantium, copia.

Ludolpho & Alcuino id viſum.

Zacharias Epiſc. Chryſopolit. in Monoteſſero c. 160. *Cedron*, inquit, *genitiuus pluralis eſt in Græco, qui Latinè dici poteſt, Cedrorum.*

Brocardus certè *itin.* 6. teſtatur, in vtraque eius ripa, multas denſas, ac fructiferas arbores creſcere, quarum amœ-

amœniſſima facies, vnà cum vicinis hortis, obambulantes ſecreet.

Ac forſitan Cedri inter eas, potiores ac frequentiores vndè, vt à potiori parte, torrentem Cedrorum quidam meritò appellandum credere potuerunt.

* 2. *OPINIO.*

Eruditiores vocem Hebræam credunt. *Ianſenius, Toletus, & Capnion.*

Certè 2 Reg. 15. & 3. Reg. 15. appellatur Chidron, ab obſcuritate. Nam vallis illa Chidron, quę etiam vallis Ioſaphat, & vallis montium vocatur inter ipſum mōtem oliueti ac Hieruſalem, ab arborum frequentia, ac ſitûs profunditat e, vmbroſa erat, ac velut obſcura.

Diſtabat autem ab vrbe ſtadijs ſex (vt videre eſt, apud Ioſeph l. 6 belli Iud. c. 3.) & eam ſecabat fluuiolus ferè ſemper areſcens, qui pluuialibus aquis auctus, vndique, de montibus, fontibus, piſciniſque, adfluentibus, dulci quodam murmure per mediam vallem Joſaphat atque Gehennon; & per plana deſerti, in mare mortuum defluens abſorbebatur. Vide Chriſtianum Adrichomium libro de Ieruſalem. nu. 201.

Hebræa certè vocis origo, Paſſionis Chriſti myſterijs conuenientior.

Obſcuris enim ac nigris, infauſta triſtiaque ſignantur.

Ouid. 1. Triſt *Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris, hoc ferè ſenſu dictum*; q. d. Cognati in fœlicium nulli.

Leo ſer. 16. de paſſ. hunc ſenſum probat, dicens: *Tranſ torrē tem tribulationum obſcurantium, & calamitatum*, &c. Multum ſanè obſcurata tunc fama Chriſti, & fides de eius diui nitate.

Cant. 1. *Nigra ſum, ſed formoſa, filia Hieruſalem, ſicut tabernacula Cedar ſicut pelles Salomonis. Nolite me conſiderare quod fuſca ſim*, &c. fortè huc faciat.

Neque articulo græco (quem opinio prima ſibi prætendit) mouemur, cùm videri poſſit librariorum vitio irrepſiſſe.

Et 70. cum articulo ſingulari ſcripsère 2. Reg. 15. & ſine illo 3 Reg 15.

Et perfacile, articulum pluralem ſubrepere, **in locum** ſingularis.

* *CONCILIATIO TOLERABILIS.*

Tamen fœderis ergo, dici poſſit, locum eundem binomium; quà ab obſcuritate, Hebræum eſſe; quà ab arboribus, ac cedris in ripa, Græcum eſſe; nam &, ab oliuarum frequentia, vicinus mons dictus eſt Mons oliuarum.

Græcus textus fortè cedros illìc conſitas ſpectauit, cùm dixit, *Ton cedron* Hebræus, obſcuritatem, à Cedrorum inumbratione.

Hebræus ſpectauerit effectum; Græcus cauſam.

Adijt autem torrentem illum, duplici cauſa
1. *Prophetiam ſcilicet ſpectant.* Pſal. 109. *De torrente in via bibet, &c.* &
2. *Figuram.* 2. Reg 15. In figura, Dauid fugiens Abſalonem, eundem etiam prætergreſſus, cum intimis amicorum, lacrymis & mœſtitia plenus.

In Montem Oliuarum.

Ad radicem Montis oliuarum.

Non illìc oleæ ſolæ, etſi frequentiores, vnde & monti nomen, ſed & cedri, ſed myrti, ſed palmæ quoque.

Conuenienter. Per torrentem enim, ad palmam ibat Chriſtus, & è valle in montem, id eſt, per humilitatem Paſſionis ad gloriam.

Nam quis neſcit, palmam, victoriæ, iuſtiſque laboribus dari. *Vide Gellium l. 3. c. 6.*

Hebræis, Græcis, Romanis, palma inſigne victoriæ, quòd hæc neque cedat, neque flectatur onere, ſed ſubcreſcat, confirmeturque hoc magis.

Xenophon lib. 7. Cyropediæ, Cyrum, Perſici imperij auctorem, cùm Babylonem obſideret, turres in ipſo Euphrâte, palmis ſuppoſitis inſtruxiſſe, ſicque potentiſſimam vrbem expugnaſſe, tradit.

Virgil. 5. Æneid. *Et palma pretium victoribus.*

Apoc. 7. *Et palmæ in manibus eorum.*

A torrente, ad palmam vênit, quoniam *Dij laboribus omnia vendunt.* Prou. etiam Cœlum ſuum: & hæredibus ipſis ſuis.

Luc. 24.

Luc.24. *Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.*

Act. 14. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.*

Non eſt ad aſtra mollis è terris via. Seneca in Herc. furente act. 2.

Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Torrentes ſuperandi, per obſcura & humilia perrumpendum.

Non inibatur, apud Romanos, templum Honoris, non inito prius templo Virtutis.

Sed animosè; torrentes ſunt, non maria, aut flumina, tribulationes noſtræ; ruunt amnes illi de montibus, impetu magno quidem, ſed breui, vt torrentes.

Violenta nulla, perpetua.

2. Cor. 4. *Quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur, &c.*

Non ſunt condignæ paſſiones ad, &c.

Et in torrentibus medijſque tentationibus, ſæpè & diuinæ conſolationes.

Geneſ. 26. Iſaac in torrente fodiens reperit aquam viuam.

Num. 13. Exploratores è valle torrentis botrum abſciſſum in caſtra Jſrael deportârunt.

I I I.

De vocibus illis (ſecundum conſuetudinem.)

Ibat ſecundum conſuetudinem. Conſuetudo, non de re ſemel biſque factâ, ſed de ſæpè ſæpius repetitâ. Ergo, Chriſtus ſæpè à cœna, in montem egreſſus ad orandum. Quotidiana ferè illuc Chriſti proceſſio poſt paſtum fuit

Sequentia id firmant: *Sciebat autem & Iudas locum, quia frequenter, &c.*

Theophyl. in 22. Luc.

An non hinc notes, cœnas Chriſti planè Socraticas fuiſſe, & quæ mentem non ſopirent, ſed redderent ad orandum

dum alacriorem?

Quod, maximè in hac feſta, ſolennique cæna, mirabile & homine triſti, cui multo opus mero, ad mœſtitiæ ſolamen.

Obſeruatorem etiam obſerua oraculi huius illum fuiſſe: *In noctibus extollite manus veſtras in ſancta.* Pſal. 40.

Quoties ille pernoctauit orans! Hinc nocturnæ vigiliæ Catholicorum natæ.

Luc. 6. Delectum Apoſtolorum habiturus, totam noctem duxit inſomnem, *in oratione Dei*, j. ardenti.

Hoc die, & ab hac cæna myſtica ſtudioſiùs, vt doceret, ſumptis epulis illis diuinis, non debere effundi hominem mox ad nugas, imò, ne ad ſeria quidem externa tia, ſed orare, meditari, ſed concoquere præguſtatas eſcas.

Non ruminantia animalia, lege, immunda.

Ibat.

Peripateticè, credo, & inambulando nunc, vt olim ſedendo, docens, ſeriaque multa, opinor, diſſerens.

Ne crede, id medicè a Chriſto factum, iuxta peruulgatum aphoriſmum: poſt cænam aut ſta, aut ambula, concoquendi cibi gratiâ. *Lote cale: ſta paſte, vel j &c.*

Neque declinaſſe ad ripam fluminis: relaxationis cauſa, neque ad hortos veniſſe eum, florum & odorum gratia: Quis enim credat, Chriſtum ita cęnaſſe, vt eum deambulare oportuerit, ad digeſtionem? aut vmbracula, & florum ſuauia ſpiracula quærere ad voluptatem?

Neque Neceſſitas, neque Voluptas, ſed ſtudium orandi illum, piaque conſuetudo traxit, ad hortos, ad ambulacra, ad flumina.

At at! quid vos, qui mox, euerſis potiùs, quàm remotis menſis, ad aleas, taxillos, chartas & tripudia ruitis? dicam, è lectis ad lectos?

Exod. 32. *Sedit pop. manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere*, genere ludi ſceleſtiſſimo.

Et dignum notula, dici eum *cum diſcipulis iſſe*? & mox addi *frequenter illuc conueniſſe cum diſcipulis ſuis.*

Præibat, prælucebat.

Dux gregis inter oues, non præmittebat mox ſequuturus, neque ſolos mittebat ad orandum, nunquam ipſe adfuturus. Di-

Diſcite capita populorum, prælucere, &c.

Laudemus hic *viros glorioſos*, ac tutò *poſt mortem*.

Fuit mihi venerandæ ſenectutis Pater, exemplis domeſticis diues, nunquam mihi viſus ebrius; qui nunquam vel certè rariſſime, à cœna, lectionem roſarij omittebat exemplo (opinor) Chriſti, à cœna orantis: vxorem quoque, matrem meam honorandam, ac liberos ſeriò hortans, imò & cogens, antè, roſarium legere, ad focum ſi frigus erat, quam fabellis vacare veſpertinis, etiam hoc inſtar Chriſti diſcipulos ad orationem deducentis, & orare iterumque, iterumque monentis, ne intrarent in tentationem.

Quid? quod nec ab epulis nuptialibuſque conuiuijs, ſerò (vt fit) rediens bonus ſenex, omittebat facere *ſecundum conſuetudinem*, ad Chriſti hoc exemplar? ô ſanctam beatamque conſuetudinem Chriſti, & maiorum noſtrorum!

Quàm ſæpè ille *Vitas Sanctorum*, libellum *de Imitatione Chriſti*, aut eius generis aliquem, vel à cæna legere nos iuſſit, ac repetere iterumque iterumque alta ſemper voce, ad familiæ totiûs ędificationem, ſi quid inaudiſſet illuſtre, & dignius nota maiori!

Putaſſes tum, pium ſenem habere mel in ore, ita ruminabat, ita leni labiorum ſono deguſtabat, cùm quid dictum aut lectum, magnam olens pietatem.

Non me prædico, neque mea: Nam illius ſanctitas, non eſt mea, *quæ non fecimus ipſi, vix ea noſtra voco*; nec in apotheoſin patrem refero, ſed prædico imitatorem piæ conſuetudinis Chriſti, & Patribus, matribuſque familias commendo exemplum Chriſti, &, qua poſſum, inculco.

Vbi erat hortus, in quem introiuit
& ipſe &c.

Sed à Torrente, nunc ad Hortum hunc concluſum, hortum verè beatum, quem talis hortulanus ingreditur.

Ecquos, aut quales tu nobis flores dabis, beate hortule, lachrymis, ipſoque ſanguine exſudantis Chriſti irrigate?

Sit Ægyptus fertilis Nilo ſuo: & cæteri, veſtrique hortuli,

Mortuus, in horto ſepultus: & mox à reſurrectione, viſus ibidem Magdalenæ hortulanum gerens.

Et pater meus agricola eſt, ait.

Nunc in hortum venit, oraturus, &c.

O te fœlicem (hortule) quem pes Chriſti calcauit; lachrymæ & ſanguis compluerunt! Quos tu flores dabis nobis, his roribus irroratus? Putas; non naſcentur roſæ, vbicunque pes calcauerit huius Nazaræi?

Hortus iſte (Auditores) planè hortus meræ voluptatis nobis, & ſi meri doloris Chriſto fuit.

Hic. n. pater noſter, Adamus nouus, nobis operatur, *in ſudore vultûs ſui*, &c.

Huc ergo mecum, & cum Chriſto.

Hic nobis flores, roſa, lilio, & amaraco, viſu odoratuq; gratiores.

Olfacies hic
1. *Vti orandum,*
2. *Vti perſeuerandum in eo opere.*
3. *Vti intermittendum illud, gratia proximi, &c.*

Videre illic licebit florem, quauis corona Imperiali pulcriorem *Regium ſcilicet benè agere, & mala pati*. Illum enim, illic proditus Chriſtus à Diſcipulo ingrato, plantauit.

Intuebere illic herbam illam Patientiæ (vt vocant) Moly ipſo Homerico rariorem, quæ multis quidem in ore, perpaucis in opere.

Flos tamen omnium horti illius pulcerrimus, Chriſtus ipſe, *flos* ille *campi, lilium conuallium. flos de radice Ieſſe.*

Huc huc, ad Montem, & Hortum hunc vnum, dimiſſis Alcinoi, penduliſque Cyri hortis, atque Heſperidum, &c. Hic ſit præcipuus *Hortulus animæ* Chriſtianæ.

Hic, apum inſtar, mella deligamus: hic thymos, ac primò:

Chriſto quæ cauſa nunc adeundi
Montis & Horti.

Cui aliquid caſû perijt, ſi id quærit, eò, vbi perdidit, redeat oportet.

Sic odora canum vis, ſi amiſſum ſuum Actæonem quærit, remetitur viam, veſtigia veſtigat, vt inueſtiget.

Amiſ-

Amiſſum in orto ſtrophiolum, nemo ſapiens quærat in foro.

At in Monte, & in Horto ad orientalem plagam Edem, Deo perierat homo: Quàm ergò ſapienter Chriſtus veſtigat in monte orientem verſus in orto, ſi fortè detur perditum illic reperire!

Vbi etiam cœptum delictum, ibi & caſtigari occipit.

Ibi *ſpinas*, ibi *ſudorem vultus* patietur Adam ſecundus; vbi primus victus voluptate.

Beda. *Cum in monte orat, tacitè nos admonet, pro cæleſtibus bonis orandum eſſe.*

Qua cauſa adeundi Oliueti præ cæteris.

Iam dictum, oliuarum dici montem illum, non quia illic oliuæ ſolitariæ. (Nam & illic myrti, pinus, palmæ, aliæque arbores fructiferæ:) ſed quòd maximè ferax eſſet olearum.

Etſi alia eſſent montana in Judæa, tamen non incogitato, aut fruſtrà, illuc nunc venit.

oliuetum adſcendit Chriſtus, adſpectans	1. *Prophetiam,* 2 *Figuram,* 3. *Myſteria,*	1. *Medicinæ,* 2. *Palæſtræ,* 3. *Pacis,* 4 *Horticulturæ,* 5. *Victoriæ,* 6 *Caſtitatis ſuæ.*

★ *j.* PROPHETIAM. Zachar. 14. *Stabunt pedes eius in die illâ ſuper Montem-Oliuarum, qui eſt contra Hieruſalem ad Orientem.*

★ *ij.* FIGVRAM. 2 Reg. 15. Dauid; Abſalonem fugiens, aſcendit cliuum oliuarum, &c.

★ *iij* MYSTERIA imprimis medicinę.

★ 1. MEDICINÆ. Nam quis neſciat, oleum ex oliuis ad medicamenta aptiſſimum?

Luc. 10. Fuſum hoc oleum, ac vinum, in vulnera diſplagati.

Iſa. 1. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.*

Marc. 6. *Vngebant oleo multos ægros, & ſanabantur.*

Iacob. 5. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ec-*

cleſia, & orent ſuper eum, vngẽtes eum oleo in nomine Domini.

Oleum oliuarum ingreditur ferè omne diachylon.

Oleum denique, miſericordiæ eſt nota.

At quàm magnus in mundo iacebat ægrotus, egens medicamine, vnctione, miſericordiaque magna! *Miſerere mei, ſecundum magnam miſericordiam tuam,* aiebat ille, magnam implorans miſericordiam, quòd multa ac magna humani generis peccata.

Confecturus ergò quodam modo Chriſtus compoſitionem illam magnam, nobis, non ſibi, quò melius iret, quàm in montem oliuarum?

Micheæ 6. *Calcabis oliuam, & non vngeris oleo.*

Titum 3. *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit.*

Neque temerè in Gethſemani ſitus hic hortus.

Hier. in Matth. 26. Gethſemani, id eſt, vallis pinguis. Scribitur autem Geſemani, j. vallis pinguiſſima, vallis olei. Pinguibus enim egebamus, ad medicamenta.

Hodiè, pinguis medicina Sacramentorum; à Chriſto compoſita, & confecta.

Impinguabatur (vt ſic dicam) Chriſtus tormentis noſtri causâ perferendis.

★ 2. PALÆSTRÆ. olim oleo pugiles vncti.

Virgil. 5. Æneid. *Cætera populeâ velatur fronde iuuentus; Nudatoſq; humeros oleo perfuſa niteſcit.*

Pugilatum ergo mox ingreſſurus; vnctionem quærit Chriſtus, orationis oleo ſe præfricat.

Chriſtiani quoque luctatores conſcripti, ſæpiùs vnguntur, in Bapt. Confirmat. & Extremæ Vnctionis Sacramentis.

★ 3. PACIS. Oliua, Pacis ſymbolum vti & Hebræis ſæpè miſericordiæ. Ipſumque eius oleum quietiſſimum, vnde & prou. *Oleo tranquillior.*

Quin etiam naturæ adeò tranquillæ eſt oleum, vt mare quoque, rem omnium turbulentiſſimam, tranquillet, ſi creditur *Plinio lib. 2. c.* 103.

Orig. homil. in Leuit. 13. videatur.

Geneſ. 8. Columba iam ſecundò emiſſa à Noë, *venit ad eum ad veſperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs, in ore ſuo.*

Digitized by Google

ſuo Intellexit ergo Noë, quod ceſſaſſent aquæ ſuper terram. Pacis orbi redditæ ſymbolum, hic ramus oleæ.

Virgil. 7. Æneid *Centum Oratores* ———

Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes.

Æneid. 8. *Paciferaq; manu ramum prætendit oliuæ.*

Et lib 11 *Velati ramis oleæ, veniamque rogantes.*

Et 2. Georg. *Hoc pinguem, & placitam Paci nutritor oliuam.*

Pierius Valer. lib. 53. Hierogl. de Oleâ initio ſic ait : Cùm ferrum ferrique vſus bello imprimis inſeruiat, & ſymbolicè pro bello ponatur, tantam ineſſe oleo vim, vt id emolliat, & ad feriendi vſum, ineptum & inutile reddat: ſiquidem fabri, qui ferrum lenteſcere & emolliri volunt, candefactum id oleò intingere conſueuerunt. Quare nonnulli mollitam eſſe duritiem hieroglyphicè ſignificare ſi vellent, cultrum in aliquot oleæ baccas impactum facere conſueuerunt.

In numis Imperatorum pacificorum; vt Hadriani, vt Seueri, Pij Auguſti ſimulacra ponuntur cum ramo oleæ, cum circumſcriptione tali RESTITVTORI PACIS, vel FVNDATORI PACIS, quò & ego reſpiciens; Romæ anno 1607. pro ſigillo aſſumſi columbam, ramum oleæ ore geſtantem, cum hoc characteriſtico PACEM ET VERITATEM; quòd ibidem ſub Paulo V. Pont. Max. de Belgicæ Pacis vijs multa, etiam Romæ laudata, Deo fautore, dixiſſem.

Ita ſcilicet olea perpetuum eſt Pacis ſymbolum, & proprium quaſi ſtemma Pacificatorum, vnde & *imbellem* illam Valerius Flaccus adpellauit. *Lib.2.*

Chriſtus autem eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum.

Pace natus, Paci natus, Pacis nuntius, Pacis magiſter, pacis autor.

Quidni ergo nunc eat in montem oliuarum, oſtenſurus, non ſe arma aut bellum; ſed pacem orbi allaturum? Paſſione ſua ſe homines Deo reconciliaturum?

* 4. HORTICVLTVRÆ, cuius eſt ſerere, inſerere, &c. Chriſtus oliua, nos oleaſtri.

Ego ſicut oliua fructifera in domo Dei.

Rom. 9. Paulo Chriſtus dictus *bona oliua*, in quam ille

nos oleaſtros vnicè optabat inſertos.

Nobis oleaſtris opus, *inſeri in bonam* illam *oliuam*, læſam ſectamque.

Jn montem ergo oliuarum fertur illuſtris illa oliua, vbi ſecari, angique incipiat, nos verò inſeri illi, fieriq; membra corporis, ac trunci eius, rami; vt inſerti, vnum cum eo ſimus, & ab eo eiuſque humoribus, j. meritis, fructum vitæ æternæ proferamus.

Tu quoque à cœna myſtica montem oliuarum adſcende, miſericordiæ operibus vaca, iratos concilia, & pacem habe cum omnibus, &c.

* 5. *VICTORIÆ*, quam eſſet hodie de forti illo armato adepturus.

Plin. lib. 15. c. 4. *Athenæ quoque victores, ramis oleæ implexis, coronant.* Item oleaſtro. Etiam triumphantium miniſtros.

Veteres etiam ex oleâ conſtituere trophæa conſueuerunt.

Herculem lego, ex oleaſtro lucum ſeuiſſe, quem victoribus dedicarit. *Apud Pindarum.*

Ariſtander quoque Alexandri Magni vates, oleum victoriæ, ſed laborioſæ, ſignum eſſe interpretatus eſt.

Ergo Chriſtus iam certus vincendi (vicit enim certè, qui ait: *Confidite, ego vici mundum*) & quidem eo victoriæ genere, quæ ad infinitos electos deriuaretur ipſius victoris communicatione ſociali, & eius per ipſos electos imitatione generoſa, quò quò ire congruentius hic victor tantus debuit aut potuit, quam in montem oliuarum, certo victoriæ ſuæ & ſuorum præſagio, & trophæo?

* 6. *CASTITATIS.*

Oleam ferunt puritate, & pudicitia delectari. Græci (vt quidam Rutilius Taurus ait) iubent, cùm plantatur & legitur olea, mundos pueros & virgines adhiberi.

Florentinius lib. de re ruſtica, ait, Collectores non niſi puros amare, qui cùm ad oliuationem accedunt, iurant, non aliundè ſe, quam ab vxore ſua venire; itaque fieri vt anno inſequente prouentum exhibeant vberiorem.

Præcipuè verò aiunt Anazarbi, quæ Ciliciæ eſt ciuitas oleas eſſe fœcundiſſimas, quòd à caſtis tantummodò pue-

ris excolantur.

Sed & Palladi, quam Deam è ſummo Iouis capite, itaque nullo concubitu natam,& innuptam, ſed & intactam Poëtæ pleriq́ue fabulantur,olea ſacra eſt.

Ergò opportunè Chriſtus,cuius mater Virgo, cuius Pater fœminam neſcit,& ipſe virgo Virginum, & totius caſti conſilij ſeminator montem illum crebrò adit, qui oleis & caſtitatem caram habentibus arboribus præcipuè veſtiebatur.

Qui paſcit inter lilia ſeptus choreis virginum, etiam inter virginitatis & pudicitiæ cultrices arbores orat perlibenter.

Similia ſimilibus aggregantur,& delectantur.

Cur & myrtetum adit?

Myrtus,arbor amoris,arbor Veneris, arbor fragrantis odoris,viroris perpetui,morbis multis ſanandis vtiliſſima, gratiæ,& bonæ valetudinis ſymbolum.

In Æneid. de Æneâ filio Veneris dictum. *Cingit materna tempora myrto.*

Virg Eclo. 7. *Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho, Formoſa Myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo.*

Myrtini etiam olei,ad delicias,olim vſus, vt nunc fumi aromatum.

Heſter. 2. Puellæ,Regi Aſſuero vxores, adſeruatæ, ſex menſibus oleo myrtino,& alijs ſex,pigmentis quibuſdam, & aromatibus vngebantur:quanquam Martiali,

Non bene olet,qui bene ſemper olet.

Et Plauto in Moſt. *Ecaſtor mulier recte olet, vbi nihil olet.*

Nam iſtæ veteres,quæ ſe vnguentis vnctitant,interpolles,
Vetulæ,edentulæ,quæ vitia corporis fuco occultant,
Vbi ſeſe ſudor cum vnguentis ſociauit,illicò
Itidem olent, quaſi quum vnà multa iura confundit coquus.

Fuit autem noſtrorum peccatorum tetertimus odor, ſi naribus corporeis perciperetur. Sed bardæ porcorum nares nobis, quæ nec fœtorem peccatorum putidiſſimum percipiunt.

Deo,& Angelis, beatiſque animis, nares prorſus aliæ

ac odoræ magis.

Angelus is tibi teſtis, qui Eremitam adloquens, cumq́ intuitus, totis naribus haurientem ſuauem odorem, ex à-doleſcentuli comtuli, delicatuli, vnctuli, odori, caſu illac tranſeuntis, veſtibus exſpiratum, ipſe contra narium meatus continuit, rogatuſque, cur ità? reſpondit: *Tu, naribus corporeis, quod ſuaueolet, percipis, ego verò alijs naribus, animam olidam, hircoſam, horridamq́ peccati fœtore, olfaciens, perhorreſco.*

D. Anſelmo alicubi ſcitè ſcriptum, tolerabiliùs fœtere naribus Dei canem putridum, quam peccatorem.

Catharinæ Senenſi graueolentes fuiſſe peccatores, iuſtos contrà ſuaueolentes mihi etiam alicubi lectum.

Computruerunt, vt iumenta in ſtercore ſuo.

Pſal. *Diſperierunt in Endor, facti ſunt vt ſtercus terræ.*

Ergo ne olida peccata noſtra adeò fœterent Deo; ideò Chriſtus myrtetum aſcendit, quaſi ſpiritale myrtinum nobis confecturum ſe ſignificans, quo animæ noſtræ vngerentur.

Vt ſemiputridæ carnes, poſtea aceto, pipere, cinnamomo, gariophylis, &c. imbutæ, in delitijs ſunt: ſic animæ noſtræ, olim grauiſſimi odoris Deo, poſtea, aceto & myrtino Paſſionis Chriſti, confricatæ, & clauis Chriſti, quaſi gariophylis, confixæ (vnde ille, *Chriſto confixus ſum cruci:*) deinceps delicatæ, aut fœtore prorſus amiſſo, aut, vi maiore vnguenti, repercuſſo.

Impleta eſt domus, ex odore vnguenti, ſic vt Peccatricis fœtor non animaduerteretur.

Chriſti bonus odor ſumus Deo iam inde à Paſſione Chriſti.

Gen. 27. *Statim vt ſenſit Iſaac veſtimentorum illius* (ab Eſau mutuatorum ſc.) *fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, &c.*

Quid verò eſt, quòd myrti lignum etiam haſtilibus bellicis aptum ferunt? Item, quod myrtea corona, quandoque funebris eſt, quandoque, etiam eſt triumphantium militum, vt rem bellicam ſine ſanguine confectam ſignificet?

Quid, quod etiam eſt myrti genus folia habens perforata, Troezenijs latiſſimè proueniens, per quam amoris vulne-

vulnera,mœroremque ipſum, quo plurimùm amantes ex deſiderio conficiuntur, ſignificari tradiderunt viri doctrina non incelebres? *Pierius lib.50. hierogl. in fine.*

Vnde Virg —— *Quos durus amor crudeli tabe peredit,*
Secreti celant calles, & myrtea circum
Sylua tegit.

An fortè primum illud ſignificat, Paſſionem & crucem Chriſti nobis Chriſtianis quouis haſtili ferróque fore aduerſus ignita diaboli tela commodiorem?

Alterum; quòd Paſſio Chriſti cogitata à nobis vt hiſtoria, planè lugubrem triſtémque affectum creet; cogitata autem vt Euangelium, omninò diſſimilem lętúmque, qualis eſt eorum qui *exultant captâ prædâ*, & ſine puluere triumphantium? Nam certè per Paſſionem Chriſti, nullo noſtro labore eſt victus fortis armatus, direpta eius vaſa, Cœli portæ occupatæ, &c.

Tertium; an fortè ſignificat, nullum ex tot amantibus, pluribus deſideriorum vulneribus ſauciatum, quam fuerit Chriſtus Deus noſter, nullum optaſſe ardentius re amatâ frui, quam ipſe mortem Crucis pati, & ipſam prodeſſe vniuerſis?

Baptiſmo, inquit, *habeo baptizari: & quomodo coarctor, vſque dum perficiatur*? Lucæ.12.

Cur etiam in Pinetum, ſeu pinorum montem.

Nam, & iſte idem oliuarum mons, pinus habuiſſe dicitur, arbores præcipuæ amaritudinis, & acerbitatis.

Conſultò huc etiam vênit, in pinetum. Nam & victores Iſthmiaci certaminis ſolebant olim pinu coronari.

Victor ergò futurus Chriſtus ibat velut ad coronam.

Deinde; Neſcitis, vt, non omnis fert omnia tellus; ſic neque arborem omnem, omni formę conuenientem eſſe materiam?

Ex quouis non fit robore Mercurius Prou.

Legiſtis mecum: *Et fraxinus vtilis haſtis*, peditum armis.

Lanceam Equiti nemo dolat ex quercu, ſed tilia, lignóque quolibet leuiori.

Quercum, trabibus domorum, cædis: At pinum nauita, nauibus conſtruendis.

Virgil.2. Georg. *Ipſa Caucaſeo ſteriles in vertice ſyluæ*, &c.

Dant alios alia fœtus, dant vtile lignum.

Nauigijs pinos, domibus cedroſq́; cupreſſoſq́;. &c.

Sed ignorat nemo, mundum hunc, *mare magnum ſpatioſum*, procelloſum, ſcopuloſum, pyratiſque infeſtum, *nec eſſe, ad aſtra, mollem, è terris, viam*. Senec. Herc. ſurente.

Et, naufragium iam paſſi olim in Adamo eramus, neque vlla, ad emergendum hinc in cælum, tabula.

1. Æneid. *Adparens rari nantes in gurgite vaſto.*

Ergò Chriſtus, alter Noe, i. ceſſatio vel requies, vnde & de illo pater ſuus, Geneſ. 5. *Iſte conſolabitur nos, ab operibus & laboribus manuum noſtrarum*, &c. fortè eò pinetum ingreditur, vt ſiguo intelligas, fabricare eum iam, ac moliri claſſem nouã, qua orbis totus, in fidam cæli ſtationem, è Charybde mundi, inuehatur.

An non claſſis vera, Paſſio eius, qua, velut *Centauro inuehitur magna*, in cælum, vet. teſt. fidelis populus, & qua, velut altera Argo, tot delecti Heroes atque Heroinæ Diui ac Diuæ omnes, pelle (vt ſic dicam) ac vellere inaurato Phryxeæ ouis potiti?

Nauis planè magna ac tuta Crux Chriſti. Erret (putas) ſi quis Chriſtum Pontificem vocet, à Ponte faciendo? Pontem enim ſanè ille latum ac firmum fecit, per quem chaos illud magnum interiacens inter Deum & nos, inter Cœlum & terram, inter peccatum & gratiam, inter pœnam & gloriam, facilimè pertranſiremus, dum pro nobis morti Crucis ſe obiecit.

Ipſe, ipſe *currus Iſrael & auriga eius*; ipſe nauis & nauita electorum; ipſe pons & Pontifex Chriſtianorum.

Deinde, ſi verum, quòd *myrtus validis haſtilibus, & bona bello Cornus* (vt eſt 4. Georg.) *Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtum* (vt alibi) myrtetum forte adijt, velut armis ſe, ſuoſque inſtructurus, Satanæ debellando.

Denique, ferunt Pinum mortis indicium eſſe, de qua idem obſeruatum vbique, arborem exciſam ſemel, minimè ſubpullulaſcere.

Crœſus ita credidit, qui aliquando Lampſacenis per Caduceatorem interminatus eſt, ipſos vt Pinum exterere, niſi Miltiadem quemdam, quem per inſidias intercepe-

tant, miſſum facerent. Cumque Lampſaceni inter ſe quærerent, ecquid illud eſſet, quod Rex ſe, vt Pinum, diceret extriturum; à grandiore natu ciue edocti ſunt, eam arborem ſemel exciſam, nunquam amplius ſuccreſcere. Itaque illi tantum exeidium veriti, Miltiadem confeſtim è vinculis liberum abire permiſerunt.

Forſitan ergò inter Pinus oratum exijt Chriſtus, præſignaturus, ſe mortis, & diaboli latam per tyrannidem potentiam, ſic occiſurum atque obpreſſurum, vt deinceps non magis, quam à viris vmbræ ſuæ, timerentur.

Oſee.13. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua, ò Mors, morſus tuus ero Inferne*, extremum tibi ero excidium.

1. Cor.15 *Abſorpta eſt Mors in victoriâ*. Quàm ſignificanter ab Apoſtolo dictum! Vno verbo hauſit totam Mortis potentiam.

Cur etiam in Palmetum.

Nam, & palmis quoque diues mons ille oliuarum.

A. Gellius lib.3. noct. c.6. ex Ariſtot. & Plutarchi teſtimonio, ait, palmæ lignum, quo grauius premitur, hoc ſe magis adtollere, & ſurſum niti.

Cætera de palmæ natura, vide apud *Plinium lib.13.c 5. & lib.11.c.4. Dioſcoridem lib.1.c.150. & Theophraſtum.l.1 c.2. & l 3 c 5 Pierium l 50. hieroglyph.*

Palma porrò victoriæ nota, vnde locus prouerbijs: palmam ferre: pro potiri victoria, ſeu bellando; ſeu quadrigis currendo; ſeu eloquentia certando.

Hinc Apoc.7. *Et palmæ in manibus eorum*, de ſui victo ribus.

*Ioann.*12. Chriſto triumphanti, ac in vrbem ingredienti, palmæ cæſæ, ac ſtratæ.

An non fortè, ſe comparaturum mox nobis æternæ vitæ palmam, notet, hoc aſcenſu in palmetum? Auguror id ego quidem.

Cant.7. *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius.*

Palma, Pinus, Myrtus præmia ſunt victorum: oliua.

Pacis,quæ poſt victoriam,indicium.

Denique,ex Palma,Cedro,Cupreſſo, atque oliua confectam Chriſti crucem quidam putant : Sed quis ſcit, an non forte, ex iſtis quatuor lignorum generibus, potiùs confecta ſit,ac forte ſubierit in montem,lignorum horum feracem,quaſi ligna ſupplicij ſui ſalutaturus, ſpontaneæ paſſionis argumento ? Credibile id quoque.

Et D. Andreas lignum crucis ſuæ ſalutauit poſtea.

II.

De hortorum amore ac cultu.

Vbi erat hortus,in quem introiuit ipſe,& diſcipuli eius.

Deus iam olim hortis delectatus,paradiſum voluptatis creauit.

Chriſtus dictus etiam Nazarenus, j. floridus.

Nunc hortum petit,& mox à Reſurrectione, viſus in horto hortulani ſchemate.

Probem igitur ego quoque,hominem hortulis delectari; nam id mihi ſignum Innocentiæ, & verò etiam Pudicitiæ.

Nam & protoparentes adhuc innocentes, adhuc virgines,in hortum delati, & hortum incolere iuſſit. *Geneſ.*

Et Chriſtus virgo, virginiſque filius, delectatus horris, nouus hortorum Deus, illo Ethnicorum Priapo ſanctior.

Et virgines videas, roſis, florumque faſciculis capi,manicis,mitriſque adpendere quamdiu innuptæ,contemnere poſt nuptias.

Honorat Chriſtus Dominus virgines floribus miraculo datis,aut florum odoribus.

In Juliano Antiocheno martyre, & Baſiliſſa virgine licet videre, qui nuptijs inter ſe celebratis, cum Iulianus continentiæ votum ſuſcepiſſet, brumæ tempore, roſarum ac liliorum fragrantiam, in cubili collocati, ſenſerunt : ſtupeſcentique puellæ ſponſus dixit, odorem hunc munditiæ virginalis eſſe. Cuius quidem ſuauitate illa capta, vnà cum ipſo in Virginitate perſeuerare decreuit. Propoſitum amborum confirmauit viſio. Chriſtus cum matre Virgine illis apparuit,pudicitie-

çitiæque corollis donatos dimiſit. *Ex Sur. tom. 1.*

S. Dorotheæ datum poſt mortem ad Theophilum ſcribam etiam brumæ tempore, cum in aruis omnia defloruerunt, ciſtulam roſarum recentium, de ſui ſponſi paradiſo, vt per ludibrium poſcenti ante martyrium promiſerat, per puerulum mittere. *Ex Marulo lib. 3 exemp. c. 6. vbi citatur Euſeb. Cæſar. lib. 8. c. 17. ſed ibi nihil de roſis, etſi de Dorothea multa præclara.*

Virgæ Joſephi ſponſi futuri Matris Virginis aridæ diuinitùs, datum frondere, florere & fructum dare, ob pudicitiam maximè, qua dignus inter multos riuales vnus declaratus eſt, cui Maria Virgo, mater Dei futura, deſponſaretur & crederetur. *Michael Glycas parte 3. Annal.*

Chriſtiano etiam nunc ritu corolleis floreis, roſis, arbuſtorumque virentibus ramuſculis eorum feretra coronantur, quibus adhuc virginibus contingit mori.

Roſarium quoque, quod nihil aliud ſignificat, quàm ſertum quoddam ſpirituale, myſticis vocibus ex Euangelio depromptis, tanquàm roſis contextum, Virgini Virginum Dei matri, religionis ergò Catholici offerimus.

Chriſtus ipſe paſci dicitur inter lilia, ſeptus choreis virginum. *Breu. Rom.* Adeò virginum eſt, hortis floribusque delectari.

Carpendum tamẽ ſtudium prępoſterum, primum
1. *Plantas exoticas, ex nouo orbe, aduehendi, auro multò,*
2. *Irrigandi quotidie pluries ſemel,*
3. *Sarculandi, vrendiquè filitem,*
4. *Defenſitandi plantas, ab æſtu, frigore,* &c.

Deinde, animæ, horti melioris, negligentia, & ignauia
1. *Virtutes alienas inſerendi,* vt patientiæ herbam ex Iobi horto; Caſtitatem, ex Joſephi; obedientiam ex Abrahami, &c Sic ſolebat Antonius ille Magnus.
2. *Rigandi innatas, aut inſitas,*

3. *Vi-*

3. *Vitiorum lolia extirpandi,*
4. *Fugitandi peccatorum adlecebras occaſioneſquè.*

Quid? quòd, cùm in hortos, plantas illas celebriores, Imperialem coronam (quam vocant) Martagones, &c. inſeramus, non vrticam, non vieiam; vitia tamen nationum exterarum, in animum, in vrbem, orbemque noſtrum, conuchimus?

Inſerimus	1. *Compotationes Germanorum,* 2. *Vindictas Italorum,* 3. *Superbiam Iberorum,* 4. *Perfidiam Panorum,* 5. *Iuramenta Scotorum.* &c.	Ah! potiùs potiùs inſererentur eorum bonæ plantæ, boni mores.	1. *Conſtantia Germanorum!* 2. *Sobrietas Italorum!* 3 *Fides Hiſpanorum in rege!* 4. *Francorum in bellis regijs liberalitas,* &c.

Æmulamini chariſmata meliora.

Sed prôh dolor! *Commiſti ſunt* plerique *inter gentes, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & didicerunt opera eorum, & factum eſt illis in ſcandalum.* Pſal. 105.

Et dolendum, quòd, cùm ſit *fertilior ſeges aliena ſemper in agro*, in agro animæ non item. Plantas rariores alijs in horto inuidemus; non inuidemus virtutes, nec in nobis tranſplantare ſatagimus; imò floruleutiores nos cæteris arroganter æſtimamus.

Illud quoque; Aurum multum, in hortos, ac plantas, erogari; in Lazaros fame, frigore moribundos, ne teruncium. Hortulanis liberales, Magiſtris ſordidi ſumus.

Denique; Hortos, quandoque ad vitiorum illecebras, latebraſque haberi, deplorandum.

Laertius refert, Epicurum horto, pro ſcholâ, vſum.

Et horti, forte non pauculis, nunc etiam, vitiorum ſchola.

Forte, in illis frequenter, Adonidis, Priapique ſacra celebrantur.

Cant. 8. *Sub arbore malo ſuſcitaui te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.*

Habeat

Habent horti ſua vitiorum irritamenta, colores, odores, auium garritus, & ſolitudinem : *Oſtia pomerij clauſa ſunt, & nemo nos videt*, aiebant ſenes. *Daniel.*

D. Hieronymus refert tentatam à meretrice martyris pudicitiam, lectulo in horto conſtrato, quæ res quia multum ædificat, ex ipſo Hieronymo tota narranda eſt. *Alium*, inquit, *iuuenili ætate florentem, in amœniſſimos hortulos præcepit* (ſeu Decius, ſeu Valerianus) *abduci, ibique inter lilia candentia, & rubentes roſas, cùm leni iuxta murmure aquarum ſerperet riuus, & molli ſibilo arborum folia ventus præſtringeret, ſuper extructum plumis lectum reſupinari, & ne ſe inde poſſet excutere, blandis ſerico nexibus irretitum relinqui. Quò cùm recedentibus cunctis, meretrix ſpecioſa veniſſet, cœpit delicatis ſtringere colla complexibus, &, quod dictu quoque ſcelus eſt, manibus attrectare virilia, vt, corpore in libidinem concitato, ſe victrix impudica ſuperiaceret. Quid ageret miles Chriſti, &, quo ſe verteret, neſciebat. Quem tormenta non vicerant, ſuperabat voluptas. Tandem cœlitus inſpiratus, præciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem exſpuit ac ſic libidinis ſenſum ſuccedens doloris magnitudo ſuperauit.* Hæc D. Hierony. in vita Pauli primi Eremitæ.

Nicetæ Martyris, ſimilis, in non diſſimili certamine fortitudo, *apud M. Marulum lib. 4. exemp. c. 7.*

III.

De ſcandalo.

Omnes vos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte.

D. *Chryſoſt. homil.* 83. *in* 26. *Matth.* putat Chriſtum de diſcipulorum ſcandalo verba tum feciſſe , cùm perueniſſet ad montem , quamobrem nos huc quoque referimus.

Certè, Matthæus hunc ordinem inſinuat, dicens: *Et hymno dicto, exierunt in montem. Tunc dicit illis Ieſus: Omnes vos*, &c.

Sed tamen, ita dixit, cum venit in montem, vt dixerit ante quàm in Gethſemani perueniſſent.

Non nemini tamen videntur in cœnâ hæc dicta.

Sic autem conciliem, vt putem dictum id non ſemel Petro, atque ita credibile, dictum id in menſa primùm, ac deinde etiam in itinere, ſecundò.

Et meus Toletus, mecum in hac ſententia *annot. 31. in 13. Ioan.*

Scandalum quid.

Vox ſcandali, Latinis auribus, ante Chriſti tempora, ferè inaudita, poſteà Theologis familiaris, id omne ſignificans, quod homines in caſum, aut lapſationem in fide, aut moribus pellat; quaſi ad lapidem aut ſcopulum offenſarent.

Duplex id ponitur { 1. *Datum.* 2. *Acceptum.*

* 1. *DATVM* ſic definio: *Dictum, aut factum minus rectum, prabens ſuapte natura, alteri occaſionem ruina* Scandalum enim græcè, obicem ſonat latinè: dixerim verbulo, *Mali exemplum.*

* 2. *ACCEPTVM* dico, *Siniſtram, vel bona, vel indifferentis rei interpretationem, ab infirmitate conſcientia, aut malignitate.*

Aranearum morbus, in venena Colchica, etiam Attica mella verſantium: vt, ſi quis frequenti alicuius communione irritatur, aut carnium abſtinentia in 40. &c. vel carniũ vſu, cum licet, in cuiuſmodi tamẽ hominum gratiam, Paulus ipſe *non manducet carnes in æternum.*

Datum fit dupliciter. {
1. *Agendo aut dicendo, quod natum ſit offendere proximi conſcientiam, etiã nulla actuali intentione ſcandalizãdi, vt adulterando, ebrietati vacando publicè,* &c.
2. *Agendo aut dicendo malum, aut bonũ malè, ſtudio ſubuertẽdi, vt ſi iuret miles impius, nec tam mordax quàm latrabundus; ſtudio tirones ad ſimilia prouocandi.*
}

Datum ita ſcandalum, peccatum eſt *breuibus gyaris, & carcere dignum.*

Matth 18. *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, &*

us, & demergatur in profundum maris, j. ſaxo ad collum adgato mergi, ius faſque eſt.

Molam autem aſinariam dicit, molarem illum lapidem, quem aſini olim ac mancipia, in piſtrinis rotabant.

Prætulerim ſcandalo illud: *Si non caſtè, ſaltem cautè.* Malum bonum. Malum, intus Neronem eſſe, nec viuere caſtè; bonum, foris Catonem eſſe, nullique offendiculo; id eſt, minus malum eſt, occultè peccare, quàm publicè ratione ſcandali, & exempli.

Melius omninò non peccare; proximum (ſi peccandum) intus, intraque parietes domeſticos, peccare, ne nobiſcum proximos perdamus, peſſimo exemplo.

Pſal. *Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.*

Suſannam nullam ſolicitanto: ſed ſolicitaturi dicunto: *Oſtia pomerij clauſa ſunt, & nemo nos videt.*

Ne in foro, Diogenicè ac caninè.

Geneſ. Loth inceſtuoſus; ſed in ſpeluncâ.

1. *Reg.* 24. Egeſſit Saul ſtercora ſua; ſed in ſpecu.

Geneſ. Nudatus Noë; ſed in tabernaculo ſuo.

Ioann. 11. Claudatur lapide Lazarus, ne fœteat, aut exhalet Aſphalticum, aut Mephiticum neſcio quid.

Sordibus corporis egerendis etiam comes verecundia; & ſecretum: & nulla animi morbis?

Etiam ventris crepitum, tuſſi, & quà quà potes, diſſimulas. *Eraſm. de ciuilit. morum.*

QVAESTIO.

Sed quæri poteſt; *Præſtétne hypocritam eſſe, quàm cuiquam ſcandalo eſſe?*

Videtur quòd non.

D. Aug. in Pſal. 63. *Simulata æquitas, non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas. Quia iniquitas eſt, & ſimulatio.*

D. Hieron. ſup. Iſa. lib. 6. *In comparatione duorum malorum: leuius eſt, in alium apertè peccare, quàm ſimulare, & fingere ſanctitatem.*

Senec. in Prou. *Malus, vbi ſe bonum ſimulat, tunc eſt peſſimus.*

Deinde, hypocrita duo ferè furta lucro
{ 1. *Reuerentiæ*, quæ ei exhibetur, vt probo;
2. *Eleemoſynarum* in ſumt^9 com-

committit | lucroſæ egeſtatis, & quaſi honorarium ſanctitatis.

Sed contra eſt, quòd à Chriſto Domino non eſt tanta, tamque expreſſa pœna hypocriſi decreta, quàm ſcandalo, vt patet Matth. 18. de molâ aſinatiâ, de ſubmerſione; item de exoculatione, & mutilatione pedum, manuumque, &c.

Item, quòd Apoſtolus Paulus, de ſcandalo tractans, vſus ſit verbo valde emphatico (*vrendi* ſc.) quòd maximi doloris eſt, vt ſcandalum maximi ſe facere teſtaretur, quaſi non videatur vſus, cùm de hypocriſi contigit loqui. *Quis ſcandalizatur, & ego non vror?* inquit.

Item, quòd toties in libris Regum illę voces repetantur. *Hierobboam, qui peccare fecit Iſrael*, quòd ſcilicet primùm 10. tribus à cæteris diuiſiſſet; Deinde à cultu veri Dei diuertiſſet; Denique, ad vitulos aureos adorandos conuertiſſet. Ex cuius enim inuentione, Iſraelitæ illi *mutauerunt gloriam ſuam*. Deum verum, *in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum*. De nullo autem Hypocritâ toties odioſa mentio habeatur.

Item; quòd mortes ſubitæ legantur & horrendæ hominum alios ſcandalizantium; vt Core, Dathan, & Abiron, ſtatim hiatu terræ abſorptorum, quòd populum ad commurmurandum in Moyſen exemplo peſſimo animaſſent; vt meretriculæ ſubitò morientis, quòd ad ſanctum Eremitam, tentandi illius ſtudio, diuertiſſet: *de qua vide Spec. exemp. diſt. 2. exempl.* 108. *pag.* 109. non autem tales, aut tam frequenter, hypocritarum.

Dicendum ergò, ſcandalum minus malum eſſe, quam ſit hypocriſis, ſecundum quid, propter fallaciam minorẽ, & faciliorem fraudum euitationem, quà fallit minus, qui publicè eſt malus, quam hypocrita; abſolutè tamen idem maius malum eſſe hypocriſi, propter maiorem à bono & virtute auerſionem, tam in ſcandalizante, quam in ſcandalizato.

Hypocrita enim adhuc videtur tanti æſtimare virtutes, cum eas ſimulet; Scandalizans autem & publicè peccans, illas omninò contemnere, & ſuſque deque habere, ſi condemnantur.

Hypo-

Hypocriſis quoq; bona per accidens;quia, quos fallit ſimulatione,eoſdem ipſos facit virtutis admiratores,& ſæpè imitatores virtutis,quàm admirantur;Scandalum verò, & quos improbos reperit confirmat,& indurat; & quos probos,ſuccutit,debilitat,&, vt plurimum, ad ſimilia pertrahit.

Ad autoritates ergò reſpondendum,agere illas, de fallaciâ in vno maiore,quàm in altero, non autem de auerſione,à bono,longiore.

Ad rationem autem à furto duplici,dicendum; eſſe furtum maius ſubtractionis vel vnius animæ à Deo, per ſcandalum datum,& peccati imitationem,quàm multæ laudis reuerentiæue,aut cuiuſcunque eleemoſynæ indebitè acceptæ.

Jtem;furtum,quod facit hypocrita, reuerentiæ & eleemoſynæ;ſæpe compenſari ea,quam dixi,virtutum,quæ veræ in hypocrita creduntur,imitatione.

Vos Superi tamen ô! *tales terris auertite peſtes!*

NOTÆ

CONCIONIS VIII.

Fer.4. hebdom.1.

THEM. *Omnes vos ſcandalum, &c.*

Facta repetitione ſic propoſitum:

Dicendum nunc { 1. *Quantum ſcandali dati malum.*
2. *Quando aliqua, aut nulla ſcandalo excuſatio.*
3. *Vnde acceptum Apoſtolorum ſcandalum.* AVE.

J.

Quantum ſcandali dati malum.

Magnum aliquid ſcandalum, horrendum, ingens. Id quinquifariam euincitur.

* 1. quòd ex alto pectore trahens vocem Chriſtus exclamârit. *Væ mundo à ſcandalis.*

* 2.quòd *Væ* præfixerit,damnationis æternæ vſitatam notam.

* 3.quòd pœnam expreſſerit: *Expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius*, &c.

Torques aureus ſcandaloſi,mola aſinaria è collo pendens,qua vna re videtur notare du-; intùs dolorem quendam oppreſſi pectoris, & de aliorum ruinâ anxiam pœnitudinem: foris, forte infligendam quandam ignominiæ notam,vt cauterium furi,&c. Quidni?

Si enim,*qui ad iuſtitiam erudiunt multos* verbo, aut facto,aureâ, aut laureo â,inſigniantur,quod noſtri inter, retantur ſingularem quandam intùs lætitiam,à proſectu poſterorum,&foris illuſtrem quādam ac honoratam eius rei notam;Certè, & qui duces ſeu magiſtri ſunt ſcelerum intùs,animo tortore,flagellandi,ac foris infamandi, iniuſtâ nequitiæ publica,atque inhonora,nota.

Si vnum eſt cauſa vnius,non ſit oppoſitum cauſa oppoſiti?

Molâ aſinariâ adluſiſſe reor Chriſtum,vel 1.*ſupplicio illi*, quo lapidei globi duo ſimul catænati adpenduntur collo flagitioſorum,quos citra mortem puniri lex iubet, inſtar furciferorum deinde infamium.

2.*Vel ſeruili ſupplicio*, quo Dauī Terentiani, aut Chryſali Plautiniani adfici olim ſolebant Priſcis enim, cùm nondū eſſent molæ,quales nunc a ventis aut aquis rotantur, erāt (vt & nunc quoque,obſidij tempore vtiles)aliæ, quæ brachiorum vi,aut aſinorum tractu agitabantur. Seruorum verò ſi qui malè rem geſſerant, in aſinorum locum, ad eas molas detrudebantur,vt nunc ad triremes.

Terent. in Andria.*Si ſenſero,&c. ego te in piſtrinum Daue, dedam*,

Eâ lege atque òmine, vt ſi te hinc exemero,ego pro te molam.

Plaut in Bacchid. act. 4.—*tua iàm virgis latera lacerentur probè*

Ferr itusq; in piſtrino ætatem conteras.

Labor is hoc,ac ſudoris infiniti ſupplicium.

3 *Vel Ixionis pæna*,de quo,ſimili rotæ obligato, illud eſt *Voluitur Ixion,qui ſe ſequiturque fugitque.*

*.QVA

* QVARTO, ſcandali grauitas patet, ex conſilio illo admirabili, ac ſpecie prima crudeli: *Si oculus tuus ſcandalizat te,&c. erue, abſcinde, proijce*,&c. *melius eſt enim*,&c. id eſt: ſi quis tibi oculis tuis charior (nota ſunt illa comicorum, *lux mea: ocellule mi*,&c. pro re chariſſima) ſi quis tibi ita neceſſarius, vt pes, vt manus, & te ſcandalizet, &c. *erue, abſcinde*, &c. Ex D Hieron. hîc.

Seruus tibi eſt, ipſo ſole, atque ipſis manibus tuis, vtilior tibi, ſed libidinibus, ſed hęreſi familiam labefactat, &c. amputa, proijce abs te ſeruum, & ancillam, & filium eius inſolentiùs Iſaaco colludentem. *Geneſ.*

D. Chryſoſt. homil. de incomprehenſibili Dei natura. *Si detrimentoſæ ſunt amicitiæ, reſiliamus, & fugiamus*, &c.

* 5 ET RATIO grauitatem teſtatur. Vnicum enim ac ſolum, vnius ſcãdalum datum, ad euertẽdum potẽtius, quàm centum oratorum centum conciones ad ædificandum, vt ingenium hominum, à natura, procliue ad libidines.

II.

Quomodo aliqua, aut nulla ſcandali excuſatio.

Iuuat ergo ſcandali materiam nôſſe exactiùs, & docere: attendite.

Actionum moralium quædam:
1. *Mera mala*, vt adulterari, blaſphemare, latrocinari, &c.
2. *Mera bona*, vt adorare Deum, diligere proximum, &c.
3 *Neutra*, j. adiaphora & indifferens.

* 1. MERA MALA, nata dare ſcandalum, itaque illi vacans, mola dignus.

Ab illa, publicè ne fiat, cauendum, non modò quia peccatum, ſed quia ſcandalum, & aliis peccandi illecebra: duplex enim alioqui culpa, ac diffuſa.

Diuinum illud prouerbium, hoc intuitu: *Si non caſtè, ſaltem cautè*: diuiniſſimum, *Si & caſtè, & cautè*: ſed Phœnicum hoc vltimum. Primum tamen, nondum comploratum.

Gen. 3. Adam peccat; ſed quid ait? *Timui, & abſcondi*

Digitized by Google

me,eo quòd nudus eſſem,bene habet,crubeſcit.

Gen 9. Nec ebriatur,nudatur qua verendus:at optimè, quòd in tabernaculo.

Geneſ 19 Loth bibit hilarius ac largiùs,*accipit obſcano genitor ſua viſcera lecto* grauidat filias, Cinyra nihilo melior Myrrham ſuam grauidante,proh ſcelus!ſed ſalua res,quòd in ſpelunca.

Daniel. 13 Solicitant ſenes Suſannam turpiter; at honeſtè,quòd aiunt:*Oſtia pomerij clauſa,& nemo nos videt.*

4.*Æneid* Dido,Dux & Troianus conueniunt,ſed in ſpeluncam.

Furta,furta,tolerem magis,& clancularia mala; quàm adulteria,concubinatusque manifeſtarios:

Peccatum occultum veniæ proximum.

Iſta:*Prouidentes bona non tantùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus.*

Sic clàm vt palàm; perfectis dicta: imperfectis aio ego: *Si non coram Deo ſaltem coram hominibus.*

Te perire vnum ac ſolum,plus ſatis; ne etiam comites trahas:

Peccatum Hieroboam,quo peccare fecit Iſrael, in vitulis aureis; centies,cum ignominia, repetitum in libris Regum,lectito.

Et certum,increſcere damnatis pænas, quoties eorum exemplis peccatur.

Luc. 16. Fortè huc ſpectans, adeò ſolicitus erat diues epulo,de fratribus commonefaciendis,quos ipſe exemplo perdiderat.

Scandali accepti origo,à duplici obiecto { 1. *Mero bono*,vt ſcandalum Phariſæorum,a Chriſti concione, de eorum auaritia. 2 *Neutro, aut indifferenti*,vt à riſu, eſuque carniū, congruo tempore.

Item à ſubiecto duplici { 1. *Maligno.* 2. *Ignoranti:*

Mera bona,cultus Dei,actus religionis, prædicatio Euangelij,&c.

Si hinc ſcandalum accipit ſubiectum malignum aut ignarum,quid facias?

Diſtin-

Diſtingue ſcandali cauſas, an à
- 1. *Commiſſione boni, neceſſarij, ac ex præcepto facti.*
- 2. *Omiſſione operis, quod non eſt in præcepto.*
- 3. *Commiſſione non vetiti, indifferentis.*

* j. *SI A COMMISSIONE BONI* ſcandalizatur quiſquam, ne deſine. Exemplo, & quidem Christi.

Matth. 11. *Scis quia audito hoc verbo* (in auaritiam ſc.) *Phariſæi ſcandalizati? Sinite eos*, inquit, *cæci ſunt*, &c.

Luc 14. Hydropicum etiam curat in Sabbatho, ſpreto ſcandalo.

Petro ait: *Vade retro poſt me Satana, ſcandalum mihi es.*

Et modo ad paſſionem, iuſſo Patris, procedit, *Etſi omnes* (ignorantiâ) *ſcandalum paſſuri in eo in iſta nocte*

Exod Non ſilet Moyſes quæ in mandatis habet, etiam offenſo Pharaone.

2 *Reg.*6 Saltare pergit Dauid, coram arca Dei, ſpreto Michobis vxoris ſcandalo.

1. Cor. 1. *Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam.*

An oues deponant pellem ſuam, quod ea lupi abutantur?

An mellificare ceſſent apes, quod è melle fella ſugat aranea?

Et amaracus ſuauiter ſpirare deſinat, quod porcis ac *ſetigeris ſubus acre venenum eſt, quod nos interdum tanquam recreare videtur*, vt habet Lucret. lib 6.

Aiendum hîc potius: *Obedire magis oportet Deo, quam hominibus*, Apoſtolica conſtantia.

Et: *Non obedio præcepto Regis, ſed præcepto legis*, 2. Machab. 7.

Matth. 20. *An oculus tuus nequam eſt, quia ego ſum bonus?*

Matt. 11. *Beatus, qui non fuerit ſcandalizatus in me.*

Seruanda ſemper veritas Iuſtitiæ, vitæ, Doctrinæ.

D. Gregor. *Si de veritate ſcandalum ſumitur, vtilius naſci ſcandalum permittitur, quam veritas relinquitur.*

Autore me tamen, qua fieri poterit commodè, declaranda facti iuſtitia.

*Luc.*14. Sic hydropico curato, Phariſæos inſtruit Chriſtus, a bonis alinique lapſorum erectione, lege & vſu licitâ.

Alibi: *Ego dæmonium non habeo. ſed honorifico Patrem*, &c.

* ij. *SIN AB OMISSIONE* non præcepti operis, receptum eſt ſcandalum in ſubiectum ignorans, iudicem ſuccurrendum, faciendo, quod lege omitti licet.

Jdeò, B. Virgini matri futuræ, maritus datus:

Chriſtus Circumciſione non neceſſariâ vſus, & Baptiſmo Joannis.

Et Puriſſima Virgo, Purificationis legibus paruit.

Matth. 17. Chriſtus Gentibus tributum pependit, quòd eis eius ignorata libertas, quà Meſſias, quà regiâ ſtirpe Dauidis ortus. &c.

Jdeò didrachma dedit.

* iij. *SI A COMMISSIONE non vetiti*, aut indifferentis (quale eſt, hac aut illac ire, hoc aut illo diuertere: porcinâ veſci in Chriſtianiſmo, aut non veſci, neque hac, neque vlla animalium carne, inſtar Pythagoræ, &c.) frater tamen meus infirmus ignoránſque offenditur: procul carnes illas, quarum eſu offenditur, ſeponere te iuſſero, etſi ab earum eſu vſuque, neque tu ſanctior, neque profanior.

1. Cor. 8. *Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum.*

Rom.14. *Bonum eſt manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.*

Jbid. *Si propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt*

Ibid. *Noli propter eſcam deſtruere opus Dei.*

Jbid. *Omnia quidem munda ſunt ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat*

D. Baſil. in quæſt. breuibus q. 64. *mirabilis*, videatur.

2. *Mach.* 6. Eleazari excelſum exemplum. Is enim inuitatus ad eſum carnium, quibus lege veſci licitū erat; noluit, ne adoleſcentioribus doli ignaris ſcandalo eſſet. Hoc

illic

illic, quod carnes licitæ quidem porrigebantur, ſed inſtar illicitarum, quod erat æquè ſcandali ferax, atque ſi verè illicitas comediſſet. Iure ergo veſci licitis noluit, vti nec decuit, ne illicitas admiſiſſe videretur.

D. Gregor. *Conſiderandum eſt, quia inquantum, ſine peccato, poſſumus vitare proximorum ſcandalum, debemus*

D. Cryſoſt. ſer. in concubinarios. *A ſcandali pœnâ tum demum liberamur ſi ex ſcandalo aliud quoddam lucrum naſcatur maius damno, quod ex ſcandalo fit. Ad quòd ſi hoc non fuerit, & hoc ſolum obuenerit ut ſcandalizentur alij, ſiue ob rationem aliquā ſiue ob nullam ſiue vt infirmi offendātur, ſanguis illorum ſuper caput noſtrum, & ex manibus noſtris Deus animas tales requiret.*

Naſcitur hinc Chriſtum, nec, ob ſuorum omnium ſcandalum, debuiſſe à paſſione retrocedere

* 1. Quòd hinc totius mundi ſalus, fructus maior, paucorum ruina, à ſcandalo.

* 2. Quòd iuſſum Dei ſic ageret, & orbi neceſſarium.

Viſum enim erat, iam olim ab æterno, Sanctiſſimo Trinitatis Senatui, ac (vt ita dicam) Triumuiratui, Spiritui ſancto, Filio ac Patri in vnum congregatis, non coactis, facere hominem, primò, ac deinde reficere, ideoque filium digna atque indigna pati; non Patrem, ne qui Pater erat in diuinis, diceretur filius in humanis; non Spiritum ſanctum, ne dicerentur duo in Trinitate Filij. Patebat ergo Chriſtus modò paſſurus, iuſſo ac decreto Trinitatis.

III.

Vndè acceptum Apoſtolorum ſcandalum.

A Chriſti perſona primum, deinde à Iudæis.

*1. Chriſti verba factaque nunc diſſona.

1. *Se filium Dei, viam ac vitam dixerat, videbant autem immortalem & vitam mori: Nam ſi Deus, & ſi vita, quomodo moritur? ſi moritur, quo modo vita? Hæc illi ſecum.*

2. *Pollicitis diues admodum fuerat. Sedebitis & vos ſuper ſedes 12. iudicantes,* &c Matth 19.
Centuplum ſuarum rerum deſertoribus promi-

promiſerat, de regno quoque ille multa, ſæpe & latè. Iam videbant iudicatum illum iri.
3. *Alijs opitulatus, ſibi deerat.*

Opinabantur homines, ſe patres patriæ, purpuratos, ac Senatores, primiſque Parlamenti (vt vocant) Præſides aliquandò futuros.

Videbant contrà, Regem ſuum ſpinis coronari, ſanguine ſuo ipſius totum purpurari, iudicari ipſum, atq; in crucem agi, &c.

q.d. *Hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis?*
1. Æneid.

Alijs enim viderant miraculis opitulantem; ſibi, in paſſione, neque conſilij, neque auxilij (impotentis inſtar) nullam facere copiam.

Chriſti res actioneſque mutatæ, miſellos quatiebant.

* 2. *AB IVDÆIS*, quorum minæ nondum ſatis Spiritu armatos territabant.

Scandalum ergo patiemini (*in me*) notanter dixit, non (*à me*) ſed ab ijs, quæ in me, aut de me fient.

NOTÆ
CONCIONIS IX.
Fer. 5. hebdom. 1.

THEM. *Omnes vos ſcandalum*, &c. vſque ad: *Tunc venit* IESVS *cùm illis, in villam*, &c.

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie
1. *An Deus præſciat, & præſciendo cogat mare magnum Scyllæum, ac periculi pleniſſimum.*
2. *An Petrus peccarit in reſponſo, quâ: & qui excuſari poſſit.*
3. *De diſſenſu conſenſuq; Euangeliſtarum, de cantu Galli.* AVE.

As

I.

An Deus præſciat & præſciendo cogat.

Altum hoc mare (Auditores) ac ferè homini innabile, ni Dux ac Typhis Deus. Hîc Scylla, hîc Charibdis: hîc ſaxa Capharea, & ſcopuli Cyclopæi. Hîc Mæandri mille, & neſcio quid Labyrintho ipſo inextricabilius.

Hîc, deuij, hîc alliſa multi.

Tollunt hi	1. *Prouidentiam,* 2. *Rerum contingentiam,* 3. *Libertatem arbitrij,*	ponunt illi	4. *Cauſam peccati Deum.*

Quaſi alterum, ab altero, iuguletur.

Rom. 11. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius!*

Ingrediendus tamen hic Labyrinthus, cædendique Minotauri, & ſublatis, Mercurij caduceo, opinionum diſcordijs, redeundum.

Sequēdum hîc mihi agmen Patrum, quaſi filum Ariadnæum, & Scholaſticorum lux, quaſi Cynoſura, non fallaces ac Nauplianæ hæreticorum faces.

Interim tolerandus ego, ſi hîc ſolito aut prolixior, aut incultior, pro re nata.

* j. *TOLLVNT PROVIDENTIAM,* quâ futurum aliquid præuidetur, ante multò, quam ſit factum,

Error multiceps	1. *Tollentium totam,*	
	2. *Mutilantium, & ponentium eam*	1. *Ad aërem vſque tantùm, cætera ſecuram.* 2. *Ad orta ex naturalibus cauſis ſolùm.*

* 1. *TOLLENTIVM TOTAM* dux Epicurus, cui viſum, *Nihil curare Deos, nec ſui nec alieni, ſed monogrammos, & nihil agentes.*

Magni etiam quidam homines in hoc morbo.

Quintilianus. *Nullam ego res humanas deſpicere prouidentiam reor.*

Et Aug lib. 5 *Ciuit. c* 9. *teſte* Cicero, libris de Diuinatione, ſcientiam futurorum in Deo nullam omnino eſſe, nullamque rerum prædictionem eſſe eluctatur, etiam, quod inde ſequitur, propheriam.

Iob 22. *Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat & circa cardine* (hebr. gyrum, vt vertunt 70. vel circuitum) *cali perambulat*, aiunt quidam male ſani.

Pſal 93. *Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob*

Dereliquit Dominus terram & Dominus nos non videt.

Fous erroris triceps { 1 *Malorum bona, ſeu proſpera:* 2. *Bonorum mala ſeu aduerſa:* 3. *Metus adfigendi ſeruitutem lib arbitrio.*

D. Aug. lib. 5 Ciuit cap. 9. *Hoc totum facere videtur Cicero, ne fatum eſſe conſentiat, & perdat liberam voluntatem.*

Præſcientiâ futurorum, tolli putant liberum arbitrium, voluntatis arbitrio, tolli præſcientiam futurorum. Itaque mauolunt facere liberos homines, quam prouidentem Deum.

Impiè. Derogantes .n. nobilitati diuinæ, dum ſic faciunt liberos, faciunt ſacrilegos.

Amore Reipub. abſtulêre præſcientiam, ſeu prouidentiam, & propoſitionibus de futuro veritatem.

* 2. *MVTILANTIVM*, & ad æ:em vſque duntaxat eam deducentium, patronus Ariſtoteles: aliorum, ad ſola orta ex naturalibus cauſis trahentium, autor anonymus.

Aiunt autem hi, Deum ea ſola ab æterno præſcîſſe, quæ cauſas effectrices habent naturales: vt Solis eclipſin, imbres, ſiccitates, &c cognitis enim illis, poſſe prænoſci, quid futurum. Actionum verò, quæ ab arbitro hominis libero ſunt, Deum ignorare futuritionem, i. an futuræ ſint.

Nec Apollinem quidem præſciſſe, ab Oedipode filio, Laium patrem cæſum iri.

Quin etiam blaſphemant, Deo nullam præteritorum ſcientiam, quorum nulla ſuperſint veſtigia, quaſi imagines.

Neſcire Deum, lupum hac illacue, tranſiſſe, niſi reli-

Ctoi

cto in niue, aut arenâ veſtigio.

* ij. *RERVM CONTINGENTIAM* tollunt ſecundi, ac fatum reponunt.

Rebus .n. præſcitis non minorem exiſtendi neceſſitatem adfigunt, quam præteritis: cùm præſcire connotet futurum, etſi ab illo non dependeat.

Diodoro viſum, nil fieri, quod non fuerit neceſſe fieri, nec magis poſſe commutari futura falſa in vera, & contra, quàm præterita, paremque eſſe futurorum, & iam præteritorum, incommutabilitatem. Ait enim: Si verum eſt, hic morietur hoc morbo, neceſſariò morietur, ſicut ſi verum eſt: Oedipus eſt mortuus, neceſſario eſt mortuus.

Futurum, vt ſubeſt diuinæ præſcientiæ, non poteſt aliter euenire, quàm Deus præſciuit.

Illis, vt omne quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe; &, vt *facta, infecta fieri nequeant*, ſic futura non poſſunt non eſſe.

Nam præſcientia Dei falli nequit: falleretur autem, ſi præſcita non fierent.

Præſcire & non euenire, tam non poteſt dici, quam eundem ſedere, & ambulare, eodem tempore.

Deinde cùm præſcientia præter ſcientiam, etiam dicat rerum cauſam (nam Aug. lib. 15. Trinit cap. 13. *Ideò res futuræ ſunt, quia Deus eas nouit*) & quà cauſa eſt, ita potenter cauſet, vt ei obſiſti nequeat, præſcitarum rerum euentus eſt neceſſarius.

Empedocles & Stoici conſentiunt, dicentes, omnia neceſſario prouenire, poſitâ infallibili præſcientiâ Dei.

Quin & fatum Philoſophi, ac Poëtarum proceres, ſtatuunt.

Manil. 4. Aſtronomicôn. *Fata regunt orbem, certâ ſtant omnia lege.*

Laërt. lib. 1. *vit. c.* 1. Thales rerum omnium robuſtiſſimum fatum reſpondit.

Agamemnonis vox apud Homerum: *Ego non ſum cauſa, ſed Iupiter, & Dea neceſſitas.*

Virgil. 1. Æneid *Quippe vetor fatis*, vox Iunonis. 4. Æneid. *Fata obſtant, placidasq; viri Deus obſtruit aures.*

Sæpè

Sæpè apud naſatum illum naſutumque poëtam:
Sic me mea fata trahebant: Sic erat in fatis, &c.

Senec. lib. ep. 16. *Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.*

* iij. *ARBITRII LIBERTATEM* tollunt. Priſcillianus hæreticus, vniuerſa fato tribuens, damnatus Braccarenſi concilio c. 9. ſuorum decretorum: & ante eum alij hæretici ab ipſis Eccleſiæ cunabulis, qui dixêre, peccata hominum neceſſaria, peccatique impulſore Deo.

V. Beda explicans epiſt. Iacobi c. 1. huius erroris meminit: *nemo cum tentatur*, &c.

Naſci id videtur, ex præſcientiæ certæ poſitione. Nam ſi quæ Deus præſcit, certò eueniunt, homone liber, qui certò in præſcitum incurſat?

Liberne Petrus, qui certò in præſcitas negationes impactus?

* iiij. *CAVSAM PECCATI DEVM*, ponunt Caluiniſtæ.

Caluini lib. 1. inſtit. c. 17. §. 5. hæ blaſphemæ voces: *Nous diſons que toutes choſes dependent d'icelle* (prouidence) *comme de leur fondement: & pourtant qu'il ne ſe faict ne larrecin, ne paillardiſe, ny homicide, que la volonté de Dieu n'entreuiẽne*, id eſt: *Dicimus omnia à prouidentia illa dependere, quaſi ex ſuo fundamento: ideoque non perpetrari neque furtum, neque luxuriã, neq; homicidium, cui voluntas Dei non ſe immiſceat.*

Nam ſi is cauſa omnium futurorum; ergò etiam peccatorum.

Ariſt. 5. Metaph. c. 1. *Rerũ particulariũ cauſæ ſunt æternæ.*

Ariſt. lib. de cauſis. *Cauſa prima ſecundam adiuuat in ſuâ operatione.*

Quicquid eſt, à Deo eſt, aut à natura, aut à libero arbitrio: ſed nihil eſt neque à natura, neque à libero arbitrio niſi operante Deo, ergo omne futurum à Deo eſt, & neceſſarium. Sed non eſt niſi à Deo agente ſecundum artem & cognitionem. Ergo.

Mihi vero ſic iſti debellantur {
1. *Scripturis.*
2. *Patribus,*
3. *Philoſophis,*
4. *Rationibus.*

* j. *AC PRIMI quidem Prouidentiæ maſtiges* omnes, tam qui totam tollunt, quam qui mutilant.

Pſal. 3. *Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat, ſi eſt intelligens aut requirens Deum.*

Pſal. 138 *Domine, tu cognouiſti omnia nouiſſima, & antiqua*, &c. *Intellexiſti cogitationes meas de longè, ſemitam meam & funiculum meum inueſtigaſti. Et omnes vias meas præuidiſti*, &c.

Eccl. 39. *Opera omnis carnis coram illo à ſeculo, & vſque in ſeculum reſpicit, nihil eſt nouum* (vel, vt alia translatio habet) *nihil eſt mirabile in oculis eius*

Sap. 8 *Præterita nouit, & de futuris æſtimat, ſigna & monſtra cognoſcit antequàm fiant, & euentus temporum & ſeculorum.*

Matt. 10. *Nónne duo paſſeres aſſe veneunt? & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro. Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt.*

Matth 6. Auocans ab anxiâ rerum neceſſariarum ſolicitudine, ait, volucres cæli a patre paſci, lilia agri ab eodem veſtiri, &c.

D. Aug. lib. 5. Ciuit. c 9 *Confiteri eſſe Deum, & negare præſcium futurorum, apertiſſima inſania eſt.*

Ibidem in fine. *Qui non præſcius omnium futurorum, non eſt vtique Deus.*

Incurium, ac cæcum Deum cum Epicuro, & obliuioſum cum Carneade illum dicere, eſt verbis illum fateri, re tollere.

Ariſtoteles meliùs in Metaph. *Deus ex ſui ſimplici notitia cognoſcit omnia.*

Omnes ille, & omnia, ſemel ac ſimul, præterita, præſentia, futuraque diſtinctè peruidet, quomodo Sol eius domus, aut vrbis, quam perpendiculariter illuſtrat, omnes æquè tegulas, & tecta, ſemel, ſimul, & æquè irradiat.

Vt qui è turri altiſſimâ proſpectat, viatores, & priores, & medios, & poſtremos, ſimul videt, etſi priores poſtremos non vident: ita Deo omnes præſentes, tam Adam iam olim mortuus, quam Antichriſtus olim naſciturus.

Deo nihil pòſt, nihil antè, ſed omnia præſentia.

Et diuina cognitio tota eſt ſimul.

Quidni?

Quidni? Vox vnica omnes omnium ſimul aures: Lux vnica, omnes omnium oculos: odor vnicus, omnes multorum nates ſimul ac ſemel ferit.

Cauſa rerum omnium primiſſima & vniuerſalis, qui omnia operatur in omnibus, dum ſe ipſum internoſcit; etiam futura internoſcit.

Rationes etiam fidem faciunt Præuidentiæ.

* 1. CONDITOR, à ſe condita fortunæ credere non debuit, ſed curare ſolicitè: non curantur autem res congruēter, non præuiſis bonis, & malis futuris.

Plinius *Hoc enim ſapientis eſt, omnia, quæ ventura ſunt, prouidere.*

Nemo ſatis prouidet aut cauet, qui non & præuidet.

Vtilium tardus prouiſor, qui non præuiderit. Ergo.

Cæteroqui, mundum creâſſe, neque deinceps prouidere, ſit hortulani inſtar egiſſe, riuulum irriguum quidem in horto fodientis, ſed de fluxu aquę perpetuò deinceps ſecuri: aut inſtar architecti domum extruentis, ac deinde, de ruinis inſtaurandis parùm ſoliciti; aut impij patris filios generantis ac deinceps natos exponentis.

* 2. *PROVIDENTIAM ſiue illam futurorum ſcientiam eſſe*, etiam propheriæ oſtendunt.

Prophetiæ de futuro, quam illæ in biblijs crebræ!

Taceo ſuperſtitioſas Diuinationes priſcis hiſtorijs inſperſas. Attamen ab iſtis, ita ſit fas argumentari, ſi quid indico.

Caij Cæſaris mortem Calendis Martijs futuram, diuinatum.

Domitius Bruſonius lib 2. facet. tit de fato. Diocletiano militi adhuc gregario mulier Druyas caupona dixiſſe fertur: *Diocletiane, Imperator eris, quum aprum occideris* (de Apro Numeriani ſocero intelligens, quem Diocletianus interemit ob cædem genero illatam:) occidit Aprum Diocletianus, & creatus eſt Imperator, vnde & dixiſſe fertur: *Fatalem aprum occidi.*

Fax Troiæ Fatalis, Paris: Fatale Palladum, &c. Fatalis, Niſi capillus, &c. prædicta, & contigêre.

Ergò, multò magis & Deo ipſi veri nominis prouidentia,

tia, ſeu præſcientia.

Præterea, an, quod Ars, ac Natura poſſint, non poſſit Deus?

Cic. 2. de Diuinat. *Medicus morbum ingraueſcentem ratione preuidet, inſidias Imperator, tempeſtates gubernator:* non prouideat Deus?

Mens noſtra etiam diuinandi expers, ſponte ſæpè præſaga futuri.

Et pice præſage mutationis temporum: Alcionæ tempeſtatum.

Valer. lib. I. Argon. *Solus tranſibit nubila Lynceus* Parietem homuncio iſte viſu penetrarit, & nouiſſimam Lunam, primamque eodem die in ſigno Arietis conſpexerit, & (Varrone autore) centum triginta milia paſſuum proſpexerit, &, ex Libycanâ ſpecula, manifeſtiſſimè notarit exeuntem a Carthagine claſſem Punicam, numerumque nauium: alium hominem alius, acumine viſûs, ſuperabit; & non omnibus hominibus acutiùs & longiùs proſpiciat Deus?

* 3. THEOLOGORVM conſenſione, Deus omnibus præſens per eſſentiam, quod ab eo cuncta creata & alita, per potentiam, quod ei eadem ſubdita, per præſentiam, quòd ei nuda & aperta: *Iouis omnia plena.*

Iupiter eſt, quodcunque vides, quodcunque moueris, ait ille.

Apud te, intra te eſt, ait Seneca; & credas Deum omnia non prouidere?

Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non conſiderat?

Propter quod vnumquodque tale, & illud magis:

Nemo dat alteri quod non habet.

Calefaciat ignis, qui ipſe non caleat: illuminet Sol, qui ipſe non luceat?

Sacrilega derogatio nobilitatis diuinæ iſta eſt.

E lacuna hac, peccandi erumpit tota licentia, virtus omnis erepit cæci ac non videntis Dei nullo metu, nulla ſequentis pœnæ formidine, præmiique deſperatione.

Quod verò aiunt, improuidum videri ex fælicitate peccantium, id perperam.

1. *Nihil*

1. *Nihil* enim *infelicius fœlicitate peccantium.* D. Aug.
2. Et ſuum intus iam tortorem habent;
3. Et, ad finem Iudicij futuri hæc ſinuntur.

* *iij. CONTRA ſecundos nunc certandum.*

Prouidentiâ non poni fatum, aut rerum tolli contingentiam Theologorum omnium conſenſio eſt.

Ipſe Ariſt. lib. 1. de interpretatione c. vlt. verbis conceptis fatetur rerum humanarum contingentiam.

Chryſippus præteritis adfigit neceſſitatem, nullam futuris, quòd Deus illi flexibilis videatur.

Imò Cleanthi ita placuit rerum contingentia, vt neque in præteritis, neque in futuris, neceſſitatem conſtituat.

Falsò qua de præteritis: Nam *facta, infecta fieri non poſſunt.*

Et D. Hieronymo; corrupta, fieri virgo non poteſt.

Et Philoſophis, *ad præteritum non eſt potentia.*

Boet. lib. 5. conſolat. c. 5. *Quamuis homo poſſit hoc vel illud facere, nunquam tamen poterit vitare diuinam præſcientiam, ſicut præſentis oculi non poteris effugere intuitum, quamuis te in varias actiones liberâ voluntate conuertas.*

Cognoſcit Deus mutabilia immutabiliter, contingentia infallibiliter, & futura præſenter, nouit (inquam) futura, ſed & modum futuritionis, id eſt, ſicut ſunt euentura, & pro modo cauſarum, vnde ſequitur manere contingentiam.

Cauſarum tria genera.

1. *Neceſſaria*, quæ operari coguntur, poſitis operationi neceſſarijs: qualis interiectio terræ cauſa Eclipſeos.
2. *Contingentes*, quæ ancipites, & impediri poſſunt, ne efficiãt: qualis, vapor cauſa pluuiæ, poſſit n. impediri, & rorem non pluuiam dare.
3. *Libera*, quæ, poſitis operationi neceſſarijs, poſſunt non operari, & aliquandò operantur, aliquandò non: qualis, voluntas humana cauſa virtutis & vitij.

Effe-

Effectuum quoque alij
1. *Neceſſarij*, qui, poſitis cauſis, nunquam impediuntur: qualis, eclipſis interiectâ terrâ.
2. *Contingentes*, qui, poſitis cauſis, impediri poſſunt, qualis pluuia, vapore poſito.
3. *Liberi*, qui, poſitis requiſitis, vt ſint, poſſunt eſſe, & non eſſe, qualis virtus & vitium.

Prænoſcens ergo Deus effectus venturos, prænoſcit venturos iuxta modum cauſarum, neceſſarios aut neceſſariò futuros ex cauſis neceſſarijs, contingentes ex contingentibus, liberos lrberiq́ue futuros, qui à cauſis liberis.

Peccaturum Petrum ac deſertorem futurum prouidit, ſed liberè.

Alioqui, Oceanus inexhauſtus abſurditatum.

Poſitâ præſcientiâ, ſi tollis contingentiam rerum;

Ponis
Seruum Deum,
Conſolàtiones inanes,
Seruum hominis arbitrium,
Politiam vanam,
Merita ac demerita nulla,
Laudes ac vituperia irrita,
Pœnas ac præmia nulla,
Virtutem neq; plaudendam, neq; palmarem.

Seruum inquam Deum, fatiq́ue mancipium, in ſuis ſolius operibus, ſic, vt neque alia, neque aliàs, neque aliter condere potuerit.

Nam ſic ab æterno prouidit, quæ ſolus effecturus ipſe eſſet, vt ab æterno præſcijt cauſarum ſecundarum effectus, in tempore futuros.

Auden' tu homo facere, aut fari, fati ſeruum Deum?

Hac ratio ex Aug lib. 3 de lib. arb. c. 3.

Nodos verò tuos ſic ſoluo, aut ſeco.

Primum Ex mente Alenſis eſt, in hac propoſitione: (præſcitum à Deo eſt neceſſarium) ſi neceſſarium ad præſcitum refers veram eſſe; ſin autem ad futurum, id eſt, ſi ad rem, quæ nondum contigit, eſſe falſam. Illa enim non erit

neceſſariò,ſed,Deum illam præſcire,neceſſarium.

Neceſſitas duplex *Aug. l. 5. Ciu. c.* 10.

1. *Res non noſtræ poteſtatis*,vt mors,mortalem .n. eſſe neceſſarium eſt homini,ex parte materiæ, quæ neceſſitas alijs dicitur immutabilitatis.

2. *Proprietas rei neceſſaria*,vt ratio eſt neceſſaria homini ex parte formæ : neceſſitas præſciendi,prouidendi, &c. Deo adfixa,vt moriēdi impotentia.

Secundo neceſſitatis genere,& reſpectu extrinſeci, ſeu præſcientiæ eſt neceſſariò; primo verò & reſpectu intrinſeci,ſeu cauſæ proximæ ſi ea contingens,eſt contingenter, ſi ea libera,liberè.

Vt Sole illuſtrante radijs omne præſens, illuſtratio quidem ipſa Solis eſt neceſſaria,ſed hominem aut equum præſentem eſſe illi irradiationi,eſt contingens & liberum : ſic actus præſcientis Dei eſt neceſſarius, quem aliquid ignorare,iniusnefaſque eſt, quod autem illo actu ſcitur futurum,id quidem eſt contingens,anceps,& liberum, pro genere ſuæ cauſæ.

Præſciſſe ergo Petrum peieraturum, Deo fuit neceſſarium,Petrum peierare,contingens.

Eueniunt autem certò quæcunque præſcita,quia intelligentia præcurrente,videntur vt facta. Nam

(De Aquilâ diſt. 38. *q.* 2. *lib.* 1. *ſent.)* Deus cognoſcit futurum contingens,non ſolùm vt eſt in cauſa ſua, ſed etiam vt exiſtens,ex eo quòd futurum coexiſtit nunc coæternitatis. Ideò habet certam ſcientiam de futuris contingentibus.

Alex. Alenſis p. 1. q. 24. membro 6. *Deus cognoſcit res præteritas & futuras,ſed non ſub ratione præteritionis & futuritionis,quia præterita cognoſcit præſentialiter, & temporalia æternaliter,& mutabilia immutabiliter Et ſic ſtat benè , & quòd Deus cognoſcat infallibiliter futura cōtingentia, & quod illa contingenter eueniant.*

Vt viſio mea videt quæcunque continentur menſura eius:ita Deus nouit omnia vt præſentia,quę coexiſtunt ęternitate,quæ eſt menſura viſionis diuinæ.

Quæ autem videntur dum fiunt,ipſâ viſione non cogū-

tur

tur fieri aut eſſe,ergo nec præſcita futura, quæ quaſi præſentia Deo præuidentur,præſciendi actu non coguntur vt fiant.

Prænoſcens Deus futura,prænoſcit & futuritionis modum,j. contingentiam agendi,vel neceſſitatem.

Quod autem objicitur, Præſcire & non euenire, tam non poſſe dici, quam eundem ſedere & ambulare eodem tempore,nihil eſt: Nam iſta non ſemper dicant actum, ſed etiam quandoque potentiam,& ſic vtrumque in eodem inueniri poſſit eodemque tempore,ſedere ſcilicet actu,& potentem eſſe ambulandi:atque ita actus præſciendi in Deo, ſtat cum potentia non eueniendi, & præſcita poſſunt non euenire, ſicut iſte qui ſedet poteſt ambulare. *Ex mente Alenſis.*

Ad illud,quo dicitur, præſcientiam etiam dicere rerum cauſam,cumque ita potentem, vt ei obſiſti nequeat,ideoq; præſcitorum euentus neceſſarios, reſpondeo:

Diſtinguo neceſſitatem,in eam, quæ
- 1. *Conſequentis, aut abſolutam,* cum aliquid ſimpliciter eſt neceſſarium: vt Deum eſſe, quæ opponitur contingentiæ:
- 2. *Conſequentiæ*, quæ facit inferri ex alio rem aliquam in bona conſequentia:

Et eadem dicitur neceſſitas ex hypotheſi, j. ex ſuppoſitione ſecundum Alenſem; item ex conditione, vel ſecundum quid:item ſecundum Ariſt.lib.2 de nat. c. 4. ex adiunctione:item ſecundum Bonauent. reſpectiua: item ſecundum vulgus Scholaſticorum conſequentiæ, j. cùm aliquid ex alio ſequitur per bonam conſequentiam,quæ neceſſitas non opponitur contingentiæ. Nam aliquid & contingens eſt,& neceſſariò ſequitur: Vt ſi ambulo, neceſſariò moueor,neceſſitate ſcilicet conſequentiæ.

Neceſſitate ergo conſequentis nego præſcitorum euentus neceſſarios, neceſſitate autem conſequentiæ admiſerim. Nam neceſſariò per bonam conſequentiam ex iſto; Deus præſcit Petrum negaturum,ſequitur iſtud, ergo negabit.

Diſtinguenda etiam cauſa
- 1. *In eſſendi cauſam*, quæ dat eſſe rei.
- 2. *In conſequendi*, id eſt, legitimè inferendi.

Præſcientia non eſt caũſa eſſendi, ſed conſequendi tantum.

Deinde, vt Deus ſit cauſa potens, non tamen ad omnia concurrit tota potentia, ſed iuxta modum cauſarum ſecundarum, cum neceſſarijs neceſſariò, cum conting. contingenter, cum liberis liberè.

Diſponit omnia ſuauiter.

D. Aug. lib. 7. Ciuit. c. 30. *Sic adminiſtrat omnia quæ creauit, vt etiam ipſa proprios exercere & agere motus ſinat.* Itaq; præſcita non neceſſario futura, vi potentiæ diuinæ concurrentis.

Diſtinguenda etiam quæ præſciuntur, in
- 1. *Tota à ſolo Deo*, cuiuſmodi quæ creata, aut creanda.
- 2. *Tota à creata voluntate*, cuiuſmodi peccatum omne.
- 3. *Partim à Deo, partim à creata voluntate*, cuiuſmodi opera naturalia, & moralia.

Reſpectu priorum, præſcientia Dei cauſa eſt futurorum.

Reſectu vltimorum, eſt cauſa aliqua, ſed non tota.

Reſpectu mediorum, præſcientia non eſt cauſa nec tota, nec aliqua, peccati enim cauſa non eſt efficiens, ſed deficiens.

Diſtinguendæ quoque peccati partes
- 1. *Materialis*, quã eſt opus naturale, ad quod concurrit Deus cum creatura.
- 2. *Formalis*, qua eſt auerſio, & voluntas peruerſa, ad quam non concurrit Deus, niſi prędiffiniendo permiſſionem eius, ſubtractionem auxiliorum efficacium.

Et dignum notâ magnâ, aliud eſſe præſcire, aliud prædicere, nam præſcientia de fixis, prædictiones verò de mutabilibus.

Præ-

Digitized by Google

Præſcita ſemper eueniunt, prædicta non item.

Præſcita enim à Dei immutabili voluntate, prædicta ab hominis arbitrio libero & inconſtanti, quo mutato prædicta mutantur: quale illud: *Adhuc 40. dies, & Niniue ſubuertetur:* continent enim conditionem tacitam, quæ videtur ex fine, ad quem tendebant: Non enim prædicuntur talia, vt tantùm mala ſua homines procul adſpiciant, ſed eò maximè, vt pœnitudine illa diuertant: prædicuntur futura, vt non contingant.

Cum ergo Petro non dixerit Chriſtus, præſcio te lapſurum, ſed prædico tibi te lapſurum, ſtantibus ſc. rebus vt nunc, & monuerit cum cæteris orare, ne intraret in tentationem, liquet etiam poſt prædictionem, illum potuiſſe non peccare.

Præterea contingentiam non tolli, prouidentiâ, bifariam oſtendo.

1. *Phraſibus,*	Patrum & Doctorum.
2. *Similitudinibus.*	

* 1. *P H R A S I B V S.*

Orig. in ep. ad Rom. *Quia aliquid eſt futurum, ideò ſcitur antequam fiat.*

D. Hieron. in c. 26. Hierem. explicans illud, forſitan audient & conuertentur. *Non ex eo quod Deus ſcit futurũ aliquid, idcirco futurum eſt, ſed quia futurum eſt, Deus nouit, quaſi præſcius futurorum.*

D. Chryſoſt. in ep. ad Corinthios. *Non quia prædixit Deus, hæc facta ſunt, ſed quia omnino ex mala hominum voluntate ventura erant, ipſe prædixit.*

D. Anſelmus de concordia, præſcientiæ & lib. arbitrij dicit tantum eſſe dicere: Si Deus præſcit, erit, quantum hoc, ſi erit, de neceſſitate erit.

Lud. Viues ad. c. 9 lib 5. Ciuit ſic. *Non res futuræ ex ſcientia Dei manant, ſed ſcientia Dei potius ex illis, quæ tamen futuræ non ſunt Deo, in quo eſt error multorum, ſed præſentes. Quocirca non rectè dicitur, præſcire, niſi relatu ad actiones noſtras, dicendus eſt ſcire, videre, cernere*

Bellarminus lib. 4. de gratia & lib. arb cap 13.

Neque præſcientia Dei eſt cauſa rerum, quia non poteſt eſſe actus cauſa ſui obiecti, ſed contra potius obiectũ eſt cauſa actus.

Idem. *Cum præſcientia non ſit rei poſsibilis, ſed rei certò futura in aliquo tempore, ac per hoc præſcientia non eſt cauſa rerum, nec res ſunt futuræ quia Deus eas prænoſcit, ſed ideò Deus eas prænoſcit quia ſunt futuræ.*

Illi ergo, cùm dicunt futurum cauſam præſcientiæ, neceſſitatem nullam rebus futuris adfigi prouidentia, ſatis oſtendunt.

Sanè tamen intelligendi illi, ne ponatur Deus ignorans, Deus diſcens ſucceſſiuè, hodie hoc, cràs aliud, Deus ſcientiæ perfectionem mutuans à rebus iàm productis; non enim Dei ſcientia à rebus eſt, vt noſtra, ſed ad res (ex mente Alenſis) vt artificis ad domum: vnde dicendum, futurum eſſe cauſam præſcientiæ, non in eſſendo, ſed in conſequendo, vel ſecundum rationem dicendi (vt loquitur D. Bonauentura) Eſſe enim futurum, cauſa eſt, cur præſcientia Dei dicatur præſcientia, & non è contra, j. futuritio eſt cauſa nominis præſcientiæ, quæ dicit ordinem & anteceſſionem.

* 2. *SIMILITVDINIBVS id etiam aſtruo.*

D. Aug lib. 2. de lib. arb. c. 4. tom. 1. *Sicut mea memoria non cogit facta eſſe, quæ præterierunt: ſic Dei præſcientia non cogit facienda eſſe, quæ futura ſunt.*

Q. d. vt poſt ſcientia mea, qua ſcio quod iam factum eſt, non eſt cauſa facti; ſic præſcientia, qua Deus præſcijt quod futurum eſt, non eſt cauſa, cur id tandem fiat.

Præſcientia Dei reſpectu futurorum, ſic ſe habet, vt ſcientia in artificis mente: Sed arte, in artifice poſita, non neceſſariò ponitur opus; Ergò nec, &c.

Viues ad 10. c. lib. 5. Ciuit. Aug. *Non plus addit neceſsitatem rebus venturis præſcientia Dei, quam præſentibus ſpectator, cùm fiunt.*

Cum video currentem Petrum, non vero, quin curſus eius ſit liber: ita, cùm præſcit Deus negaturum Petrum, non infert negandi neceſſitatem.

Ariſtot. lib. 10. metaph. c. 7. *A cauſis inconſtantibus, ſubiecta caſui eueniunt.*

* iij *NVNC AD TOLENTES ARBITRII libertatem.*

Cùm ergo nulla rebus præſcitis eſſendi neceſſitas ſit, à præſci-

à præſcientia, etiam ſequitur hinc, iugum libero arbitrio nullum adfigi.

Neque patiuntur ſcripturæ, tolli iſtam homini libertatem.

Geneſ. 4. *Sub te erit appetitus tuus.*

Heb. 10. *Voluntariè peccantibus nobis.*

Ioſue vlt. Proponitur populo, velintne ſequi Dominum, an non.

2. *Reg.* 34. Regi Dauidi trium flagellorum datur optio.

Vbi electio, ibi libertas.

Voluntaria libertas, ac libera voluntas, ad peccati virtutiſque naturam, neceſſaria.

D. Aug. 1. retractar. c. 9. *Voluntas eſt, quâ peccatur, & rectè viuitur.*

Hangeſtius c. 1 moral. *In appetitu non quolibet, ſed libero, ſunt primariò virtutes, aut vitia.*

Ad lucentis huius mundi ornatum pleniorem, cæteroqui tam ornati, omnes entium gradus eſſe oportuit. Ineſt autem ei genus entium operans neceſſariò, & determinatè ad vnum, & operans contingenter. Oportuit ergo etiam eſſe hominum genus, qud liberè operaretur. Abſurdorum fons, liberi arbitrij negatio. Nam hinc concluſeris, præcepta, conſilia, conſultationes, preces, iura, leges, pœnas eſſe fruſtrà, hominemque ſolâ figurâ diſtare à beſtijs.

De arbitrij libertate vide Acad. noſtram tomo 1.

* *iiij. AD BLASPHEMANTES autorem peccati Deum.*

Si præſcientia non eſt violenta, & ſi homo liber, & actionum ſuarum eſt Dominus, qui autor peccati Deus?

Diabolum ſi dixeris autorem criminum, calumniam dixerit, ſeque vim non intuliſſe.

Deus non autor peccati, neque vt
- 1. *Dirigens,*
- 2. *Inclinans,*
- 3. *Exequens.*

1. *Per ſe* & propriè, vel phyſicè, j. mouendo immediatè voluntatem, vel moraliter, j. verè & propriè impe-

Impellere ad malum, quadrifariam licet

rando. Hic modus procul à Deo.

2. *Tropicè*, permittendo ſcilicet ad certum aliquem finem conſequendum, puniendum, &c. hoc modo dicit Seneca Trag. *Qui non vetat, cùm poſſit, iubet.*

Sic venator dicitur canem immiſiſſe in leporem, qui laxauit retinaculum aut funem: aut vrgere nauem ad curſum, qui ventis flantibus ſoluit anchoram. Hic modus conuenit Deo.

3. *Vtendo malis malorum voluntatibus*, vt inſtrumentis, & auferendo bonis viris obicem omnem, vt inſtrumenta mala malorum in eos operentur. Et hic modus in Deo.

4 *Determinando* iam anteà ſpontè malas voluntates, ad vnum potiùs malum, quàm ad aliud, non poſitiuè, ſed permiſſiuè: non dando corruptionem, ſed ordinem.

Hugo Victor, lib. 1. de Sacram. p. 5. cap 29. *Voluntati ergo mala vitium eſt ex ipſa, quo mala eſt, ordo autem ex Deo eſt, quo per velle ſiue ad hoc, ſiue ad aliud eſt.*

Quemadmodum, qui flumini præcipiti, hàc oſtium aut viam aperit, non fluendi autor eſt impellendo, ſed tamen hac fluendi ordinator: ita Deus ſpontè peccatuti hominis huc aut illuc ordinat voluntatem.

Quin etiam quandoque poſitiuè inclinando ad vnum, & auertendo ab alio, occaſionaliter tantùm & moraliter videlicet eo modo, quo, qui præſente inuido, ei, cui inuidet, benefacit, nouæ inuidiæ cauſa & occaſio eſt in inuido, & furi furandi anſam præbet, qui oſtentat prædam.

Sic Iudæ, anſa ruinæ œconomia.

Pſal. 104 *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius, de Ægyptÿs, & pop. Iſraël.*

Hugo

Hugo Victor. lib. de Sacram. p. 5. 27. *Licet ex Dei permiſſione ſit, quòd mali malum poſſunt, ex inſpiratione tamen eius non eſt, quod malum volunt.*

D. Aug. 5 Ciuit. c. 9. *Malæ voluntates à Deo non ſunt, quoniam contra naturam ſunt quæ ab illo eſt.*

Ergo, vt concludamus, cum Deus peccati autor non ſit, & arbitrij libertate peccetur, & à cauſis liberis libera ſit futurorum contingentia, etſi præſcierit ac prædixerit Chriſtus, Petrum ter negaturum, tamen Petrus, mera libertate, peccauit.

Crudelis alioquî Deus, ſi nolentem trahens, tractum quò voluit, torret ac torquet.

II.

An Petrus peccârit in reſponſo, quà: & qui excuſari poſſit.

Etſi omnes, &c. Etſi oportuerit me mori tecum, &c.

Bis Domino Petrus refragatus ac ſecundò quidem arrogantiùs, à mortis contemtu. *Etſi oportuerit me mori, &c.*

Hic quatuor Petri crimina non leuia:

1. *Refragatio* in Magiſtrum, neque vna, neque frigida.
2. *Arrogatio inſignis*, qua vnum ſe omnibus præfert. *Etſi omnes*, &c. Ego tamen, &c.
3. *Sui ſolius confidentia*, & gratiæ Dei obliuio.
4. *Exemplum peſſimum.*

D. Chryſoſt. hom. 83. in 26. Matth. tria tangit.

* 1. An non ingenitis ſuperbiæ, tali Magiſtro refragari?

Cic. 1. de nat. Deorum. Certè, Pythagoræ tantum diſcipuli detulêre, vt vox eius oraculi haberet vicem (ipſe dixit: *autos epha* ſolidiſſimorum argumentorum loco apud eos)

Et Plato; *Filijs Deorum, abſque vllâ demonſtratione, credendum*, ait: *Cede Deo*, ait ille.

Dixerint bonum malum, album nigrum, &c. Filij Deorum, credendum eſt: Petrus, ne Chriſto quidem habet fidem.

*2. *QVÆ ARROGANTIA,* quod illud de propriâ excellentiâ aut iudicium aut votum, quo vnum ſe homunculus omnibus anteponit?

Etſi omnes ſcandalizati, &c.

Luc. 18 *Non ſum ſicut cæteri hominum raptores*, &c. aiebat Phariſæus, faſtu non maiore.

Cadant omnes, ait Petrus, ego ſolus non cadam.

Phænix collegij ſcilicet.

*3 *SVI SOLIVS CONFIDENTIA,* ſpreta aut non propoſita gratiæ Dei ſacra anchora, latè ſpirat ſuperbiam.

D. Chryſoſt. hom. 83 in 26. Matth *Dicendum eſſet, opem nobis feras, ne ſcandalizemur.*

Iacob. 4 *Hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, &c. pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit: &, ſi vixerimus, faciemus hoc aut illud.*

Ioan. 15 *Sine me nihil poteſtis facere.*

Non ſumus ſufficientes ex nobis quaſi ex nobis, &c.

Non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei.

Non eſt in manu hominis via eius.

2 Aeneid. *Heu nihil inuitis fas quenquam fidere Diuis.*

Hinc illa crebra: *Faxit Deus, &c.*

Molliculus homo, Deo iatus operante, ſolidandus, qui poſteà dicat:

Rom 8. *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? &c Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque angeli, &c poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu D. N.*

Cant. 8. *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem.*

Matth. 7. Domus ſupra petram erecta, neque vadis, neque ventis, impugnata, expugnatur, vt ruat.

Quercum annoſam, aut antiquam in montibus ornum, aut cautem Marpeſiam, aut Namurcanam putes, vndarum vortices reuerberantem, hominem, quem pondere gratiæ ſuæ fixit Spiritus ſanctus. *Deus in medio eius,* ſcilicet, *non commouebitur.*

*4. *EXEMPLVM PESSIMVM,* cæteris enim ingeſ-

ingeſſit exemplar ſimilis audaciæ. *Similiter* enim *& alij dixerunt*, Tot refragationum fons Petrus.

Excuſant Petrum à tanto, etſi non à toto

1. *Amor*, qui dicit, & operatur magna, ſi eſt, nil moderabile ſuadet, & maiora veris oſtentat.
2. *Gaudium inſigne*, quod ſolet hominem ſibi eripere, vt, quid dicat, ſæpè neſciat.
   Matth. 17. In transfiguratione, præ gaudio, vix ſciebat Petrus, quid diceret.
   Nunc, totus erat gaudio extaticus, quòd reſciſſet, ſe non futurum illum Domini ſui proditorem.
3. *Simplex falſitas*. Nam etſi futurum dixit, quod non fuit, falſum tantum dixit, non mendacium, quia non ſtudio fallendi.
4. *Exemplum conſtantiæ & fidei*, ſi gratiam etiam Dei implorâſſet.

Ex D. *Chryſoſtomo homil.* 85. *in* 26. *Matth.* mutuati ſumus priora duo Petri velamenta.

Geneſ. 9. Noe nudatum in tabernaculo, auerſis vultibus, prętegūt duo filii indolis melioris, nos Petrū, quâ poſſum⁹.

Cæterū, omniū Chriſtianorū par animus eſſe debet, emoriēdi cum Chriſto potius, quàm ordines deſerere, aut ſigna.

Luc 9. *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*, mori potius, quam abiurare contingat.

Luc. 14. *Qui non odit animam ſuam*, *non poteſt meus eſſe diſcipulus*

Armetur orbis totus, in Chriſti corpus Eccleſiam: dicat tamen Chriſtianus, cum Ethai fugæ Dauidis comite: *Viuit Dominus, & viuit dominus meus Rex, quoniam in quocunque loco fueris, domine mi Rex, ſiue in morte, ſiue in vita, ibi erit ſeruus tuus.* 2. Reg. 15.

Pœna Petri
1 *Fuga communis cum cæteris,*
2. *Multiplicata negatio,*
3 *Falſiiurium*, negauit enim falsò, cum

arrogantis { iuramento.
4. *Anathematizatio ſui*. Cæpit deteſtari, &c.
in tria vltima, ſolus, ex omnibus incidit.

Ait illi Jeſus: *Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequàm gallus cantet, ter me negabis.*

Hâc nocte, citò, ante gallicinium, præproperè, ter me negaueris; tu, inquam, Therſite ac Thraſone glorioſior, qui te vnum omnibus præfers, breui hoc ſpatio huius noctis, ter me negabis, non contentus fugiſſe cum cæteris.

Magna & ingentia iactans, paulula non præſtabis.
Superbum ſequitur humilitas,
Sequitur ſuperbos vltor à tergo Deus.

JJJ.

De diſſenſu conſenſuqúe Euangeliſtarum, de cantu galli.

Antequàm gallus cantet.

Euangeliſtarum hic aliqua diſcordia, ſed concors tamen.

Marcus enim habet, *antequam gallus bis vocem dederit.*

Tres alij; *antequam gallus cantet, ter me negabis.*

Et Marco quidem videtur, hic, credendum magis, quòd is *diſcipulus & interpres Petri, iuxta quòd Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue ſcripſit Euangelium. Quod cùm Petrus audiſſet, probauit, & Eccleſiæ legendum ſuâ autoritate édidit,* teſte Hieronymo in Scriptorib. Eccleſiæ.

Negotia hic Petri propria, & Chriſti alloquium, & Petri negationes, &c. nemo fideliùs reſcire, aut referre potuit, quam Petrus, auditor ipſe & actor, nemo veriùs ſcribere, quam Petri diſcipulus; nemo fide dignior, de rebus Petri, quam, cuius ſcripta cenſuit Petrus ipſe, probauit, & édidit.

At verò contrà, *In ore duorum vel trium teſtium, ſtat omne verbum.*

Neque vſquam teſtis vnus ſatis, ni ſit idem Deus.

Tres

Tres autem Euangeliſtæ, cantûs vnici meminerunt, neque Marcus Deus, & æqua omnium Euangeliſtarum autoritas.

Cui hic credas? ceſpites.

Reſponſum ſex tupliciter ab
1. *Omiſſione*,
2 *Vnitate actionis*,
3. *Cantu duplici*,
4. *Diſtinctione vocis & cantûs*,
5. *Prædictione duplici*,
6 *Diſpunctione aliâ*.

*j. *AB OMISSIONE.*

Reſponſum facile, ſi Toletus audiendus annot. 31. ad. c. 13 Joan. cui veriſimile ; omiſſum verbum (bis) à Joanne, Matth. & Luca, quanquam & aliter (vt nos ſtatim) is reſpondet.

*ij. *AB VNITATE ACTIONIS.*

D. Aug. lib. 3. c. 21 de conſenſ. Euang. putat, habendam trinam negationem, pro opere aliquo vnico integro, cuius initium tres Euangeliſtę attenderint, Marcus verò finem: Itaque tres Euangeliſtas dicere, negaturum Petrum ante gallicíniũ, quòd opus hoc, ante illud, occepturus eſſet, & in animo ipſo conſummaturus; quo modo diceretur verè: Antè quam gallus cantet, ſcribes ad me epiſtolam trium conuitiorum, reſpectu initij, etſi re vera, tantum poſt galli cantũ, ea perficeretur. Quę loquutio, vera quidẽ, ſed impropria, qua vſi videntur tres Euang. qui inchoationẽ operis attẽderũt, Marc⁹ verò magis propriâ, finẽ adſpectãs.

*iij. *A CANTV DVPLICI.*

Alijs, à duplici cantu, melior ſolutio. Vnus enim gallo eſt cantus, mox ferè a nocte media, ſed is obſcurior & raucior, qui ideò, & propter profundum tunc hominum ſomnum, parùm attenditur: Alter celebrior & clarior, paulò ante diluculum, à quo noctis pars quarta aut vigilia quarta, gallicinium dicitur, ab omnibus ferè obſeruatus. Itaque primus ille, fortè, tribus Euangeliſtis, pro nullo habitus, quòd is modicus, & ſecundi illius, vt celebrioris, dumtaxat meminere: Marcus vero vtrumq; enumerat, ſicq; omnes Euangeliſtæ, de tempore negationis, conſentiunt. omnes enim volunt deſiſſe negationes, in gallicinio illo cele-

lo celebriori, ac eodem temporis articulo.

Lectum mihi in hunc ſenſum apud Juuenal. ſat. 6:

Quod tamen ad cantum galli facit ille ſecundi.
Proximus ante diem caupo ſciet.

* *iiij. A DISTINCTIONE vocis & cantûs.*

Non deſunt, qui ſic etiam ſoluant. Diſtinguunt inter cantum, vocemque galli. Cantum .n. aiunt exultationem illam vocalem alitis vigilis, in quam ſemel erumpit mediâ nocte, & iterum, in diei crepuſculo, ac ſæpè circa meridiem: vocem vero, repetitionem quamlibet, quam præſtat frequentem, quoties cantare cœpit, vel mediâ nocte, vel ſub auroram, &c. inſtar Orlandi muſici, aut alius, qui odã vnicam, aut Kyrie eleyſon, cãtans, vicies rẽ vnã repetit Cãtus quislibet gal i, repetitis multis vocibus cõſtat.

Ergo tres illi, qui dixére: *Antequam gallus cantet*, tempus ipſum cantandi ſpectatunt, in quo exultabundum animal pluries repetit eandem cantilenam: Marcus verò, repetitionem ſecundam eiuſdem cantici, quæ eiuſdem repetitio quamlibet crebra, vnus cantus dici poteſt, quo modo anima & corpus vnus homo: & dicit notanter, *ante quàm vocem bis dederit, ter me negabis*, inſinuans, non fuiſſe completum cantum illum, ante tres Petri negationes. Atque ſic quoque nulla, niſi concors, diſcordia, verbis diſcordium, ſenſo concordium.

Toleto annot. 31. *ad. c.* 13 *Ioan. poſt alios quoſdam* non diſplicet hoc ſenſum.

*v. *A PRÆDICTIONE DVPLICI.*

Caietan. in 14. *Mar.* putat, Chriſtum bis Petro negationem prædixiſſe, ac Marcum quidem narratorem primæ prædictionis, cæteros ſecundæ, vt primò dictum ſit Petro: *Antequam gallus vocem bis dederit; ter me es negaturus*: pertinaci autem Petro additum: Eſt verum? Itane? non credis, te ante ſecundum galli cantum, ter negaturum; ego verò amplius aliquid tibi vaticinor; antequam gallus roſtrũ aperiat, ter me negabis. Bellus cunicul⁹. Nũ cõgruus?

Eſto, bis prædictus ſit caſus, tamen cum Matthæus, in itinere ad hortum, ſemel prædictum dicat, & Ioannes, antea in cœna, idem factum ſtatuat, & vtrobique vnius tantum cantus ſit mentio, non videtur cuniculus Caietani ingrediendus.

Adde,

Adde; Marcum ipſum mox diſertè dicere, Petrum negaſſe tantum ſemel, atque tunc gallum cantaſſe. Qui ergo ſtet, Chriſtum, homunculi tumidioris faſtu, offenſum, tẽpus trium negationum decurtaſſe, & aiſſe, non modò ad ſecundum galli cantum, ſed & ante vnium ter negaturum?

Mihi ergo, quæ, à duplici cantu, hauſta ſolutio, vel, quæ à vocibus, vnius cantûs tempore, crebriùs repetitis, plenior; alijs, quod libet, licet.

*vj. *A DISPVNCTIONE ALIA.*

Quid ſi aliter, atque aliter, orationem ſeces, ac diſpungas? primò ſic: *antequam gallus cantet bis, ter; me negabis*, vt ſit (*bis, ter*) idem quod (*bis, vel ter*) & numerandi vox vtraque referatur ad cantum, vt ſcilicet dicatur gallus, bis vel ter cantaturus, antequàm neget Petrus.

Secundò ſic: *Antequàm gallus cantet: bis, ter me negabis*, vt ſit (*bis ter*) idem quod (*bis, vel ter*) & referatur vtrumque numerandi aduerbium, ad negationem, vt prædicatur bis vel ter negaturus, ante gallicinium? Cenſe, Lector, inuentum hoc purè noſtrum.

NOTÆ

CONCIONIS X.

Fer. 6. hebdom. 1.

THEM. *Tunc venit* IESVS *cum illis, in villam, quæ dicitur Gethſemani, vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe, & diſcipuli eius. Et cùm perueniſſet ad locum, dixit diſcipulis ſuis: Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. Orate, ne intretis in tentationem. Et adſumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem ſecum, & adſumto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cæpit contriſtari pauere, & mæſtus eſſe. Et tunc ait illis: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum { 1. *Cur hi tres potiùs aſſumti Chriſto.*
2. *Qui, & quanti affectus Chriſto*, & *quâ,*

hodie | *quâ, à noſtris, illi differentes.*
| 3. *Chriſto qua nunc cauſa tanta mæſtitia.*

Hic initia dolorum, & nondum ſtatim finis.

Mulier cùm parit triſtitiam habet, & Chriſtus pariturus Eccleſiam. AVE.

J.

Cur hi tres potiùs adſumti Chriſto.

Nemo tam heroici, tamque bellacis animi, quem non belli ſignum, aut mœnibus imminens irruptio, terreat.

Vel Herculem ipſum proxima territant pericula, natura aduerſa auerſante, etiamſi terrori non ſit ratio ceſſura in Hercule.

Heros noſter mox in arenam deſcenſurus, iam hoſtem tergo aut collo imminentem videt, ideoque triſtari, ac pauere cœpiſſe, narratur, ſociosque aſſumſiſſe, teſtes timoris, teſtes etiam futuros ſuæ in timore conſtantiæ, cæteris, in ſtatione orationum, diſpoſitis, quaſi ſanctis excubij s ordinatis.

Tres illos adſumi iuſſit { 1. *Capacitas,* 2. *Fortitudo,* 3. *Merita ſingularia,* 4. *Nominum ratio.*

* j. *CAPACITAS.* Nam ij ſecretorum tantorum capaciores, Jacobus, vt virgo, limpidioris intellectus; Petrus & Andreas, vt Apoſtolorum primi; & exercitatiores.

Non omnis fert omnia tellus, ait ille.

Onera, geſtantium viribus, metienda.

Calathum florulentum pygmæo; Olympum, Atlanti aut Herculi, dat geſtandum ratio recta.

Videndum, *quid ferre recuſent,*

Quid valeant humeri. Horat. in arte.

* ij. *FORTITVDO*, qua cæteros antecellere debuere.

Nam his ſtudioſius facta fides, de Chriſti diuinitate, quâ miraculis, quâ diuinis oraculis, quibus cæterorum nemo adſtiterat.

Achiſynagogi filiæ ſuſcitandæ, illi ſoli adhibiti.

*Matth.*17. Et Transfigurationi: in quâ, Solaris Chriſti vultus, veſtiſque niuea; Moſis & Eliæ cum Chriſto colloquia, Patris vox: *Hic eſt filius meus*, &c. quaſi ſigilla quædam, bullæque cœleſtes, illos ita confirmare potuêre, vt, ſi quid nũc humanitus Chriſto accideret, aut potiùs Chriſtus ipſe ſuſciperet, offendere eos non poſſet.

Cæterorum neminem adeſſe tantæ mœſtitiæ voluit ne tanta deiectio lęderet, quos tot munimenta nondum confirmarant.

DD. Hilarius & Chryſoſt. huius mentis.

* *iij, MERITA cuiuſque ſingularia*. Nam eorum quiſlbet, virtute quadam priuâ, Chriſtum ſibi deuinxerat, Petrus quidem, inſigni quadam fidei conſtantia, qua qui priùs dicebatur Simon, dici meruit deinde Cephas, id eſt petra, &c. Apoſtolorum fideliſſimus vocatur à D. Chryſoſtomo.

*Matth.*16. Varijs varia, de Chriſto, opinantibus, ille filium Dei viui profeſſus.

Ioannes vero virgineo candore, ac innocentia.

Aptus virgo virginis comes.

Quocunque pergis, virgines ſequuntur, &c. ait Eccleſia.

Apoc. 14. *Qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, ſequuntur agnum quocunque ierit.*

Denique, Iacobus, orandi ſtudio, tantus, vt callum genibus adgenuerit. Adſciſcit oraturus oratorem magnum, non à quo coorando adiuuetur, ſed cui ſit exemplo.

* *iiij. NOMINVM RATIO.* Nominibus .n. trium horum comitum, commodè ſignificantur tres virtutes oraturis neceſſariæ.

1. *Fides,*
2. *Gratia,*
3. *Victoria vitiorum.*

Petrus, petra: Fides firma. *Accedentem .n. ad Deum, credere oportet, &c.*

Pſal.115. *Credidi, propter quod loquutus ſum.*

Ioannes, gratia Dei, vel, in quo eſt gratia. Orandum enim mente plenâ Deo.

Pſal. 65. *Iniquitatem ſi adſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus.*

Ioan. 9. *Scimus, quoniam Deus peccatores non audit.*

Iacobus verò, ſeu Iacob, ſubplantator, quòd vitia oratturo ſubplantanda, ac calcanda, reipſa, aut voto.

Pſal. 118. *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas.*

Vel, quòd tum animus adtollendus, ſupraque res has infernates, erigendus.

Calcanda tum, contẽtu magno, hæc terrea, aut terrena.

II.

Qui, & quanti affectus Chriſto, & quà à noſtris illi differentes.

Mæſtus eſſe, græcè eſt *ademonein*, anxio eſſe animo, vehementer angi ſeu cruciari. Eſt enim *Ademonein* (vt notat doctiſſimus amicorum Dom. Franciſcus Lucas Canonicus Audomarenſis, in commentarijs in Matth M.SS. ad hunc locum, quos is mihi videndos libenter dedit) ita vehementi obiecti diſcriminis metu angi, vt quaſi ex animis, & extra te ſis.

Cæpit autem (inquit amicus ille noſter eruditus) ità contriſtari, & angi animo, vt id, externo etiam corporis habitu, declararit, gemibundo pectore, vultu pallido, & languido corpore, tantumque non concidente.

Tunc ait illis. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.

Fatetur, quod videbant ſatis, ſed, & ipſum fateri, ſignũ infinitæ triſtitiæ, ac plenitudine ſuâ erumpentis. Non hîc ſpem vultu ſimulat, nec premit altum corde dolorem.

Triſtis perylupos. i. valdè triſtis; auget enim præpoſitio *peri*, q. dicat: Triſtitia vndique obſeſſa, ac circumuallata eſt anima mea.

Anima mea, omnes animæ meæ partes.

Vſque ad mortem
- 1. *Intenſiuè*, vt vim;
- 2. *Extenſiuè*, vt tẽpus, & duratiõnẽ.
- 3. *Analogicè*, vt ſimilitudinem reſpiciat.

Ie-

* 1. *INTENSIVE*, per hebraiſmum ad nos deriuatum, j. triſtitia lætalis me cruciat, talis , inquam, quæ vel ſola mortem inferre queat, ni me ad maiora reſerrem.

Jonæ 4. *Benè iraſcor* (ſuper hederam ſcilicet.) *vſque ad mortem*, ait Propheta, hoc ſenſo , quod hauſtum ex Euthymio.

* 2. *EXTENSIVE*, j. triſtitia hæc duratura , quamdiu ſpiritus hos reget artus, 17. aut 18. horas continuas, hunc angorem patiar.

* 3. *ANALOGICE*, j. mihi is angor, qui in ipſa moriendi periodo peruadit: triſtior non minùs , quam ſi nunc morerer.

Thren. 1. Ergóne fruſtrà aiat : *O vos omnes, qui tranſitis per viam* (mundi huius) *attendite, & videte ſi eſt dolor, ſicut dolor meus?*

Qui differant Chriſti affectus à noſtris.

D.Thom p.3. q. 15. *art.* 4. ponit triplicem differentiam.

Chriſti affectus ſunt	noſtri
1. *à ratione, imperante accedere, & recedere.*	1. *præter rationem, j. irrepunt inopinātibus, & hærent inuitis.*
2. *in ſola obiecta licita.*	2. *in obiecta illicita, amādo odioſa, odiendo amabilia, &c.*
3. *Non turbulēti, aut rationē de gradu deijciētes*	3. *præcipites, & rationē præcipitātes è ſtatu ſuo.*
4. *cōcurſu aliorū, ſinguli nihilo minores; quòd addimus ad Thomam.*	4 *aliorum concurſu infirmiores.*

* 1. *A RATIONE*. Nam, cùm liberet, iraſcebatur , gaudebat, timebat, mœſtus erat, &c. vbi, quantum, & quamdiù, & quam ob rem collibuerat, ſicut & homo factus eſt, dum libuit.

Vide Aug. lib. 14. Ciuit c 9.

Idem in Joann. *Poteſtate, non infirmitate, turbauit ſeipſum.*

Nos verò, velimus, nolimus, inuadunt hi affectus ; vt latrun-

Ioannes, gratia Dei, vel, in quo eſt gratia. Orandum enim mente plenâ Deo.

Pſal. 65. *Iniquitatem ſi adſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus.*

Ioan. 9. *Scimus, quoniam Deus peccatores non audit.*

Iacobus verò, ſeu Iacob, ſubplantator, quòd vitia oraturo ſubplantanda, ac calcanda, reipſa, aut voto.

Pſal. 118. *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas.*

Vel, quòd tum animus adtollendus, ſupraque res has infernates, erigendus.

Calcanda tum, contẽtu magno, hæc terrea, aut terrena.

I I.

Qui, & quanti affectus Chriſto, & quà à noſtris illi differentes.

Mæſtum eſſe, græcè eſt *ademonein*, anxio eſſe animo, vehementer angi ſeu cruciari. Eſt enim *Ademonein* (vt notat doctiſſimus amicorum Dom. Franciſcus Lucas Canonicus Audomarenſis, in commentarijs in Matth. M.SS. ad hunc locum, quos is mihi videndos libenter dedit) ita vehementi obiecti diſcriminis metu angi, vt quaſi ex animis, & extra te ſis.

Cæpit autem (inquit amicus ille noſter eruditus) ità contriſtari, & angi animo, vt id, externo etiam corporis habitu, declararit, gemibundo pectore, vultu pallido, & languido corpore, tantumque non concidente.

Tunc ait illis Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.

Fatetur, quòd videbant ſatis, ſed, & ipſum fateri, ſignũ infinitæ triſtitiæ, ac plenitudine ſuâ erumpentis. Non hîc ſpem vultu ſimulat, nec premit altum corde dolorem.

Triſtis perylupos. i. valdè triſtis; auget enim præpoſitio *peri*, q. dicat: Triſtitia vndique obſeſſa, ac circumuallata eſt anima mea.

Anima mea, omnes animæ meæ partes.

Vſque ad mortem
1. *Intenſiuè*, vt vim;
2. *Extenſiuè*, vt tẽpus, & durationẽ.
3. *Analogicè*, vt ſimilitudinem reſpiciat.

*Io.

* 1. *INTENSIVE,* per hebraiſmum ad nos deriuatum, j. triſtitia lætalis me cruciat, talis, inquam, quæ vel ſola mortem inferre queat, ni me ad maiora reſeruem.

Ionæ 4. *Benè iraſcor* (ſuper hederam ſcilicet.) *vſque ad mortem,* ait Propheta, hoc ſenſo, quod hauſtum ex Euthymio.

* 2. *EXTENSIVE,* j. triſtitia hæc duratura, quamdiu ſpiritus hos reget artus, 17. aut 18. horas continuàs, hunc angorem patiar.

* 3. *ANALOGICE,* j. mihi is angor, qui in ipſa moriendi periodo peruadit: triſtior non minùs, quam ſi nunc morerer.

Thren. 1. Ergóne fruſtrà aiat: *O vos omnes, qui tranſitis per viam* (mundi huius) *attendite, & videte ſi eſt dolor, ſicut dolor meus?*

Qui differant Chriſti affectus à noſtris.

D. Thom p. 3. q. 15. *art.* 4. ponit triplicem differentiam.

Chriſti affectus ſunt		noſtri	
	1. *à ratione, imperante accedere, & recedere.*		1. *præter rationem, j. irrepunt inopinãtibus, & hærent inuitis.*
	2. *in ſola obiecta licita.*		2. *in obiecta illicita, amãdo odioſa, odiendo amabilia, &c.*
	3. *Non turbulẽti, aut rationẽ de gradu deijciẽtes*		3. *præcipites, & rationẽ præcipitãtes è ſtatu ſuo.*
	4. *cõcurſu aliorũ, ſinguli nihilo minores; quòd addimus ad Thomam.*		4 *aliorum concurſu infirmiores.*

* 1. *A RATIONE.* Nam, cùm liberet, iraſcebatur; gaudebat, timebat, mœſtus erat, &c. vbi, quantum, & quamdiù, & quam ob rem collibuerat, ſicut & homo factus eſt, dum libuit.

Vide Aug. lib. 14. *Ciuit c* 9.

Idem in Ioann. *Poteſtate, non infirmitate, turbauit ſeipſum.*

Nos verò, velimus, nolimus, inuadunt hi affectus; vt

 latrun-

latrunculi, etſi boni, ratione, moderentur; &,ſtatione furtim occupata, non mox, volentibus nobis, cedunt, inſtar præſidiarij militis, qui, admiſſus, cedit ægerrimè.

*2. *IN SOLA OBIECTA LICITA*. Timet ſola timenda. Licitum obiectum metus, mors, ac talis quidem.

Nos timemus, vbi non eſt timor, & amamus non amanda, &c.

*3. *NON TVRBVLENTI.* Non hinc illi ratio turbatior, decori & officij, etiam triſtis, eſt obſeruator.

Nobis cæcitas magna a metu, odio, &c. &, ab officio diſceſſio, non infrequens.

*4. *CONCVRSV ALIORVM ſinguli nihilo minores.*

Alter alterum non opprimebat, aut ſtupore afficiebat.

In nobis, ſi diuerſi aduerſoque affectus concurrunt, ſinguli minus acres, altero alteri detrahente.

Ariſt. 7. eth. c. 14. Magna lætitia, mitigat magnum dolorem.

Auicenna lib 6 rerum nat. c. 5. Potentiæ naturales intenſæ, mutuo ſe impediunt.

Et id vulgatum. *Pluribus intentus, minor eſt ad ſingula ſenſus.*

III.

Chriſto, quæ nunc cauſa mœſtitiæ tanta.

Cauſarum alia:
1. *Efficiens*, voluntas libera accerſens triſtitiam.
2. *Materialis*, Triſtitia obiecta, calumniæ, flagra, crux, mors, &c. de quibus mox latè.
3. *Finalis*, Ea, propter quæ peragenda adſumſit affectus.
4. *Formalis*, Adprehenſio melancholica triſtium.

Triſtis fuit, ſicut oblatus, quia ipſe voluit.

Calui-

Caluinus & Beza in hunc locum peſſimè: Chriſtum enim timuiſſe maledictionem Dei æternam, ob peccata hominum, quorum ipſe vnus omnium perſonam ſuſtinebat, blaſphemant.

Hoccine non eſt, falsò ponere, quandam, in Chriſto, ignorantiæ nubem, in quo tamen ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei?

Idem Caluin. inſtit lib. 2. c 16. ſect. 23. ferè idem.

Triſtis autem eſt anima, id eſt, etiam voluntas, non vt ratione prædita, ſed vt natura

Materia, & fons mæſtitiæ huius multifarius
- 1. *Imago Paſſionis obuerſans,*
- 2. *Matris compaſſio.*
- 3. *Periculum crucifigentium,*
- 4 *Iactura tot laborum.*

* 1. *IMAGO PASSIONVM OBVERSANS,* & omnium circunſtantiarum. Intuitu imaginatio videbat præſentia proditoris oſcula, mendacia Petri, iuramenta, anathemata; flagra, crucem, &c. quocunque adſpiceret, nihil erat niſi teterrimæ mortis imago.

* 2. *MATRIS COMPASSIO*, mox Chriſto ſuo cruci configendæ. Dolorum erat mutua, in duobus illis, repercuſſio: Chriſti dolores matrem reuerberabant: & matris reuerberatio illa & transfixio, rurſus filium configebat.

* 3. *PERICVLVM CRVCIFIGENTIVM*, cuiuſque modo ſuo.

Pſal. 1 8. *Vidi prauaricantes, & tabeſcebam*

Ibid. *Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei.*

* 4. *IACTVRA TOT LABORVM,* quo ad pleroſque. *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dũ deſcendo in corruptionem?* Multos videbat, Solis tam ſplendidi radijs, omnibus illucere volentis, feneſtras, oſtia, aditúſque omnes, peſſulis obſtinationis obducturos.

E mari tam vaſto, vix pauculos depromturos, vnde lauarentur.

An non doleat, qui captiuum redimit aureis mille, vel talento, cùm poſſit drachmis paucis, ſi poſteà, dato iàm pretio libertatis carcere malit captiuus mori? aut etiam, mox ab exitu, hoſtem induat, totoque impetu feratur in redemptorem?

 Certè

Certè, guttula ſanguis Chriſti, mundis mille redimẽdis, plus ſatis erat, ratione hypoſtaſis nobiliſſimæ.

Et tamen, en tibi totum prodigus ille profuſum iit; & nos, proh dolor! aut liberari nolumus, aut cum hoſte rurſus fœdera, ac dextras iungimus, &c.

Non dicat iure Chriſtus: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, ac hac cauſa?

Solari tamen triſtem, ſi libet, licet. Vtere domo, pœnitudine.

Si gaudium eſt Angelis Dei, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, an non & Domino Angelorum?

An *non erit, qui conſoletur eum, ex omnibus charis eius?*

NOTÆ

CONCIONIS XI.

Fer. 2. hebd. 2. poſt ægritudinem paucorum dierum, è qua & natum.

EXORDIVM.

THEM. *Cœpit contriſtari*, &c. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.*

Factâ repetitione, dictum:

Vt pia mater, quam vires & morbus vetant lactare filium, ſed iubent, aut agrariam nutricem aduocare, aut in agrum ad nutricem, lactentem emittere, ægrè ſe continet, quin excurrens reuiſat filiolum, aut quin (ægra licet) dulcem natum adplicet ad papillas, lactiſque quantum poteſt, quale quale illud ſit, eliciat, atque ori charo inſtillet.

Sic me (Auditores) quem vires fractæ morbo, paucos dies, à vobis lactandis, diſtraxerant, atque, vt vos alijs alendos darem, coegerant, hodie (etſi nondum ſatis firmata valetudine) è lecto auulſum, huc amor ad vos raptat, vt reuiſam vos dulces filios meos, & lactis mei dein, quantum, & quale poſſum. Auulſum Chriſtum à diſcipulis audie-

audietis, ad orandum in horto: vel auulſum me à lecto, videtis, ad orandum è ſuggeſtu.

Quoties autem hodie, relictâ illâ noſtra, ardentiùs concitatiuſque dicendi, conſuetudine, fractiùs ac remiſſiùs paulò dicturi ſumus, viriculas noſtras quantulaſcunq; (inſtar Chriſti mœſti ad mortem) maioribus reſeruantes, quæſo, huc ad me propiùs accedite, corpore & animo, & voculæ huius læſæ exilitatem, attentione maiori, adiuuate.

Habet & muſca ſonum ſuum attendenti.

Nam quanquam vocem viriliorem poſſim ex infirmo hoc ſtomacho, elidere, pro anima mei in vos beneuolentia ac celſitudine; non expedit tamen diutiùs duraturo. *Moderata durant.* prou.

Dicendum autem hodie:
1. *De nonnullis præterea cauſis materialibus mœſtitiæ Chriſti.*
2. *De finalibus eiuſdem cauſis.*
3. *Paucula de Chriſti in horto oratione.*

AVE.

I.

Cauſæ reliquæ materialis mœſtitiæ Chriſti.

Præter heri dictas vnius, ſed ingentis triſtitiæ huius cauſas, has rurſus habete.

Duæ cauſæ mæſtitiæ Chriſti.
1. *Dilatio mortis,*
Pœna ſceleris tanti.

* *j. DILATIO MORTIS.*

S. Catharina Senenſis in epiſtolis, non de inſtanti morte, ſed de dilata natam autumat.

D. Ambr. 7. in Luc. cap. de negligentia ſeruorum.

Mœſtitiam prætendebat, quam non ex metu mortis ſuæ, ſed ex morâ noſtræ redemtionis aſſumſerat.

Spes quæ differtur, adfligit animam.

Sic generoſum militem, prælio inſtanti, anxium videas, non quia inſtat, ſed quia nondum pugnat.

Virg. *Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus.*

Jdem 4.Aeneid. *Stat ſonipes , & frana ferox ſpumantia mandit.*

Hoc ſenſu dixit: *Quod facis, fac citiùs*, non actum præcipiens, ſed temporis circumſtantiam, ait ſubtiliter Caietanus.

Morſque minùs pœna, quàm mora mortis habet.
Ouid.

Luc.12. *Baptiſmo habeo baptizari , & quomodo coarctor, donec veniat!*

Hoc ambiens dicitur Chriſtus adîſſe Hieruſalem, vt irâ Iudæorum, à præſenti obiecto inuiſo, concitata, citiùs in crucem ageretur.

Notum prou. *Iurgia Codri.*

Hoc ambitu dixit Jonas: *Iraſcor vſque ad mortem*, j. quia mors non venit, quibuſdam.

Sed contra ſtant {
1. *Patrum conſenſus*, dicentium triſtitiam hanc, à mortis metu.
2. *Comes incongruus triſtitia huius*; vix enim ſtet, mortem timere, & dolere de dilatâ.
3 *Sudor ſanguineus*, qui triſtitiam, de dilatione mortis, ſequi, ægrè credatur. Eſt enim *tadium angor mentis & animi, non corporis valetudo*, ait Seruius.
}

Quanquam huic vltimo reſponderi poſſit, Chriſtum dixiſſe, Luc.12. ſe coarctari nimis hâc dilatione, & coarctatione nimiâ, expreſſum illum ſudorem ſanguineum.

Cæterùm, ſub iudice lis ſit.

* ij. *POENA SCELERIS TANTI.* Videbat Diuinitatis perſpicillis, ſceleris immenſitati paratam quoque vltionem, magnitudine, & multitudine immenſam, ſub. T. & Veſpaſiano.

Videbat domos illas vrbis Hieruſalem (non domos, ſed arces) templumque illud auguſtiſſimum, ideò ruiturum, &c. hos captiuos fore, illos morituros fame, illos gladio, *ante ora patrum, ſub mœnibus altis*, &c. Hæc indolebat, ab his, *Triſtis eſt anima eius vſque ad mortem.*

Dolet

Dolet Deus *quoties cogitur eſſe ferox.*
Sic nuper, *videns ciuitatem illam, fleuit ſuper illam.*
Iſa. 1. *Heu! conſolabor de hoſtibus meis.*
Alienum opus ab eo, vlciſci.

I I.

De finalibus eiuſdem cauſis.

1. *De corpore ſuo vero,*
2. *De animâ in ipſo humanâ.*

Mœſtitiæ Chriſti fines multi,
1. *Fidei argumentum,*
2. *Fraus pia, ſeu Stratagema,*
3. *Satisfactio plenior,*
4. *Ordo Iuſtitiæ,*
5. *Conſolatio puſillanimorum,*
6. *Confirmatio timidorum,*
7. *Imitatio parientium,*
8. *Paradeigma, ſeu exemplum.*

* j. *FIDEI ARGVMENTVM,* vt ſcilicet intelligeres hinc hominem verum vereque paſſum, non ſtupidum ac ſine ſenſu doloris: ne putares incudem, aut ſine ſenſu rupem corpus eius, tum cùm tunderetur, [illegible]m Manichæo corpus illi phantaſticum adſignante.

D. Athanaſ. contra Arrianos.

Origenes. *Suſcipiens naturam carnis humanæ, omnes proprietates impleuit, vt non in phantaſiâ habuiſſe carnem exiſtimaretur, ſed in veritate.*

Nam, ſi (quod notat Chryſoſtomus) cùm & vultus, & verba, & res mœrorem ſignificauerint, non creditur tamen à nonnullis Paſſio: quidnam dicerent, ſi iſta non eſſent?

Alioquì, neque ibi fortitudo, neque meritum.

D. Ambroſ. in Luc. *Neque enim habent fortitudinis laudem, qui ſtuporem magis vulnerum tulerint, quam dolorem.*

Et rurſus, triſtem animam dicit, ad vellicandam hæreſim Apollinariſtarum, animam humanam Chriſto detrahentium, eiuſque vice, Diuinitatem ſtatuentium.

Remig. in Matth. Aug. lib. 83. q. q. 80.

D. Ambroſ. de incarnat. c. 7.

D. Athanaſ. ſerm. cont. omnes hæreſes.

* ij. *FRAVS PIA,* vt Diabolus opinatus hominem

merum ex pauore, ac mœſtitiâ, re ac verbis expreſſa, audaciùs irrumperet.

Parthos aiunt fugiendo vincere dum turbant ordines perſequendi ſtudio, & dum iaculis feriunt improuiſis: ſed Chriſtus timendo euicit *Theoph. in Matth. 26.* hæc ratio.

Diſſimulat Regem, Franciſcus Gallorum, in caſâ ruſtici, & rurſus apud fabros ærarios, veſte peregrinâ.

Et quilibet Dux, armis inſolentibus, ad haſtiludium gregarios prouocat, vt victor fiat.

Et Codrus pannoſus, hoſtem laceſſit, non vt occîdat, ſed occidat.

1. *Metam.* Diſſimulato quoque habitu Iupiter Lycaonis crudelitatem tentauit.

* iij. SATISFACTIO PLENIOR.

Non ſolius corporis tormentis, ſed animi etiam angoribus, deleri generis noſtri culpas voluit, quæ ab animâ principium habent ſui. Animo igitur, & corpore eſt cruciatus.

D. Auguſt. cap. 9. in Iulianum Auguſt. Vide doctiſſima, & multa de hac re, apud Paulum de Palatio comment. in Matth. hic.

* iiij. ORDO IVSTITIÆ, quo rectè patitur prior, qui prior in homine peccat, Animus. Nam antè *adultera mens eſt*, quàm corpus. Ergò ille nobis pariẽs, ante animo, quàm corpore, torqueri voluit.

Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.

Et verò etiam nullum peccatum, ſine aliqua animi triſtitiâ (quàm Pœnitentiam virtutem vocant) deleri poteſt.

Luc. 13. *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.*

Dignum autem notâ illud (*Vſque ad mortem*) j. triſtitia iſta mea letifera eſt, ac talis, quæ me ſola, ſi ſinatur, enecare poſſit.

Nam triſtitiam ideò tantam, tamque redundantem adſumſit, vt de plenitudine eius, ad ſupplementum contritionis noſtræ, acciperemus.

Verè *vir dolorum.*

Thren. 2. *Magna, vt mare, contritio tua.*

Attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus.

Theo-

Theologorum cenſura, debet de peccatis dolor, eſſe ſummus.

Sed ſępè, quia minùs nouimus peccati magnitudinem, dolemus minùs, & attriti confeſſionem accedimus.

Vt igitur virtute Sacramenti, de attritis contriti efficeremur, caput in membrorum gratiam ſuppleturus, adeò indoluit.

Ex mente D. Thom. p. 3. q. 46. art. 6. Chriſtus non ſolùm doluit de amiſſione vitæ temporalis, ſed etiam de peccatis, aut pro peccatis omnium aliorum.

Atque is dolor in Chriſto, omnem cuiuſcunque contriti dolorem ſuperauit, tum quia ex maiori ſapientia, & charitate proceſſit, è quibus dolori adcrementum, tum etiam quia de omnibus omnium peccatis, ſimul ac ſemel tum dolebat.

Nam non illi ſatis, nos liberare, dignitate ſubiecti aut perſonæ, niſi etiam Iuſtitia, & Iure ſummo liberaret, dolendo, ſc. ac merendo quantum ſatis, imò plus ſatis, tot ſceleribus, & quantum poſſet humanitas Verbi Dei.

Verè ille Nazaræus, a Naazaz, quod eſt, Deus confractus & contritus, q. d. *romptu & broyé.*

Verè .n. *attritus eſt propter ſcelera noſtra*, ac confractus, &c.

* v. CONSOLATIO PVSILLANIMORVM, qui animo deijciuntur, & deſperationi ſunt proximi, quoties præſentis ſupplicij terrore concutiuntur, etſi illum vincant.

Vt gallina plumis pendentibus, ſe conformat prolis languoribus, &c. ait Houdemius lib. 2. Chriſti id. quat.: 81.

D. Aug. lib. 3. conſenſ. c. 4. *Moriturus triſtatus eſt Chriſtus vt doceret martyres ſuos non debere deſperare, ſi in hora paſsionis ſubrepat triſtitia, quam tamen vincant.*

D. Cyprianus. *Metus hic infirmitatis humanæ communem exprimebat affectum, & generalitatem omnium carne viuentium hoc dolore vrgeri, & diſſolutionem corporeæ ſpiritualiſq; naturæ, hac moleſtia non poſſe carere.*

D. Bernard. adſentitur.

* vj. CONFIRMATIO TIMIDORVM.

1. Reg.

1. *Reg.* Vt olim Saul, armis ſe ſuis exuit, porrigens Dauidi pugnaturo induenda: Et Achillis armis quondam, ad Troiam Patroclus ſpectabilis: Ita, vt timidis naturâ, robur ac celſitudinem animi inſtillaret, robore ſe ſuo quodam ille modo exuit: &, vt effœminatam illam noſtram timiditatem curaret, ad ſe ſumſit.

Exſugunt ſauciorum tabum medici, quod poſt egerant, & ſic ſanent.

Leo ſer. 7. & 5. de Paſſ. *Pœnalis experientiæ metum ſubeundo pellebat, noſtræ infirmitatis adfectus participando curabat.*

Idem ibid. *Noſtro pauore trepidabat, vt ſuſceptionem noſtræ infirmitatis indueret, & noſtram inconſtantiam, ſuæ virtutis ſoliditate, veſtiret.*

D. Auguſt. tract. 15. in Ioannem: *Tibi fatigatus eſt ab itinere Ieſus. Inuenimus virtutem Ieſum, & inuenimus infirmum Ieſum: fortem & infirmum Fortem, quia in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Vis videre, quam iſte Filius Dei fortis ſit? Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil: & ſine labore facta ſunt Quid ergò illo fortius, per quē ſine labore facta ſunt omnia? Infirmum vis nôſſe? Verbū caro factū eſt, & habitauit in nobis. Fortitudo Chriſti te creauit: Infirmitas Chriſti te recreauit. Fortitudo Chriſti fecit, vt quod non erat, eſſet: Infirmitas Chriſti fecit, vt, quod erat, non periret Condidit nos Fortitudine ſua; quæſiuit nos infirmitate ſua. Nutriuit ergò ipſe infirmus infirmos, tamquàm gallina pullos ſuos: huic enim ſe ſimilem fecit. Quoties volui* (inquit ad Ieruſalem) *congregare filios tuos, tamquàm gallina pullos ſub alis ſuis, & noluiſti? Videtis autem fratres, quemadmodum gallina infirmetur cum pullis ſuis. Nulla alia auis quòd ſit mater, agnoſcitur. Videmus nidificare paſſeres quoslibet ante oculos noſtros: hirundines, ciconias, columbas quotidiè videmus nidificare: quos, niſi quandò in nidis videmus, parentes eſſe non agnoſcimus: gallina verò ſic infirmatur in pullis ſuis, vt etiamſi ipſi pulli non ſequantur, & filios non videas, matrem tamen intelligas.*

Chriſtus in noſtris humilis factus, qui in proprijs ſemper excelſus eſt, indulgentiâ certè maximâ, noſtra vſurpamus,

mus, vt curaret; ſuis ſe exuens, vt nos inueſtiret, q. d. *Mutemus clypeos,*

Danaumq́; inſignia nobis
Aptemus.

Adpareamus, quod natura diuina non ſumus, imbecilles; vt fiant homines, quòd natura non ſunt, hoc eſt, fortes.

Sicut Herculem Poetæ fabulantur aliquandò captum nunc Omphales Lydorum Reginæ, nunc Joles Euriti Oechaliæ Regis filiæ amore impotenti, exuuias leonis clauamque depoſuiſſe, ipſis gerendas dediſſe, ipſum autem ipſarum fœmineos cultus, colos, calathos, aſſumpſiſſe, adeoque ad lanificium deſcendiſſe: (vndè ſunt iſta apud Ouidium ep. Deianeiræ ad Herculem;

Mæander, toties qui terris errat in ijſdem,
Qui lapſas in ſe ſæpè retorquet aquas.
Vidit in Herculeo ſuſpenſa monilia collo,
Illo, cui Cœlum ſarcina parua fuit.
Et paulò poſt,
Mæonias inter, calathum tenuiſſe puellas
Diceris, & Dominæ pertimuiſſe minas.
Craſſaq́; robuſto deducis pollice fila,
Æquaq́; formoſæ penſa rependis heræ; Et denique
Se quoque Nympha tuis ornauit Iardanis armis, id eſt, Omphale Jardani filia,
Et tulit è rapto nota trophæa viro :) Jta hodie Chriſtus mœſtitudinem de morte nobis inſitam adſumpſit, fortitudinem verò ſuam nobis tantiſper, qua deinceps, vt ſpolio leonis, armati, totam poſſemus deinceps mortis calcare formidinem, ingenti amore Omphales ſuæ, id eſt, Naturæ humanæ, victus libens volenſque conceſſit, vt in eum poſſit quoque iſtud iure vſurpari, quod aiebat Deianeira Herculi poſt talia;

Illi (Naturæ humanæ) *procedit rerum menſura tuarum:*
Cede bonis; heres laudis. Amica, tua eſt
O amor! *hirſuti coſtis exuta leonis,*

Aſpera texerunt vellera molle latus. Apud Ouidium in ep. Heroid. ep. Deianeiræ ad Herculem.

Sic olim Adæ ſoporato oſſeâ coſta exſciſſa, in mulierem fortem ac viraginem effićta eſt, & caro mera, in locum duræ coſtæ, repoſita. *Gen.* 2.

Illic, os durum auferebatur, vnde mulier ædificaretur (nota ædificandi vocem, vt robur intelligas) & caro mollis inijciebatur.

Hic, conſtantia Chriſti in Eccleſiæ membra traducebatur, & carne noſtrâ molliculâ, j. trepidatione noſtrâ ipſe replebatur.

Hinc non multò pòſt crucem ſalutauit Andreas, animo verè excelſo, ac digno Burgundionum patrono.

Illa illa illius diſcipuli excelſitudo, ab hác ſpontaneâ Chriſti Domini deiećtione.

Act. 7. Hinc Stephanus, ſub turbine lapidum, orat, &c.

Hinc Laurentius, toto corpore, flammas Ætnamq; patiens (non pugno ſolo, vt ille Rom. Scæuola) tyranno, quaſi nihil patiens, inſultat.

Hinc alius aliquis cantat.

Hinc Tiburtius, prunas calcans, ad Fabianum Iudicem: *Diſce*, inquit, *ex hoc, ſolum eſſe Deum, quem Chriſtiani colunt. Pruna enim mihi flores videntur.*

Et virguncula, ad mortem, quaſi ad epulas inuitata, fronte ſereniſſima, proceſſit.

Vide Cyril. lib. 10. *theſ. c.* 3.

D. Bernard. ſer. 1. *de S. Andrea.*

* vij. *IMITATIO PARIENTIVM*. Magno planè conſtant matribus, partus ſingulorum: pluris geminorum.

Geneſ. 3. *In dolore paries filios tuos*, ſingulos ſingulis doloribus.

Mulier cùm parit, triſtitiam habet, toties, quoties.

Geneſ. 35. Moritur Rachel ex partu Beniamin, quem vocat Benoni, j. filium doloris.

Sed hodie Chriſtus omnium ſimul ac ſemel regenerationi intentus erat; Ergò ſummi eius dolores eſſe debuerunt.

Sponſa

Digitized by Google

Sponſa ſanguinum tu mihi es, dicere poſſit Chriſtus Eccleſiæ.

Filij ſanguinum. filij doloris & Benoni, Chriſto ſunt ſinguli Chriſtiani.

Grauidus ille iam olim erat, vterumque geſtabat, vt me, teque, ac cæteros omnes, pareret Deo: ac, *de filijs iræ*, faceret *filios Dei*, & gratiæ. Vt ergo tam multos, partu vnico, ederet, quantum illi preſſuræ ſubeundum?

Gen. 34. Vt Sichem, filius Hemor Heuæi, deperiens Dinam filiam Jacob, circuncidi ſe eſt paſſus, vt eam haberet vxorem: ſic Chriſtus Eccleſiam adamans, & incîdi, ſed & concîdi paſſus eſt, & quid non? intùs ac foris, *vt eam exhiberet ipſe ſibi glorioſam, non habentem maculam, aut rugam.* Epheſ. 5.

* viij. *PARADEIGMA ſeu exemplum*, & id duplex	1. *Pergendi.* 2. *Orandi*

* 1. Tristatvr, timet & horret ille quidem, at nihilominùs iuſſa proſequitur pauitans, vt ne te metus, aut triſtitiæ vis vlla, ab officio auocet.

Superanda omnis fortuna ferendo eſt.

Non hic molliculus Chriſtus, qui ſpontaneè timidus, & à rationis imperio, quique mœſtum timorem manumittens, audentior iuit in caſus omnes.

Timere certè, eſt Naturæ; timorem ſuperare, Virtutis.

Nihil timere, temerè optes. Timendum aliquid, vbi, & quantum ſatis.

* 2. Et hic quoque tibi orandi exemplum, cùm te res mutatæ quatiunt. Nam, & ter, in horto, à Chriſto oratum, etiam triſtiſſimo.

Iacobi 5. *Triſtatur aliquis veſtrum? oret. Æquo animo eſt? pſallat.*

I I I.

Paucula de Chriſti, in horto, oratione.

Et ipſe auulſus eſt ab eis, &c.

Florulentus hic locus, & quot circumſtantiæ, tot illi flores.

No tan-

Notandum ſeriò:
- 1. *Quis oret?* — *Filius idemq́ Deus.*
- 2. *Quem.* — *Patrem Deum.*
- 3. *Vbi?*
  - 1. *In horto.*
  - 2. *Procul à ſuis,*
  - 3. *Auulſus ab eis.*
- 4. *Quo modo?*
  - 1. *Genuflexus,*
  - 2. *Poſitis genibus,*
  - 3. *Facie adfixa terræ, neque tantùm prona.*
  - 4. *Verbis, non mente tantùm.*
- 5. *Quoties?* — *Ter,*
- 6. *Quando.* — *Noctu.*

Sed iam hora audita; craſtinum ergo diem huic rei conſecrabimus.

NOTÆ
CONCIONIS XII.

Fer. 3. hebdom. 2.

THEM. *Et ipſe auulſus eſt ab eis*, &c.

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie:
- 1. *An ſolitudo ſemper orationi neceſſaria.*
- 2. *Humilem eam eſſe oportere: & cur Chriſtus orarit, facie in terram prona.*
- 3. *Filijs, nomen Patris vſurpandum. Abba, Pater.*

AVE.

I.

An ſolitudo ſemper orationi neceſſaria.

Orare quouis modo non ſatis.

Benè oraturo multis opus,
- 1. *Solitudine,*
- 2. *Humilitate quam vocant*, de quâ, p. 2. huius concionis.
- 3. *Blanditijs ſeu illecebris.*

Chriſtus

Chriſtus iſthîc tibi exemplar.

* j. *SOLITVDINE*,quam quærens Chriſtus, vrbẽ deſeruit,agrum,hortumque adijt; auulſus, non ſolum à cętu Apoſtolorum,ſed à tribus etiam illis chariſſimis, ad iactum lapidis.

Quin etiam nocte orat,tempore quieto, & negotijs animi aptiſſimo.

Solitudinis hic bona { 1. *Raptus mentis,* 2. *Licentia audendi omnia,* 3. *Securitas à vanâ gloria.*

* 1. *RAPTVS MENTIS.* Si enim oratio, eſt eleuatio,aut raptus mentis in Deum, vbi is citiùs,aut meliùs, quàm in ſolitudine?

Sedebit ſolitarius & tacebit,ideò leuabit ſe ſupra ſe.

Illic,neque oculis viſa,mentem auolare faciunt: neque vox,neque clamor perceptus auribus,interturbant.

Matth.6.*Cùm oraueris,intra in cubiculum tuum,& clauſo oſtio,ora patrem tuum,& pater tuus, qui videt in abſcondito,reddet tibi.*

* 2. *LICENTIA AVDENDI OMNIA.* Feruidè oraturis ſæpè exclamationes,voces iaculatoriæ, ac ſigna incondita erumpunt,quæ etſi apud Deum licent, apud homines non ita decent: itaque illa ſolitarijs liberiora.

* 3. *SECVRITAS A VANA GLORIA*,quam etſi oraturus in publico non adfectâris; ſponte tamen venientem,in procliui eſt excipere,orantem in publico, dum omnium oculos putat in ſe conuerſos.

Mutuum videre, & videri; etiam hic periculo proximum.

Muſcæ illæ Abrahamum ſacrificantem moleſtârunt.

In ſolitudine orans,dum nemini patet niſi Deo, haud facilè,gloriolæ huius titillamento,tangitur.

*Matth.*6. Huc etiam; & maximè quidem, ſpectans Chriſtus dixit: *Cùm oraueris, intra in cubiculum tuum;* &c.

Obiectiuncula duæ.

* 1. Tunc ergò, templa, à ſedibus imis; aias euellenda?

Túne, Hæreticorum ſacrilegâ inſolentiâ, eruere nos iubeas baſilicas, lararia, *veterum decora alta parentum*? *Reſp.* Minimè verò. Ego, inſtituto diuino, templa eſſe, ſacella, altaria agnoſco.

Dei iuſſo tabernaculum fœderis erectum.

Dei iuſſo templum Salomonis.

Matth. 21. *Domus mea, domus orationis vocabitur*, ait de templis, templorum Deus.

4 Reg 9. *Sanctificaui mihi domum hanc, & erunt oculi mei, & cor meum ibi iugiter.*

* 2. Et non rè (aiet aliquis) in templis infrequentior precum repulſa?

2. Paral. 7. *Si clauſero cælum* (ait Dominus Salomoni) *& pluuia non fluxerit, & mandauero, & pracepero locuſta, vt deuoret terram, & miſero peſtilentiam in populum meum: conuerſus autem pop. meus, exquiſierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à vijs ſuis peſſimis, & ego exaudiam eum de cælo,* &c *Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erecta, ad orationem eius, qui, in loco iſto, orauerit.*

Gloriæ Dei, cœlum; Iuſtitiæ, infernus; Templum, proprius miſericordiæ locus.

Per totum quidem corpus diffuſus animus, ratione regit illud propria tamen ratiocinationis, regniq; ſedes eſt, hominis caput: Sic, etſi, *miſericordiâ Dei, plena eſt terra*; tamen templa proprius miſerendi & miſerandi locus.

Ergò, *In Eccleſijs benedicite Deo Domino.*

Pſal. 5. *Adorabo, ad templum ſanctum tuum, in timore tuo.*

Pſal. 21. *In medio Eccleſiæ laudabo te.*

Pſal. 115. *Vota mea Domino reddam, in conſpectu omnis pop. eius.*

Ergò, & perperam commendatur oraturis ſolitudo.

Diſtinguo ergò orationes in
1. *Publicas*, quæ totius Eccleſiæ nomine fiunt, & publicè fieri Eccleſia decernit.
2. *Priuatas*, quæ ſingulorum commodis, & ſponte noſtrâ fiunt.

Diſtin-

Diſtinguo etiam ſolitudinem, in eam, quæ

1. *Mentis*, per quam, in medijs turbis etiam, ſoli ſumus cum Deo, procul negotijs, curiſque, ad tempus, ire iuſſis, & ſenſibus intrò reuocatis.
2. *Corporis*, cùm corpore ſolo, ab homine ſeparamur.
3. *Mentis & corporis*, quum ſeiuncti ab hominib⁹, ſoli patemus Deo, ad quem mentem adtollimus.

Ad preces omnes, publicas priuataſque, ſolitudo mentis adferenda.

Quidni? Nam ſi Scipio nunquam minus ſolus, quàm cùm ſolus, cur non, & in turbâ, eſſe quis ſolus queat?

Ad priuatas, adferatur etiam corporis.

Quum petimus nobis priuum aliquod bonum; aptior ſolitudo; quum verò publicę rei commune bonum; aptiora templa.

Conueniendum in templa, ſtatis feſtis diebus, ad

1. *Obedientiæ meritum*. Habet apud patrem gratiam, filij in matrem reuerentia.
2. *Ardorem maiorem*. Ipſum .n. templum, Maieſtate ſua auguſtum ac reuerendum, cęremoniæ, cantus Sacerdotum, cæterorum flammæ, ſenum & vetularum lachrymæ ac ſuſpiria, frigidiùs glacie pectus accendunt: ſecretum non item.
3. *Scandalum vitandum*. Nam qui te in parœchia, inter cæteros, nunquam, aut rariſſimè vident, his procliuè opinari, te ſtudij orandi contemtorem.
4. *Profeſſionem fidei, & latriæ publicum exercitium. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.*
5. *Impetrationem faciliorem.*

6. *Exemplum*. Sic luceat lux veſtra, coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.

Preces publicæ, citius impetrant { 1. *Numero,* 2. *Merito.*

* 1. *NVMERO.* Multi enim vnà tecum idem poſcunt.

D. Hieron. *Impoſſibile eſt, multorum preces non exaudiri.*

Ne Hercules quidem contra duos.

Matth. 18. *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis eſt.*

Reos ſcimus pleroſque multos, populi prece vnanimi, abſolutos, quos vnius Oratoris patrocinium non abſoluerat.

1. *Reg.* 14. Ionathan, alioqui Sauli daturum pænas, de ieiunio publico violato, communis oratio populi ſeruauit.

Q. Fabium Max. magiſtrum Equitum capite damnatum à L. Papirio Curſore Dictatore, quòd ſe vetante pugnaſſet; etſi viciſſet, ingens fauor militum & populi liberauit. *Europ. lib 2. de geſtis Romanorum.*

D. Chryſoſt. homil. 79. *ad Antioch. & homil.* 3. *de incomprehenſibili Dei natura*, multus in huius rei demõſtratione.

2. Cor. 1. *Adhuc eripiet Deus, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum perſonis facierum, eius, quæ in nobis eſt donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.*

Act. 12. Ex Herodis ergaſtulis, Petrum liberauit communis *oratio*, quæ *ab Eccleſia fiebat, ad Deum pro eo.*

* 2. *MERITO,* cuius, in oratione, vis magna.

Ioan. 9. *Peccatores Deus non audit.*

Pſal 65. *Iniquitatem ſi adſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus.*

Iſa. 1. *Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.*

Contrà; *Multum valet deprecatio iuſti adſidua.*

Geneſ. 18. Sodomis iàm arſuris, vnus Abraham veniam impetraturus, tantummodò 10. iuſtos inueniſſet.

Exod.

Exod. 8. Precibus Moyſis, à Pharaone & pop. recedunt plagæ.

Iob. 42. Mediatore Iobo, placatur Deus eius amicis.

2. *Mach.* 3. Oniæ Sacerdotis ſacrificio, & prece, vita donatur ſemimortuo Heliodoro ſacrilego.

Accidit autem, vt quis oraturus, Solitudinem ac ſolitatem deligens, impius ſit planè, ac repulſa dignus: eos verò qui in templum ad orandum conuenerint, ſanctos omnes, aut pleroſque. Impius ergò, vnà congrediens in templum, & vnà, remque vnam, cum ſanctis rogans, impetrabit, merito non ſuo, ſed iuſtorum, qui à Deo exaudiuntur, pro ſua reuerentia.

Matth. 18. Tres congregati dicuntur exaudiri, & exauditionis eius ibi triplex inſinuatur ratio 1. Animorum conſenſio, ibi: *ſi duo conſenſerint.* 2. Conuentus, ibi: *duo vel tres congregati.* 3. Fidei Vnio, ibi: *in nomine meo.* ſed quarta additur vltima, vt columen, ac præcipua. Chriſti ſcilicet in orationem concurſus & Meritum, ibi: *Fiet illis à patre meo, qui in cælis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum*, q.d. Ideò exaudientur maximè, quòd me vtantur comprecatore.

Vt multi, iuſti ponderis, aurei, leuiuſculum vnum excuſant, inter mercatores; ſic multi precatores probi, vnum non ſatis probum, apud Deum.

Ergò, publica bona petiturum, ſatius, in templis orare, quàm in cellis, aut quauis ſolitudine.

II.

Humilem orationem eſſe oportere: & cur Chriſtus orârit, facie in terram pronâ.

Poſitis autem genibus, procidit in faciem ſuam.

Homo Deus hoc ſchemate orat Deum? proh humilitatem!

Orator iſte, exorator redire voluit, & meruit, tanta arte exorandi vſus.

Oratio humiliantis ſe, nubes penetrat.

Vt pila illa vento turgida (*balon* vocant galli) quo vi maiore in terram propellitur, hoc altiùs reſultat: ita quo demiſ-

demiſſiùs oraueris,hoc altiùs ſe attollet oratio.

Quo violentiùs incutis puluerem tormentarium in tormenta,eo is erumpens ſonum reddit pleniorem,& globum eijcit vi maiore

Quo inferiùs,arcubaliſtæ funem intendis,ac trahis; eò ille altius ac velociùs arundinem excutit.

Quo remum profundius in mare iactum mergis,hoc citiùs altiuſque is emergit; Ita,quo te,orans Deum, demiſeris magis,hoc citiùs exorabis.

Ouis humi ſtrata adludit leoni, apud quem *pugna ſuum finem, cùm iacet hoſtis, habet*: ſic & humilis adludit Deo.

Flectens verò genua corporis,flecte & quæ cordis. Flectens genua,corporis granditati detrahis, ergo magnos illos animos etiam deprime,& pectoris faſtum.

Iudith. 9. *Humilium,& manſuetorum,ſemper tibi placuit deprecatio.*

Pſal. 50. *Cor contritum,& humiliatum, Deus non deſpicies.*

Luc. 18 Eccur enim Phariſæus,inexorato,aut veriùs, irritato acriùs Deo, è templo abijt? Publicanus contra conciliato iuſtificatus receſſit?

Phariſæus nimirùm ſtans:id eſt, corpore & animo altiùs erecto,orabat,panegyricum ſuum de ſe recitabat: alteri,deſpectans,inſultabat: Publicanus verò, ne oculos quidem auſus adtollere,toto,ſe habitu, verbiſque deijciebat.

Et hic tibi Chriſtus poſitis genibus, procidit in terram, etiam in faciem ſuam.

Hic,mihi acriter in eos Aulicos actum, quibus vnum genu flectere,& ad barbam ac muſtaces,cùm orant, adludere,in more eſt,&c.

An verò hi meliores Salomone?

3. *Reg.* 8. Salomon,in dedicatione templi,varias habens orationes ad Deum,vtrumq; flexit genu,manuſque expandit.

Matth. 2. Et verò etiam,Reges Orientis fuêre illi, qui *procidentes adorauerunt eum*,in ſtabulo,puerulum, mortalem. Nos,iugera terræ vix duo,boue vno,arantes, ne im-

mortali

mortali quidem,in cælo,in dexterâ Patris conſidenti,genu vnum bene flectimus? &c.

Apoc. Seniores 24 coronas deponunt,ante pedes, & in facies prouoluuntur.

Quin,& hîc videtis Deum ipſum Deo, flexis poplitibus in faciem proruentem.

Genua ſcilicet inclinabuntur Arſacidis. j. Perſarum Regibus lege vernacula,cum in conſpectum eorum venietur, & vnum, ac forte ne vnum quidem,Deo?

Ælianus lib. 1.var.hiſt.

Cur Chriſtus orâuit. facie in terram pronâ.

Cauſæ huius multæ:
1. *Deliquium etiam aliquod animi, ac virium.*
2. *Verecundia,*
3. *Onus ingens,*
4. *Myſterium*

* j. *DELIQVIVM* aliquod animi,ac virium,vt adſolet,rebus adflictis inſtante morte, &c.

* *ij. VERECVNDIA,* tot fœditatum,& criminum in ſe vnum congeſtorum,

Vt qui nemiinem læſit,nihil turpe egit,audenter,extento erectoque collo incedit;ita contra, qui peccauit, obnubit vultum;frontemque pileo, auertit vultus; & ſubit ora rubor, niſi fortè alicui ſit *frons meretricis, nolitq́; trubeſcere.*

Luc. 18. *Publicanus non audebat nec oculos in cælum adtollere,* metuens & Deum,irritatum toties, intueri, & cœlum ipſum,in quod etiam peccârat, terram illi erroneè præferendo.

Virg.1. Aeneid. *Spretæq́; iniuria formæ.*

Vox Manaſſis,poſt infinita ſcelera, poſt cæſos Prophetas,& eorum ſanguine plateas,ac foſſas inundantes: *Non ſum dignus videre altitudinem cœli,præ multitudine iniquitatis meæ.*

Geneſ. 3. *Abſcondi me,eo quòd nudus eſſem,* ait Adam poſt peccatum.

Gen.38 *Suſpicatus eſt Iudas, Thamar eſſe meretricem: operuerat enim vultum ſuum,ne agnoſceretur.*

Luc.7. *Mulier peccatrix acceſſit retrò, ſecus pedes Ieſu.*

Montes cadite ſuper nos,valles operite nos, aient perditi pecca-

catorum ſero pudore.

Pſal.43. *Tota die, verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me.*

Chriſtus ergò, omnium peccatorum perſonas tunc indutus, ac ſuſtinens, fœdiorque hirco illo proiectitio, maledictis conſputationibuſque ſaturo, quanquam ipſe naturâ immaculatus, quâ verecundia perſundi debuit, oraturus ante tribunal Patris?

Suijpſius pudens, & pigens, faciem terræ adfigens, ſe modo quodam abſcondebat.

* iij. *ONVS INGENS.* Nam fortiſſima quæque curuantur, ac gemunt ſub pondere grauiori.

Gemit ſub pondere currus, & curuatur in arcum, ſi plus iuſto oneratus.

Atlas en ipſe laborat ſub Olympo.

At peccati mole quid grauius, quod nec cæli axes, nec terra ipſa ferre potuit?

Pſal.37. *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me.*

Sed *poſuit in Chriſto Dominus iniquitates omnium noſtrum,* ait Iſaias, fecitque filium, plauſtrum peccatorum.

Et miraris procidere in terram illum, in faciem ſuam, onuſtum tam ingenti mole? *Subiectum Pelion Oſſæ.*

Vix tot peccatis geſtandis, pares fuêre, vel humeri ipſi Dei hominis. Vos videritis, quale ſit peccati pondus, quod talem Atlantem, eò vſque incuruat.

Virgil. 1. Æneid. *Tantæ molis erat, Romanam condere gentem.*

* iiij. *MYSTERIVM.* Iratus erat Deus terræ, i. habitoribus eius. Oſculum autem, ſignum pacis. Terram ergo oſculatur, adfixus terræ, is qui irritatus eſt, vt illam mox reconciliatum iri demonſtret.

T. Liuius decad. 1 *lib.*1 *Valer. Max lib* 5 *c.* 3. *Ouid lib* 3. *Faſt.* Iunium Brutum terram oſculatum aiunt, vt Rex fieret Romanorum, oraculo id illi promittente, qui matrem prior oſcularetur.

Ille iacens pronus matri dedit oſcula terræ,
Creditus offenſo procubuiſſe pede.

Et mos

Et mos priſcus moribundorum in prælio, terram mordere aut arenam, ne, queſtibus nimijs, pugnantes territarent, vnde illud, *Terram ore momordit.* Virg.

An fortè Chriſtus, mox Romæ, in Petro, Rex futurus, terram, oſculatur, aut, moribundo ſimilis, id præſtat?

Credo; ſignificans, ſe, morte, regnatorem Romæ, cœli, terræque futurum, magnæ dedit oſcula matri.

Quidquid ſit, certè hæc Chriſti orantis compoſitio, ſatis vel ſola, ad exorandum Patrem.

Ouid. *Corpora magnanimo ſatis eſt proſtráſſe leoni.*
Pugna ſuum finem cùm iacet hoſtis, habet.

Virg. 12. Æneid. — *Viciſti, & victum tendere palmas*
Auſonij vidêre.
Vlterius ne tende odijs, ô Pater.

III.

Filijs, nomen Patris vſurpandum in alloquijs.

Abba Pater, ſi poſſibile eſt, &c.

★ *iiij. BLANDITIIS, & adlecebris* etiam opus oraturo apud Deum, æquè, vt apud homines.

Irretienda vtrobique initio beneuolentia.

Rhetorum frequens præceptum, de molliendis initio Judicum, auditorumque animis, ac tota deinde oratione demulcendis.

Neque ceram, neque terram figulinam, aptè diducas aut, vt voles, fingas, niſi præmollitam: neque animos hominum, quocunque voles, agas, niſi præparatos.

Quod ignis, ferro: quod ſeta, aut acus filo: hoc beneuolentiæ captatio, aut mulcibra, oraturo.

Quàm id aptè hîc Chriſtus! *Abba, Pater, ſi poſſibile eſt,* &c. Marci 14. tantum. Bis repetit Patris nomen, per Epizeuxin negotio aptiſſimam.

Abba enim, ſiue Chaldaica vox, ſiue ex communi lingua Hebręorum, qui tempore Chriſti, oranda ex ipſo fonte germanæ linguæ Hebraicæ (vt viſum nonnullis) idem quod Pater, vnde nunc abbates dicti patres monachorum: Ait ergo, *Pater, Pater*, &c.

Vox (*Pater*) mirè liquefacit paternam mentem, vt materiã, *mater*, adeò, vt putarint quidam, abſtinuiſſe Chri-

ſtum ab hac voce (mater) dum è cruce matrem extremum adloqueretur, ne moribundæ animam altiùs transfoderet.

Et nota, Chriſtum artis ſuæ nobis traditæ obſeruatorem: dicite, inquit, oraturi: *Pater noſter*, &c. ille orans, ait: *Pater, Pater*, &c.

Ac ſemper, de Patre, aut ad Patrem loquentem, Patrem, non Dominum, aut rariſſimè, nuncupâſſe.

Et peruelim, filijs, maximè Nobilium, quibus cacoëthes aliud, nomen Patris, in ore, eſſe frequentiùs.

Patris nomen, plenum { 1. *Reuerentiæ,* 2. *Pietatis,* 3. *Gloriæ.*

.* j. REVERENTIÆ quidem, à duplici causâ { 1. *Principij, nam autorem ortus dicit.* 2. *Ætatis nam ſeniorem filio dicit, vt cauſam priorem effectu.*

Fontes, & autores ortus ſui, omnia reuerentur, etiam flumina, ad fontes ſuos recurrentia.

Et olim, creditum *grande nefas, & morte piandum, Si iuuenis vetulo non adſurrexerat.*

Cic. 1. off. *Eſt adoleſcentis. maiores natu vereri, Senectus enim venerabilis eſt*

Malach. 1. *Si Pater ego ſum, vbi eſt honor meus?*

* *ij. PIETATIS*, ad quam acuit patrem. Dicitur enim *Pater* græcè, quaſi *paidas teron*, hoc eſt, ex ſe geniros ſeruās.

Si Pater, ergo Patrem exhibe.

Patres olim dicti, patriæ amātes, aut patriæ Seruatores.

Octauius Cæſar (quo Imp. natus eſt Pater Patrum Jeſus Chriſtus, Seruator non patriæ vnius, ſed cœli & terræ) Iano clauſo, dictus patriæ parens.

Lucan. lib. 2. laudans Catonem. *Vrbi Pater eſt, vrbiquê maritus,*

Iuuenal. *Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Liuius lib. 5. dec. 1.*

Camillus, fugato victore Brenno, inclamatus à militibus ſecundus Romulus, ac patriæ parens.

Vide

Vide Eutrop lib. 2. de geſtis Roman in fine.

Romulus quoque ipſe, centum Senatores Reip. iuratores, Patres dixit, magis à curâ, atq; amore in patriam, quàm ab ætate. *Senatores, propter ſenectutem patres, ob ſimilitudinem curæ nominauit*, ait Eutrop. lib. 1. de geſtis Rom.

Delbora; dicta *mater Iſrael*, quòd populum defendiſſet.

Et primus ille veterum Deorum, Iupiter dictus, quaſi iuuans pater.

Et Seruio alicubi: Pater, propriè omnium Deorum eſt epithiton.

Matth. 6. *Pater noſter*, vero omnium Deo, iuſſum dici.

* iij. *GLORIÆ*, à fœcunditate, quam dicit.

Varroni enim lib. 4. de lingua lat. *Pater, quod patefaciat ſemen.*

Fœcunditatis gloriam diſce, à contrario. Sterilitas olim, quàm probroſa ac dolenda!

Rachaelis, Annæ matris Samuelis, Ioachimi Virginum phœnicis parentis, quæſtus ruboresque, oſtentant.

Maledictionis quoddam genus, ipſa ſterilitas.

Et imprecari terræ, aut arboribus, ſterilitatem, vindictæ eſt genus aliquod.

Ficulnea infrugifera maledicta.

At benedictionis magnæ loco ſæpè, promiſſa fœcunditas.

Gen 26 *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.*

Multiplicabo ſemen tuum. ſicut ſtellas cœli, &c.

Pſal. 127. *Videas filios filiorum tuorum, &c.*

Patris nomen ita glorioſum, vt adoptione etiam externorum, ſterilibus ambiatur, & ematur largitionibus, &c. &, mater fieri velit, virgo, virginitatis diſpendio, & paraſiti, magnatibus, patris nomine, adblandiantur.

Pulchrum igitur, Patrem, à Filijs Patrem dictitari.

Turpe, Nobiles non Patres iam, ſed Dominos, à liberis ſuis, dici ſe velle.

Dominum dici, qui Pater eſt, vero, quòd {
1. *Odioſum*,
2. *Tyrannum olens*,
3. *Contumelioſum*,
4. *Suſpectum*.
}

*j. O DE-

*j. *ODIOSVM*, ſi tamen priſcè ſapimus.

Seruius in illud 6. Æneid. nec veriti Dominorum fallere dextras. *Fecit iniuriam Auguſto vel Cæſari, ſi eos Dominos dixit, quòd apud maiores inuidioſum fuerat.*

Nam patres patriæ dicebantur.

Suetonius in Octauio c. 53. Octauianus Imp. Domini adpellationem, vt obprobrium & maledictum, ſemper exhorruit, edictoque cauit, ne poſthàc Dominus adpellaretur.

Idem in Tiberio c. 28 Tiberius quoque Cæſar, Dominus à quodam adpellatus, denunciauit, ne ſe ampliùs contumeliæ causâ adpelleret.

Idem in Domitiano c. 13. Non paruum odium concepit pop. in Domitianum, quòd nimiùm elatè voluit ſe Dominum, & Deum vocari.

*ij. *TYRANNVM OLENS*. Non timeri videtur malle, quàm amari, qui Dominum dici ſe iubet, Patrem vetat; cùm Dominus timoris, pater autem, amoris ſit nomen.

Malach. 2. *Si Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus?*

Ariſt. l. 8. Eth. c. 10 *Apud Perſas, patris imperium, tyrannicum eſt, qui, vt ſeruis, filijs ſuis vtuntur.*

*iij. *CONTVMELIOSVM.* { 1. *Filijs.* 2. *Deo.*

* 1. *FILIIS.* Nam tacitè dicit ſeruos.

Dominus enim non eſt, niſi ſerui Dominus.

Et Domini nomen, pleniſſimam in ſubditos dicit pro arbitrio libertatem.

Martialis illudit cuidam Soſibiano, quòd patrem adpellitaret Dominum, qui tamen ſeruus erat.

Et ſeruo, ait, ſcis te genitum, blandeque fateris,
Quum dicis Dominum, Soſibiane, patrem.

* 2. *DEO* verò etiam id iniurium, cuius proprium adrogatur.

Cognoſcant gentes, quia nomen tibi eſt Dominus.
Scitote, quoniam Dominus ipſe eſt Deus,
Exod. 6 Nomen Adonai.

* iiij. *SVSPECTVM.* Nam incertos aut patres aut filios, aut vtroſque generis ortusque ſui inſinuat.

Nam,

Nam , ſi te patrem reris, cur dici vetas? aut, ſi credit filius, cur non profitetur?

Decernite ergo Patres, deinceps Patres vos à Filijs adpellari: vos Filij, cum Chriſto duplicate, *Abba Pater.*

Quod ſi vis, eſſe velis, nihilque malis.

NOTÆ

CONCIONIS XIII.

Fer. 4. hebdom. 2.

THEM. *Abba, Pater, ſi poſſibile eſt,* &c.

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum nunc:
1. *De oratione duplici, mentali & vocali.*
2. *An non potuerit calix transferri à Chriſto.*
3. *Quando, & quomodo factum decretum Incarnat. & Paſſ. Chriſti.*

AVE.

Orationum alia:
1. *Mentalis*, quæ eleuatio mentis in Deum, nullo labiorum motu.
2. *Vocalis*, quæ verbis expreſſis conſtat.

* 1. *MENTALIS* ſola, magni clamoris eſt, apud Deum, cui corda patent.

Hinc illud: *Non clamor, ſed amor, clamat in aure Dei.*

Quid clamas? dictum Moyſi, in ſinu tantum oranti.

1. *Reg.* 1. Anna Samuelis mater multiplicans preces corā Domino, loquebatur in corde ſuo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus audiebatur: ac tamen exaudita.

* 2. *VOCALIS* ſola, ferè inanis, ſi non mentali comitata.

Iſai. 24 *Populus hic, labijs me honorat , cor autem eorum longe eſt à me.*

Pſal. 77. *Et dilexerunt Deum in ore ſuo, & linguâ ſuâ, mentiti ſunt ei.* Dat

Dat ſine mente ſonum, nugas canoras, qui ore hians, & faucibus tonans, & labijs ſibilans, mente interim deſtruit, ædificat, mutat quadrata rotundis, corpore in templo, ad aram, mente in foro, in Hiſpanijs, &c.

Quod corpori anima: hoc vocali orationi, mentalis, quæ informat.

Chriſtus hîc vtraque vſus.

Monendi hic locus, vt Sacerdotes, & ad penſum certum orationum adſtricti, non ſolis contenti vocibus ſint, neque ſolâ mentali oratione, ſed alteram alteri maritent.

Prou. vet. Romanis in ſacrificijs, *Hoc age.* Plutarch. in vit. *Chriſtus orauit dicens: Abba,* &c. *Orauit,* j. mentem extulit ad Deum; *Dicens,* id eſt, concepta verba adtentè proferens.

Vocalis orationis vſus, fines varij:
- 1. *Chriſtus vſus, ad oſtendendam latentem intus mentis deuotionem*; imò vis deuotionis erupit in voces, vt vis meri noui ex vaſculo.
- 2. *Nos, ad augendam, aut inflammandam.*

Vocalis cur nobis neceſſaria:
- 1. *Vt verbis, quaſi retinaculis, aut anchoris quibuſdam, mentis deerrantis euagatio ſiſtatur.*
- 2. *Vt melius concipiat.*
- 3. *Vt inflammetur voluntas.*
- 4. *Vt plenior ſit Dei cultus, à mente ſc. & corpore.*

*j. DIFFICILE enim meditantem intellectum, non mox euagari, ſed idem retinetur meliùs, cùm meditationi verba iunguntur.

Verbi gratiâ Concioni conſtruendæ accinctus, ſi oculis tantum & mente percurro dicenda, facilè in alia ex aliis concepta feror, ſæpè in extranea: at dicens, non item.

Videtis enim, dicentem, perpetuum filum, & quaſi flumen orationis, ſequi, omnia ad rem, raroque vagari extrà metas.

Id à voce eſt ac ſono, non ſolo quidem, ſed ad meditationem

tationem intellectus adiuncto, vno alterum fulciente.

Sic, orantem adtendere, verborum ſenſus ac ſonus vel inuitum cogunt.

* ij. *CONCEPTIONEM id etiam adiuuat.*

Videas Oratores, dum dicunt, illuſtriora ſæpè concipere, & meditatis addere non ſolum verba, ſed & ſenſa.

Quintil. lib. 10. inſtit. c. 7. *Refutare enim temporis munera, longè ſtultiſsimum eſt.*

Ipſo quoque calore orandi Deum vocaliter, meliora non rarò, ac melius concipiuntur, verba verbis trahentibus.

Vt caudâ ſe leones irritant; ſic, verbis, ſe intellectus acuit.

* iij. *ET MELIVS voluntas inflammatur.* Verbis enim ita accenditur hominis animus, vt equus tubis, aut fornax iniectis ignibus.

Siſtamus in ſimili, ab Oratore, ſumto. Ego meditans animo dumtaxat, quæ ſum dicturus, libriſque anxiè incubans, vix aut parùm moueor, odio, amore, ira, &c. In meditatione ſolâ non exardeſcit ignis. At dum meditata pronuntio, videtis motus ingentes, ſudorem &c.

Sentitis ipſi, & mulierculæ & viri, meditatione ſola illatarum iniuriarum, inflammari vos quidem, leuiuſculè; multò verò acriùs, cùm inambulantes vobiſcum loquimini, aut, apud alios, de illatis iniurijs, peroratis.

Quintil. lib. 10. inſtit. c. 7. *Motus corporis, & ipſe excitat Oratorem, & iactatione manus, pedis ſubploſione, ſicut caudâ leones facere dicuntur, hortatur.*

Iratiores vel ipſos canes reddit rictus, obſcura remurmuratio primum, deinde latratus.

* iiij. *ET CVLTVS DEI SIC PLENIOR.*

Totus enim homo impenditur Deo, & mente, & vocis ſymphonia.

II.

An non potuerit transferri calix à Chriſto.

{ 1. *Indecorum*, cum fieri quid poteſt quidem, ſed non decet.

2. *Rarum*

Impoſſibile multifariam:

- 2. *Rarum*, quod fit quidem, ſed infrequenter.
- 3. *Extortum*, quod ægrè fit, & inuito animo.
- 4. *Difficile.*
- 5. *Superans vires hominis, etſi non Angeli.*
- 6. *Quod natura, aut creatura non poteſt, poteſt tamen Deus.*
- 7. *Quod Deus non poteſt, ratione contradictionis, aut imperfectionis.*
- 8. *Quod repugnans diuino decreto.*

* j. *INDECORVM*, non poteſt pater filiam corrumpere: Iudex reum indemnem relinquere, &c.

Matth. 9. *Non poſſunt filij ſponſi lugere, dum adhuc ſponſus eſt cum illis.*

Act. 4. *Non poſſumus, quæ audiuimus, & vidimus, non loqui.*

* ij *RARVM.*

Matth. 6. *Non poteſt ciuitas abſcondi, ſupra montem poſita.*

Marc. 6 *Non poteſt Satanas Satanam eijcere.*

* iij *EXTORTVM.*

Gen. 37 *Non poterant Ioſepho fratres quidquam pacificè loqui.*

Gen. 44 *Non poteſt puer Beniamin relinquere patrem ſuum.*

* iiij *DIFFICILE.*

Heb. 10. *Impoſſibile eſt, eos qui ſemel a prolpſi ſunt, iterum per pœnitentiam reuocari.*

* v. *SVPERANS vires hominis, etſi non Angeli.*

Luc. 17. *Impoſſibile eſt, vt non veniant ſcandala*, ſcilicet inter homines, non inter Angelos.

* vi. *QVOD NATVRA aut creatura non poteſt, poteſt tamen Deus.*

Matth. 19. *Camelum tranſire per foramen acus, impoſſibile dixeris.*

Luc. 1. *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.*

* vij. *QVOD DEVS non poteſt, ratione contradictionis, aut imperfectionis.*

Mon-

Montes eſſe ſine valle, peccare aut mori Deum, impoſſibile.

* viij. *QVOD CONTRA diuinum decretum.*

Geneſ. 19. Non poteſt Dominus euertere Sodomam, antequam Loth egrediatur.

Hierem. 44. *Non poterat Dominus portare iniquitates illorum.*

Sic impoſſibile erat, Chriſtum non mori, quod aliter iam olim fatum, decretumque eſſet, & quia indecorum, eſſe dedecus culpæ, ſine decore iuſtitiæ.

Poteſtas Dei duplex
1. *Abſoluta*, quâ, quicquid vult poteſt.
2. *Ordinata*, quâ poteſt id tantùm, quod decreuit.

Abſolutâ, poteſt mille mundos creare, mille Soles & totidem Lunas cœlo adfigere: cùm tamen vnicum Solem; Lunamque vnicam adfixerit, etſi veteres nouasque Lunas loquantur Aſtrologi.

Matth. 3. Eadem, *poteſt, ex lapidibus iſtis, ſuſcitare filios Abrahæ.*

Eadem, poteſt facere contra legem; ordinata verò non poteſt. Poteſt, cum ſuperiorem ſupremus ipſe non habeat, in quem peccet: Nemini iniurius fuerit, ſi; cui obfenſam; miſericorditer remiſerit.

Ordinata autem, non poteſt, quòd aliter; iam olim ab æterno, ſit decretum.

Patribus hæc diſtinctio nata.

Epiph. hæreſ. 76. Deus poteſt omnia; & non poteſt niſi ea, quæ per intellectum practicum ſcit ſibi facienda.

Damaſc. lib 1. *fid. orthod. c.* 8. Deus eſt omnipotens; ſed tantum ea poteſt, quæ ſtatuit.

D. Aug. lib. 2. *cont.* 3. *epiſt. Gaudentij c.* 22. Poterat ſecundum potentiam, ſed non poterat ſecundum iuſtitiam.

Ergo *ſi poſſibile eſt, tranſeat, &c.* poteſtate ordinatâ, fieri non poterat tranſlatio calicis huius, quod aliter fatum decretumque eſſet, euulgatumque decretum, iam olim; per ora Prophetarum.

Vt Prophetæ tui fideles inueniantur.

J J J.

Quando, & quomodo factum decretum Incarnat. ac Paſſionis Chriſti.

D.Auguſtinus,cum D.Bernardo,& pleriſque alijs, pulchrè imaginantur actitatam,ab ęterno,cauſam hominis,ſtantibus hinc Iuſtitiâ & Veritate,illinc Miſericordia & Pace arbitra Sapientia,nonnullis hominem ad pœnam poſceutibus,alijs homini patrocinantibus , Sapientia verò æquè cenſente,ac iuſtè.

Accuſatores igitur primùm auditi.

1 *Iuſtitiæ,*ergo fortè illæ voces.*Iuſtus es Domine:Iuſtitia & iudicium,correctio ſedis tuæ,*&c.*honos Regis , iudicium diligit.* Pſal. Si iuſtus es,perde hominem tam temerè,tam ingratè, mandatum leuiuſculum prætergreſſum. Sanguine , prima ſaucienda imperia,ni velis tandem,cereas ac Leſbias eſſe, regulas omnes tuas,&c.

Veritatis fortè iſtæ:*Principium verborum tuorum veritas:* non homo mendax,ſic & Deus: interminatus es Adæ nę faceret,dixiſti:*In quacunque horâ comederis ex eo,morte morieris,*mori ergo illum iube,aut mendax & haberi, & eſſe velis. Quod ſis,eſſe velis,&c.

Deinde,contra auditi & patroni.

Miſericordiæ fortè tale patrocinium . *Regia,crede mihi res eſt ſuccurrere lapſis:Regium benè agere , & mala pati: Quo quiſque eſt maior,magis eſt placabilis ira:* Te ergo Regem Regum,miſereri hominis lapſi adderet.

Nã & homo eſt,& fortitudo eius non ferrea:adde, quòd errore lapſus,quòd ſolicitatus,quòd ſemel tantum , &c. Et verò,*cur portent tot filij iniquitatem.*

Patris? Quid ſoboles eius , in te, committere tantùm, quid reliqui potuêre?&c.

Pacis concors oratio. Pacem,pacem,ô Deus pacis , &c.

Quid hic agat Deus? Decernatne perire totum genus, vnius ob noxam, & furias vnius Adami?Et ignoſcat tantùm ſcelus?Facilitas venię,illecebra delinquendi.

Sapientia Dei arbitra audienda Regem Deum miſericordia,æquè decent,& iuſtitia. Iuſtitia ſoror,ne time , fiet tota quod mente petiſti.Et tu,miſericordia,noli flere, &c. obtinebis.

Moritu-

Moriturũ quidem hominem, ſi peccaret, interminatus fueram, verè &iuſtè is moriturus: lues pœnas, qui peccauit: deliquit homo, homo luet. At verò, vt vnus homo perdidit omnes, ſic *vnus homo nobis, patiendo, reſtituet rem*, vnum pro multis luet caput. Vnum perdam, vt omnibus parcam, ne miſericordiæ aut pacis habeat negligentior, &c.

Ergo tu, Filii mi, carnem olim indues tempore oportuno Auguſti Imp. ſæculo, &, in homine, hominibus vnus omnibus morière: in eo, digna atq; indigna patière. Factũ igitur tum decretum, ac fatum ferè tale.

Viſum eſt Spiritui S. & nobis congregatis, ad reficiendum hominem, qui olim ad imaginem noſtri factus, iam collapſus eſt, vt Filius Dei, fiat homo filius hominis, & pro hominibus, ætatis 33 ſub Pontio Pilato crucifigatur. Ita teſtamur Pater, Filius, & Spiritus S. Sic Prophetæ nunciârunt. Inde *impoſſibile* factum, *vt tranſeat calix iſte, niſi bibat illum*.

Luc. 22. *Filius hominis, ſecundum quod diffinitum eſt, vadit*.

NOTÆ
CONCIONIS XIV.
Fer. 5. hebdom. 2.

THEM. *Abba, Pater, ſi poſſibile eſt*, &c.

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie:
1. *An fuerit neceſſe, Chriſtum nobis mori.*
2. *De nonnullis bonæ orationis conditionibus. Chriſto obſeruatis.*
3. *Cur tres tantùm Apoſtoli viſitati hîc, ac moniti, & maximè Petrus.*

AVE.

I.

An fuerit neceſſe, Chriſtum nobis mori.

D. Thom. p. 3. q. 46. art. 1. hanc quæſt. mouet, quæ qui-

dem ab heſterna, ita differt. Illa enim quærebat, de poſſibilitate euadendi, poſt fatum ac decretum Curiæ cæleſtis, hæc verò, an neceſſe fuerit, ſic fari ac decerni.

Luc. vlt. *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?*

D. Hilar. canone 31. in Matth. *Ideò calix tranſire non poteſt, niſi illum bibat, quia reparari, niſi eius paſsione, non poſſumus.*

Reſp. Philoſoph 5. Metaph. *Neceſſarium multipliciter dicitur.*

Neceſſarium dicitur bifariam.

1. *Abſolutè*, cum aliquid ſecundum ſui naturam, aliter ſe habere non poteſt. Sic homo neceſſariò eſt riſibilis, & rationalis: Deus omnipotens, &c.

2. *Ab extrinſeco*, quod, ſi eſt cauſa efficiens aut mouens, inuehit neceſſitatem coactionis: ſi attenditur vt finis, neceſſarium dicetur ex ſuppoſitione finis, cum finis intentus nullo alio modo, aut, ſi alio, non tamen ita conuenienti, haberi poteſt.

Neceſsitate coactionis, mora illi neceſſaria, quem fortior aliquis, vi tota, retinet. Luctam Iacob huc produc, in qua dictum: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi*, &c. morari nauem, in mari, neceſſe eſt, quam remora piſcis, vt centum anchoris vinctam, tenet.

Ex ſuppoſitione verò finis, neceſſarium emplaſtrum vulnerato curando, & arma pugnaturo.

Primo modo non oportuit Chriſtum pati. Deo enim mille aliæ redimendi viæ. Sola indulgentia, beare potuit. Poſſit Rex vni ciuitati coniuratæ, ſine cæde & ſanguine, ignoſcere: & poſſit Monarcha regni Chriſti, populo Chriſtiano, pœnas peccatis debitas, ieiunia, quarantenas, &c. gratis remittere, aut propemodum gratis, iubilæo aut indulgentia publicata; & non poſſit Deus?

Matth. 20. *Aut non licet mihi, quod volo facere?*

Sed neque neceſſitate coactionis, quæ nulla in Deo natura liberrimo.

Ex

Ex ſuppoſitione tamen finis, *oportuit Chriſtum pati.*

Multifarius planè finis: reſpectu	1. *Noſtri*	*Redemptio iuſta, non violenta ereptio.*	
	2. *Chriſti*	*Exaltatio.* Luc. vlt. Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam.	
	3. *Patris*	*Manifeſtatio*	1. *Iuſtitiæ.* 2. *Miſericordiæ.* 3. *Sapientiæ.* 4. *Odij peccati.* 5. *Philathropiæ.* 6. *Æſtimationis noſtri.*

Cuiuslibet horum argumenta profectò multa, ſed nullum Paſſione Chriſti illuſtrius.

* j. *IVSTITIÆ* hîc manifeſtatio ampliſſima, vnum vnius Adæ peccatum, materialiter leuiuſculum, tot talibusque pęnis, in Chriſto obſide, vindicantis. Quid leuius buccella? Et primus quoque error venia dignus, & is quidem admodum ſolicitante vxorcula, nullo adhuc pænæ exemplo. Nam vxorem non videbat, hoc eſu, interiſſe.

Denique, tot milium annorum intercapedine, obliteratum errorem, &, tot malis pœnæ, iam generi toti exantlatis, deletum oportebat vnicum malum culpæ. Patiendũ nihilominus Chriſto, ex fato,

——*tantæne animis cœleſtibus iræ?* 1. AEneid.

* *ij. MISERICORDIÆ.* Nam, cum omnes iure ſummo, poſſet perdere, vnum pro multis perijt caput, illudque innoxium pro noxijs.

AEternas quoque pœnas, temporarijs, commutauit, ratione dignitatis perſonæ, omnium nomine, patientis.

Caroli V. Jmp. miſericordia deprædicatur, quod toti Gandenſium populo pepercerit, paucis necatis. Pleni huius annales.

Liuius decad. 1. Romanum illum laudat, qui toti Aequorum populo parcens, Duces ſolos corripuit.

* iij. *SAPIENTIÆ.* Nam Iuſtitiæ ſeueritate, Miſericordia æquè temperata.

Pſal. 84. *Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt*, in paſſione Chriſti, in qua nihil remiſſum, crudele nihil. Iuſtitia enim ſine Miſericordia, crudelitatem; Miſericordia ſine Iuſtitia, remiſſionem lentam olet, ac ſapit.

* iiij. ODII PECCATI. Nam, ad eius excidium, vnigeniti dilectionis ſuæ occidium; parricidiumque decreuit.

Traductum palàm peccati odium.

An non illius, in hoſtem, odia, pluſquàm Vatiniana diceres, qui, vt hoſtem trucidaret, haſtam per latus filij ad hoſtem traijceret, ſi aliter non poſſet?

Metam. 6. lib. Prognes cantatiſſimum odium, in maritum Terea, ferè tale, quæ Itym filiolum communem occidit, ſic vlta mariti inceſtus cum Philomela ſorore.

Medea nonmollior: quæ Iaſonis pellacis, nouæque pellicis odio, communes liberos trucidauit.

Ouid. lib. 2. Triſt. *Tingeret ut ferrum, natorum ſanguine mater,*
Concitus à læſo fecit amore dolor.

Par Herodis odium, in Crihſtũ recẽs natũ, qui, ne Chriſtus internecionem euaderet, ipſum ſuum natum cladi inuoluit tot puerulorum.

Odium peccati maximum, in Dei Patris pectore, æſtuare, teſtis eſt mors Filij, mori iuſſi, vt peccatum interiret.

Quam ergo deplorandum, eo adhuc temeritatis homines labi, vt peccare audeant, bibantque, vt aquam, peccatum? quid facturi, ſi Deus, Filiũ mori peccato, prohibuiſſet?

* v. PHILANTHROPIÆ. Nam, ne nos periremus, filium ſuum vnigenitum Iſaac, quẽ diligebat (*Ecce filius meus dilectus*, ait ille toties) in crucem agi, ſiccis oculis, eſt paſſus.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.

Rom. 5 *Commendat ſuam charitatem Deus in nobis, quoniam cùm inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.*

Liuius lib. 1 decad. 1. Brutus, charitatem in Remp. Rom. patriæque libertatem, teſtari clarius non potuit, quàm filijs, de Regum exulum reductione, coniuratoribus, ad palum, virgas, necemque vocatis.

Hinc

Hinc illud Virgil.6.Æneid. *Vincet amor patriæ, laudum & im menſa cupido.*

Talis Agamemnon, Iphigeniã ſuam immolari ſinens, fœlici nauigationi græcanicæ expeditionis, ad Troiam.

Cant. *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres*, natura humana, ſi neſcis, quàm te depereat Deus, diſce vel ex Chriſti paſſione.

Pellicanum vides, exhauſtum ſanguine, emoribundum, vt pulli reuiuiſcant.

Et gloriæ noſtræ conſultum, ne ſc. gratis eſſet remiſſio, aut gratis vita ęterna daretur, ſed meritis alicuius è gente noſtrâ. *Emitur virtute poteſtas.*

Merita malo, quàm data.

Si peccarat homo: homo fecit ſatis.

Et homo, hominibus, regnum, virtute, comparauit.

* vj. *ÆSTIMATIONIS NOSTRI.*

Dignitas certè animæ, ex operationibus vitalibus (vt vocat Ariſtoteles) abundè elucet, & ex aduentitijs quibuſdam, at nullo magis, quam Filij Dei paſſione.

Quid eſt homo? bulla, vapor, puluis, cinis, fœda gutta, &c. qua corpus eſt: qua ſpiritus, aut potiùs, qua integrum, magnum aliquid ante ruinam, ſed poſt eam, vas confractum, quo ad bene eſſe gratuitum: in magna tamen æſtimatione apud Deum, ſi prætium adtenderis. A precio, rerum precia. Multo ſudore; auroque multo empta plurimi æſtimantur.

Equum, quem audieris emtum mille aureis, aut talento, etſi nondum viſum, tamen exoticum, aut Hiſpanicum, aut Turcicum, aut Neapolitam, &c. certè ratum, probumque cenſes.

Pretioſam veſtem cenſes, à pretio magno.

Homóne vilis, qui emtus Deo?

Rom. 6. *Emti eſtis pretio magno.*

1. Pet. 1. *Non corruptibilibus auro vel argento, ſed pretioſo ſanguine Chriſti*, &c.

Quid eſt homo, quia magnificas eum?

Militem gregarium ſi quem, in Gallia captiuum redemiſſet

miſſet Rex, reddito, eius vice, Duce Ferri-mano, Brachio-ferreo, quanti æſtimaſſes, ab hâc commutatione?

Deum, tibi liberando, proditum audias, & patui te æſtimes?

Pudeat, pigeatque, rurſus ſeruire tyrannis, tanti ęſtimatos.

1. Cor. 6. *Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro,* id eſt, magni etiam vos æſtimate, ſemideos quoſdam vos putate, ſancto quodam faſtu, & corpore extrariaque compoſitione, diuinum neſcio quid deinceps oſtentate, tanti emti.

Ergo, à Paſſione Chriſti, cùm tot bona, concludite.

D. Aug. lib. 13. Trinit. c. 10. *Sananda noſtræ miſeriæ conuenientior modus alius non fuit, quam per Chriſti paſſionem.*

I I.

De nonnullis bonæ orationis conditionibus Chriſto obſeruatis.

Veruntamen, non mea voluntas, ſed tua fiat.

Hîc notandæ duæ in Chriſto voluntates, vna humana, diuina altera paternæ conformis, cui humanam rectè ſubmittit.

Et hic habes duo orandi neceſſaria:
- 1. *Submiſſionem*; Non mea voluntas, &c.
- 2. *Solicitudinem de ſubditis*; Nam tertiò reuiſit ſuos.

* j. *SVBMISSIONEM,* quam oraturo olim verbo commendârat, facto præmonſtrat.

Matth. 6. Dicite: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, &c.* q. d. decretum fatumque eſt? fiat.

Cypria. in orat. Dominicam. *Non vt Deus faciat, quid vult, ſed vt nos facere poſſimus, quod Deus vult. Nam Deo quis obſiſtit, quo minus quod velit, faciat?* &c

Ex vitis Patrum. *Deus meus, quomodo vis, & ſicut tibi placet, ita fiat,* B. Macario viſus orandi modus decentiſſimus.

Nam ſic mitiùs *Fata volentem ducunt*, quæ etiam *nolentem trahunt*.

Et ſic ſæpè citius, quæ volumus, impetramus, dum cedentibus, in vicem cedit Deus.

Et ma-

Et magnum meritum, ab obedientis animi demiſſione.

Et maximus adſcreſcit hinc honos Deo, à prudentiæ ac beneuolentiæ hac obliqua profeſſione. Totum enim ſe eius fidei committere, eſt prudentiſſimum ac nobis beneuolentiſſimum profiteri, qui ſciat vtiliſſima, & præſtare ea ſuis velit.

Matth 6. *Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis.*

Neq; , Pater natura optimus, egenæ oui, aut ouis, aut auis, daturus ſcorpionem, aut, vice panis, lapidem.

Valer. lib. 7. c. 2. *Igitur te totum cœleſtium arbitrio permitte. Quia, qui tribuere bona ex facili ſolent, etiam eligere aptiſsima poſſunt.*

D. Hieronymus in Marci 14. *Docet*, inquit, *Patribus obedire.*

Jlluſtre filijs parendi parentibus exemplar.

Jnſinuat negotij pondus viribus maius, inſtat, vrget ſecundò & tertiò, pręfatus modeſtè, geſtuque flexanimo, cęterum minimè peruicax, parêre paratus, *Fiat voluntas tua*, &c, Quidni? nam olim idem ſubditus fuit Deus hominibus, matri, ac nutritio.

Pſalm 72. *Vt iumentum factus ſum apud te.*

Pſal. 35. *Homines & iumenta ſaluabis Domine*, homines rationali liberaque natura; iumenta, hilari obedientia, alieno arbitrio ductuque viuentia.

Philipp. 2. *Factus obediens Patri, vſque ad mortem, mortem autem crucis.*

Quin etiam, exſpiraturus inclinauit caput, geſtu quo poterat, inſinuans, ſe obedientia mori, & paratum plura pati, ſi Patri ita viſum.

Monachis formula ſingularis.

D, Bernard. ſerm. *Mementote, fratres, quòd Chriſtus, ne perderet obedientiam perdidit vitam.*

Jdem ſerm 3. de Reſurrect. Dom. *Ceſſet voluntas propria & Infernus non erit. In quē enim deſæuiet ignis ille, niſi in propriam voluntatem?* Et poſt pauca. *Ipſa eſt, quæ paradiſum ſpoliat infernum ditat, ſanguinem Chriſti euacuat, & ditioni Diaboli ſubiugat.*

D. Hieron. in epiſt. *Tantùm virtuti adijcies, quantum pro-*

priæ voluntati detraxeris.

D. Gregor. hom. 32. in Euang. *Minus eſt abnegare quod habet, valde enim multum eſt, abnegare quod eſt.*

Neſcio quid, ſacrificijs omnibus maius, eſt, obedire; Nam in ijs, de alieno corio agitur, hîc de teipſo.

Ex vitis P P. Monachus quidam, Rogerius nomine, ſe animam exflaturus, Abbatem Arſenium ita eſt adloquut⁹: Te obſecro (ſiquidem vides pœnam, quam patior) me per obedientiam mori iube, vt etiam moriendo merear. Anni enim 60. iam exfluêre, quibus ego Altiſſimum deprecor, ne quando humanitas mea voluerit, ſed quando mihi meus Abbas præceperit, ego moriar. Ergo (inquit S. Abbas) te, ô frater Rogeri, ſtatim mori iubeo, ad obedientiæ meritum, teq; animam tuam ſuo reddere Creatori, & faxit Deus, vt ſacratiſſima eius paſſio, & hæc mea benedictio tibi proſint. Mirabile dictu. Dictum factum. Deſijt Abbas loqui, & viuere deſijt etiam frater Rogerius. Itaque, nocte eadem, Abbati ſuo adparens, retulit, Ieſum Chriſtum pluris æſtimâſſe mortem illam, cum obedientia Prælati ſui exantlatam, quam quodlibet aliud opus ab illo tota vita geſtum. Nam & ipſe Chriſtus ita ex obedientia Patris æterni mortuus.

Ethnicorum, etiam militum, exempla ſunt illuſtria.

Xenophon initio lib. 4 de diſciplina Cyri, relatus à Plutarcho tom 1. vit. in Marcello, refert Cryſantam militem, cùm iam elata ac vibrata bipenni hoſtem eſſet icturus, vt tubam receptui canentem inaudijt, ab hoſte illæſo, placidè & compoſitè receſſiſſe.

Belli fortuna pepercit.

Plut. tom. 1. vit. in Ariſtide. Mardonio Duce Perſarum irrumpente inexſpectato in Lacedæmonios, Pauſanias Imp. Græciæ tum ſacrificans iubet Lacedæmonios, clypeis ad pedes abiectis, quieſcere, ipſúmque obſeruare, neque hoſtes repulſare; tantaque fuit virorum continentia, vt neque ab hoſtibus irruentibus ſe defenderent, ſed in ordinibus ſuis icti, & ſtrati ſuſtinerent, à Deo & Duce pugnæ ſignum exſpectantes.

De obedientiâ, vide plura & pulcra apud Greg. 35. moral. c. 12. 13. & 14. & in comment. lib. 1. Reg in illud, c. 15. Melior eſt enim obedientia, &c.

Et D.

Et D Thom. 2. 2. q. 186. art. 8.

* ij. SOLICITVDINEM *de ſubditis.* Viſitat enim ſuos, reuiſit interim quid agant, oréntne, an dormiant, num in officio ſint, &c.

A Mariæ munere, tranſit ad Marthæ.

Exod. 32. Deſcendit Moyſes de monte, ad pop. quem in tripudijs repertum, grauiter caſtigauit.

Hinc collige, Prælatis licere, quandoque choris cantantium ſe ſubducere, vt oues reliquas inuiſant, num omnia apud eas ſalua.

Neque id modo licet, ſed & decet.

Cic. lib. 1. *off.* Philoſophos eos damnat, qui, tot in libris, nunquam de Repub. cogitant.

Qui præeſt, in ſolicitudine.

Solicitudo omnium Eccleſiarum iuerat Paulo.

Prælatis congruit illud Cant. *Oculi tui columbarum.*

Nam vt illæ, oculo altero cœlum, altero terram intuentur: ſic nunc in cælum rapi, contemplatione & oratione, nunc in terram trahi oportet, inferiorum ſolicitudine.

Cœlo, Solis inſtar, adfixus ſit intentione, in terra ſit, vt radius, de ſubditis ſolicitudine.

Aquila non ſemper caput inter nubila condit, ſed quandoque ad inferiora ſe demittit.

Non dicatur de Prælato Ouidianum hoc plenum falſitatis. 2. Triſt. *Vtque Deo, cælumque ſimul ſublime tuenti,*

Non vacat exiguis rebus adeſſe Ioui:
A te pendentem ſic dum circumſpicis orbem,
Effugiunt curas inferiora tuas.

Præes, vt proſis.

III.

Cur tres tantùm Apoſtoli viſitati hîc & moniti, ac maximè Petrus.

Octo Apoſtolos ſtatuerat in ſtatione, à ſe longiuſculè, dato de oratione præcepto: deinde tribus alijs familiaribus, aliâ in ſtatione, relictis, ac etiam iuſſis orare, oratu-

oraturus & ipſe, penitùs ſeceſſerat. Modò autem, octo illos viſitâſſe non videtur, ſed dumtaxat illos tres, & eorum maximè Petrum, quem etiam cum cæteris, & præ cæteris vnum redarguit. Quid hoc rei?

Petri caſtigandi cauſæ:
- 1. *Faſtus ac iactantia prior,*
- 2. *Epiſcopatus primus,*
- 3. *Charitas in eum ſingularis.*

★ j. FASTVS, qui ſic retundendus fuit. Nam dixerat: *Etſi omnes*, &c.

D. Chryſoſt. homil. 34. in 26. Matth. *Ipſum Petrum acriùs tangit, ad confundendam ipſum præſumptionem, quâ dixerat, Etſi omnes, &c. addit mecum non ocioſè, quaſi dicat, Vigilare mecum non potuiſti, & mecum mori poteris?*

Vigilare, & mori quàm diſtant!

Et (*mecum*) inquit, vt exempla multum valere videas.

Prælati voces: *Mecum vigila; mecum labora; mecum ieiuna, &c.*

Cæſarem ferunt, ſolitum militi dicere, *Eamus*, non ite, idque ad inſtar Alexandri.

1. Machab. 16. Dux Simon iam ſenex, *cùm vidiſſet pop. trepidantem ad traſfretandum torrentem medium, transfretauit primus, & viderũt eum viri ſui, & tranſierunt poſt eum.*

★ ij. EPISCOPATVS PRIMVS; ille enim deſignatus iam erat Epiſcopus, & caput Eccleſiæ totius, ſed & Ioannes quòd Epiſcopus eſſet Aſiæ, & Iacobus non infimus, verbis acriùs cæteris caſtigati.

1. Timoth. 3. *Oportet, Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.*

Tit. 1. *Oportet, Epiſcopum ſine crimine eſſe.*

Vos eſtis lux mundi. Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur?

Epiſcopum perfectum volunt:
- 1. *Docendi officium*. Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere. *Cic. in Sall.* Lotipedẽ rectus derideat, &c.
- 2. *Exemplorum ſublimium vis.* Nõ tam peccant Magnates facto, quam exemplo.
- 3. *Ius intercedendi.* Mediatorem oportet non odioſum eſſe.

Non par

Non par Prælati ſubditique iudicium, in peccatis paribus.

Cui plus committitur, iure ab eo plus exigitur.

Vigilias noctis cuſtodiſſe Petrum oportuit ſuper gregem.

Pſal. 120. *Non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.*

Pſal. *Qui regis Iſrael, intende, qui diducis velut ouem Ioſeph.*

Argo oculatiorem, ac vigilantiorem eſſe, paſtorem decet.

Non dormiunt Phariſæi, ſed nec Iudas: ſed malum: dormit Petrus, cum ſocijs.

Hæretici etiam, ſummâ vi, inſtant amplificare ſuos errores, nos Epimenidis ſomnos indormimus, pigri ad tuendam veritatem.

Et dignum notâ, carpi dormientes non à crapulâ, quæ, à cænâ Chriſti parcâ, nulla erat, ſed à triſtitiâ (vt ait Euangeliſta) & à neceſſitate; Nox enim iam erat, & quidem profunda.

2. Æneid.——*ſuadentq́; cadentia ſydera ſomnos.*

Quid dicturus, ſi illi vino ſomnoque ſepulti?

Quid dicat ijs Monachis, Canonicis, & mihi, qui corpore nocturnis horis præſentes, dormitamus mero heſterno graues, &, cæteris alacriter ac vi tota canentibus, ronchos ducimus?

Et, quâ fronte, doceat bona, aut carpat mala, qui ipſe peſſimus?

Quæ verborum vtilitas, vbi exempla mali ampliſſima?

Qualis is mediator, qui ipſe peccatis grauis?

* *iij. CHARITAS in eum ſingularis.*

Quem diligo, caſtigo

Fingit equum tenerâ docilem ceruice magiſter, & quem diligit tenerius, illum calcaribus ſæpius format.

Petrum ſingulariter Chriſto carum, hinc patet, quòd communiter ipſi & alijs impenſa, rurſus eidem priuatim impenderit.

Petro

Petro & cæteris communiter
1. *Oratum* : Ioan. 17. *Rogo pro omnibus, &c.*
2. *Promiſſum*: Matth. 4. *Faciam vos fieri piſc. &c.*
3. *Præceptum* : Mar. 14. *Euntes prædicate, &c.*
4. *Indultum* : *Dicite diſcipulis eius, & Petro.*
5. *Communicatum imperium*: Ioan. 20. *Quorum remiſeritis peccata, &c.*

Petro priuatim
1. *Oratum.* Luc. 22. *Ego pro te rogaui: Petre, &c.*
2. *Promiſſum* : Luc. 5. *Ex hoc iam eris homines capiens.*
3. *Præceptum* : Ioan. 21. *Paſce oues meas.*
4. *Indultum: Dicite diſcip. eius, & Petro:*
5. *Communicatum imperium*: Matt. 16. *Quodcunque ligaueris, &c.*

Et hîc cum cæteris communiter correptus, audit etiam priuatim, *Simon dormis*? &c. agrum earum non vult arator ſordeſcere.

NOTÆ
CONCIONIS XV.
Fer. 6. hebdom. 2.

THEM. *Orauit tertiò eundem ſermonem, dicens, &c.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie
1. *De perſeuerantia Chriſti in oratione, & cur tertiò orauit.*
2. *De Angelo confortante, quis fuerit ; quid dixerit.*
3. *De ſudore ſanguineo, & cur tulit.* AVE.

I. De

I.

De perſeuerantiâ Chriſti in oratione, & cur tertiò orarit.

Bonum occæpiſſe parùm, niſi conſtes.

Frondere arborem, ac florere iucundum, ſed fructum dare, multò iucundiſſimum.

Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Aratrum qui attigit, retroſpicere non vult Dominus.

Geneſ. 19. Retroſpiciens vxor Loth, in ſtatuam ſalis eſt verſa.

Et Orpheus intuitus intempeſtiuè ſuam Euridicen, redditam rurſus amiſit.

A carceribus, ad metas, decurrendum.

In medio curſu turpiter deſijt Atalanta.

Turpe, pendere opera interrupta, minaſque murorum ingentes.

Fundamento poſito, addenda coronis.

Hic homo cæpit ædificare, & non potuit conſummare.

D. Greg. lib. 1. moral. *Incaſſum bonum agitur, ſi, ante vitæ terminum deſeratur.*

Idem. *Virtus boni operis, perſeuerantia eſt.*

Senec. ep. 1. *Turpe eſt cedere oneri, & luctari cum officio, quod ſemel recepiſti.*

Multorum vitæ ortus ſerenus, occaſus pluuius.

1. *Reg.* Saul initiò probus, ideoque euectus ad regnum; poſteà dicto Dei non parens, in excidio Amalech, deijcitur, furijs Dæmonis agitatur, videt viuus ac ſanus ſucceſſorem Regem, regni iam conſortem, externum, &c.

3. *Reg.* Salomon initiò ſapientiſſimus, iuſta orat, iuſtè de meretricijs litibus iudicat; tandem inſipientiſſimus, mulieroſus, idololatra, &c.

Annibalis laudatiſſima initia, Campanę deliciæ peruerterunt, vt Alexandrum Perſicæ.

Michaël Volat. l. 28. *tit. de Stultit.* Metellus Pius iuuentutis continentiſſimæ, luxurioſiſſimæ ſenectutis.

Fœlicem Romam, ſi Neronis initijs extrema reſpondiſſent!

Fœli-

Fœlicem Pilatum, ſi, quo pede cœperat, decurriſſet!

Vbique perſeuerantiâ opus, maximè in orationibus ad Deum.

Chriſtum hic tertiò orantem vides.

Et notanter dictum (*Eundem ſermonem*) contra oſores Roſariorum, in quibus putant battologiam.

Hoc exemplo, *Sine intermiſſione orate.*

Nunquam deficere Paulus monet.

Deus quandoque orantibus. { 1. *Exauditor* 2. *Cunctator* 3. *Repulſor.* }

Vbique tamen bonus *Exauditor*, exhibet gratitudinis materiam *Cunctator & repulſor*, perſeuerantiam acuit, vt extorqueas.

Iudicem iniquum & cunctatorem, vidua importunitate flexit.

Luc. 11. Panes à vicino denegatos, nocte mediâ, importunus Orator extorſit.

Imperantis eſt non orantis, mox velle exaudiri.

Intemperantis, paruique æſtimantis, quod poſcitur, deſiſtere, cùm ſemel iterumque oratum, nec exoratum.

Repulſor Deus, non nutum orantis adſpectat, ſed commodum.

Poſcentibus gladios, ad ſui iugulationem, denegare, nunquid miſericordis, pijque, eſt Patris?

Hippocrates mihi amans mei, noxia vina pernegεt, vel centies poſtulanti.

Scorpiones petenti negat pater, oua beneuolus largitur.

Mater pia, æſtuanti filiolo, ſæpeque poſcenti Hiſpanica vina, ptiſanam ſalubriorem illi, hoc tempore, hoc rerum ſtatu, potiùs propinauerit.

Sæpè tecum ſic agens Deus, neganſque nocitura, nunquid tibi pius Pater?

Si verò profutura cunctatur concedere, id eo facit, ne citò data vileſcant, atque vt perſeuerantes diſcas exaudiri.

Exemplo Chriſti id liquet, quem tertiò oraſſe audis, atque ideò exauditum.

Qui

Qui exauditus Chriſtus, non tranſlato calice.

Exauditus Chriſtus

1. *Secundum partem rationalem*, illa enim optabat fieri voluntatem Patris. *D. Tho. p* 3. *q.* 21 *art.* 4. Ioan. 11 *Pater ſciebam, quia ſemper me audis.*
2. *Secundum ſenſualitatem*. Nam ea conditionaliter rogabat : *Si vis transfer, &c.* ideoque non tranſtuliſſe, quia noluit, eſt exaudiſſe primam orationem conditionalem. *Caiet parte* 3.

Si non vndequaque exauditus, certè, quòd ab Angelo eſt confortatus, ab orandi perſeuerantia, fuit, trinaque oratione, vt taceam, quòd factus in agonia; tum quoque prolixus orarit.

Cur ter eadem oratio repetita.

Trias paſſim ſacra, etiam in Deo, qui vnus in eſſentia, trinus eſt in perſonis.

Virg. 8. Æneid. *Numero Deus impare gaudet.*

Credo, quia is numerus perfectiſſimus, & eſt numerus omnis rei, vtpotè, cui eſt principium, medium, ac finis, *vt dicitur* 1. *de cœlo & mundi text.* 2. *tom.* 2.

Et, in rebus creatis, is perfrequens.

Virg. eclog. 3. *Dic quibus in terris ; & eris mihi magnus Apollo.*

Tres pateat cœli ſpatium non ampliùs vlnas.

Orbem totum numerus iſte partitur, Aſia, Europa, Africa communiter.

Et anima Microcoſmi tribus abſoluitur, Intellectu, Voluntate, Memoria.

Perfectionis quoque eſt nota.

Virg 1. Æneid — *O terque quaterq; beati,*
Queis, ante ora patrum, Troiæ ſub mœnibus altis,
Contigit oppetere! huc reſpexit.

Frequens in ſacris Gentium.

Virgil. 8. AEneid. *Terna tibi hæc primùm triplici diuerſa colore,*

Licia circumdo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

Idem lib. 11. Æneid. *Ter circum accenſos, cincti fulgentibus armis,*
Decurrère rogos, ter mœſtum funeris ignem
Luſtrauère in equis, vlulatuſq; ore dedère.

Idem alicubi. *Ter luſtrare choris, ter luſtrauère choreis.*

Proclus. *Ter conſueuimus mortuorum vocationem facere.*

Homerus quoque lib. 1. Odyſſeæ meminit.

Traditionis etiam Apoſtolicæ eſt, ter defunctorum memoriam celebrare, die obitus, item 8. & 30.

Iſa. 6. *Seraphim clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus.*

2. *Cor.* 12. Paulus ter Dominum rogauit, auferre a ſe ſtimulum carnis.

Tot igitur orat Chriſtus ratione
- 1. *Trinitatis,*
- 2. *Perſonarum triplicis generis,*
- 3. *Peccatorum triplicis generis,*
- 4. *Temporum trium,*
- 5. *Donorum.*

* j. *TRINITATIS,* cui numerus hic ſacer

* ij. PERSONARVM
- 1. *Sua*, vt liberaretur, ni fata obſtarent.
- 2. *Diſcipulorum*, ne quid paterentur, ne ſcandalizati obdureſcerent, ne Petrus eſſet impænitens, &c.
- 3. *Futurorum fidelium*, vt ab ipſo, ad eos permearet calix, j. vt illis prodeſſet.

iij. PECCATORVM triplicis generis,
- 1. *Cordis,*
- 2. *Oris,*
- 3. *Operis.*

vt trino vulneri, trinum malagna.

* iiij. TRIVM temporum
- 1. *Præteriti,*
- 2. *Præſentis*
- 3. *Futuri*

cui petebat
- 1. *Veniam,*
- 2. *Emendationem,*
- 3. *Cautelã.*

* v. DONORVM
- 1. *Indulgentia,*
- 2. *Gratia,*
- 3. *Gloria.*

quæ nobis candidatus tum ambibat.

II.

De Angelo confortante, quis fuerit, quid dixerit.

Apparuit autem illi Angelus de cælo confortans eum, &c. Syriacis eſt *(confirmans.)*

Theophyl. ait alios legere *(glorificans eum)* id eſt, totam gloriam, quæ à paſſione, exponens ei.

Angelus verò is alijs { 1. *S. Michael*, vt P. Didaco Stellæ Hiſpano in Luc. 2. *S Gabriel*, vt Gerſoni, P. Franciſco ab Oſſunâ Hiſp.

Etſi parùm referant, quis, è tot legionibus, vnus fuerit legatus ad Chriſtum, mauelim tamen opinari Gabrielem fuiſſe, quòd rationes aliquot probabiles huc me agant.

Gabrielem putem, ex { 1. *Praxi.* 2. *Nominis cum negotio congruentia.*

* j. *PRAXI*, quæ negotium vult perfici ab eo, qui cæpit.

Alioquin, contumeliæ ac ſuſpicionis plenum, vel de { 1. *Corruptela, ac fide mala,* 2. *Ignorantia,* 3. *Iniuria, &c.*

Nemo à Patrono primo, aut Secretariò, ad alterum, cauſam indeciſam auocat, ſine contumeliâ, niſi ex ijs cauſis.

Sed Gabriel negotia Incarnationis, hactenùs bonâ fide tractârat.

Daniel. 9. Danieli de 70. hebdomadibus loquutus: *Poſt hebdomades ait ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus qui eum negaturus eſt, &c.*

Luc. 1. Zachariæ idem Gabriel: *Exaudita eſt deprecatio tua,* ſc. de Meſſiæ aduentu accelerando, iuxta nonnullos.

D. Aug. lib. 2. q. Euang.

Theophylact. in Luc. 1

D. Ambr. in Luc. & D. Chryſoſt. in catenâ relatus.

Luc. 1. Rurſus idem, ad nympham virginem, fidelis paranymphus. Cur igitur non idem deſtinetur rerum

Epilogo, qui proœmio?

Alioquin iure dicat Deo: *Nunquid degenerem me probaſti? quid ergo in me diſplicuit paternitati tuæ? &c.*

Corruptúſne ego, aut rerum gerendarum ignarus, aut incurius hactenùs? &c.

* ij. *NOMINIS cum negotio conuenientiâ.*

Patrum conſenſione, Angelis data nomina, negotijs ſuis conuenientia.

Orig. lib. 1. periarch. c 8.

D. Hieron in Daniel. 8.

D. Gregor. homil. 34. in Euang. *Angeli idcircò etiam priuatis nominibus cenſentur, vt ſignetur per vocabula, etiam in operatione quid valeant, &c*

Sic *Michael* quaſi *Quis vt Deus*? ideò debellâſſe ſuperbum illum Draconem, cęloq; deturbaſſe legitur (*Apoc. 12.*) quodam modo dicens, *Quis vt Deus?* ô nequam, *quis vt Deus?*

Sic *Raphael* quaſi *Medicina Dei*, ideò ad curandam decrepiti Tobiæ cæcitatem miſſus. *Tob. 5.*

Gabriel autem quaſi *Fortitudo Dei* dictus, aptiſſimè mittendus fuit, confortandæ Chriſti humanitati, iam ſolito fractiori.

Et ab aliâ nominis origine, iſdem aptiſſimus.

Ghebbar, i. *vir El*, i. *Deus*, quaſi *Vir Deus. Gabriel*, id eſt, *Vir-Deus*. Ad Chriſtum Virum Deum ecquis mittendus aptiùs, quàm Angelus Vir-Deus, qui eſſet nomine tenùs, quod reuerâ erat Chriſtus?

Vel ad negotia Viri-Dei, id eſt, Chriſti concludenda, vel ad eas res perficiendas, quibus homo deificandus, aut vir-Deus efficiendus, quis mittendus, niſi vir Deus, qui nomine ſignet eum, ad quem mittitur, & legationis finem?

Cæterùm placet, *adhuc ſub Iudice lis ſit.*

Quid dixerit, & quo geſtu

Simile eſt vero, cum adparuiſſe humanâ ſpecie, Dominumque ſuum flexis genibus orantem, reueritum, etiam in genua prouolutum, ſic adfatum placidiſſimè: Durum quidem te (mi Domine) in crucem ſic agi, ab hoc populo, in hac vrbe, feſto tam celebri, &c. at vero inde quantum boni,

boni, nobis, generiq́ue hominum toti?quanta Patri tuo, tibiq́ue hinc gloria? Angelicis legionibus, nouos milites ſic ſuffeceris. Vah! Deus bone, quam exultabundos vidi ego commilitones meos, à Paſſionis huius tuæ viciniâ, initijſq́ue! Ne tantam abrumpe tuorum lætitiam. Incredibile, quam ſolito hilariores magnæ illæ Patrum, Heroumq́ue animæ, ergaſtu o Limbi clauſę. Mihi viſi Adam ipſe, cum Abrahamo, &c. vix ſe continere a riſibus, tripudijs &c. perſentiſcentes, iam iam ſe, ad lucem], ex tenebris ſuis, morte tuâ, reuocatum iri. Supernas, Infernaſq́ue orbis totus exultat.

Quid? quòd Pater ipſe tuus, iam (vt ità dicam) facie eſt ſolito ſereniori, certus populum iam iàm reducem poſtliminiò, per te fore?

Et (mi here) quàm illi placuit, quòd nihil moratus carnis tuæ metum, eius voluntatem tuæ prætuleris?

Quam illi hoc adriſit! Feciſti Patri gaudium maximum.

Hoſtibus verò quantum, vel his velitationibus, pugnæq́ue initijs, feceris metum, teſtis ego tibi oculatus, & auritus.

Et quàm celebre tibi hinc nomen! *Tibi* ideò *flectetur omne genu. Propter hoc, te Pater exaltabit, & dabit tibi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*, &c. Philiph. 2. de te loquens, vaticinatus eſt vnus è maioribus tuis: *de torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.*

4. Æneid. *Punica ſe quantis adtollet gloria rebus?*
Quam tu vrbem cæli cernes, quæ ſurgere regna,
Occidio tali!

Et hactenus, tam maſcula tibi virtus: Eia. eia, age fortem ſemper, nunc quoque te decet, & fortia fortiter agere, & pati.

Et te pati legem, quam tuleris, ratio iubet. Tu cum Patre, ac Spiritu ſancto, huius legis, fatiq́ue autor.

Epiphan lib. 2. tom 2. in hæreſes, Angelum prædicaſſe eius fortitudinem putat

Cùm triſtaris (Solamen. triſtium)
Te ſolatur ciuis cœleſtium,

Digitized by Google

Res miranda: Solus dans gaudium,
Rex à ciue ſumit ſolatium, ait Houdemius Anglus.

Et quis ſcit, an non, & cibum, aut poculum, guſtandum porrexerit, flaccidi corporis viribus recreandis?

Sæpè mihi lectum: *Robur panis, robur aquæ : Et panis cor hominis confirmet.*

Gen. 21. Agar ancillæ, ad Iſmaëlis moribundi pueruli ſitim reſtinguendam, oſtenſus fons aquæ.

3 *Reg* 19. Heliæ porrectus panis, cum his verbis : *Surge comede, &c. Et ambulauit, in fortitudine cibi illius, vſque ad montem Dei Oreb.*

Dan. 14 Ad Danielem, in lacu leonum, delatus Abacuc ab Angelo, cum meſſorum cibis.

1. *Reg* 21 Rebus deſperatis, Dauidi & commilitonibus inuenti panes propoſitionis.

I I I.

De ſudore ſanguineo, & cur talis.

Factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.

Agoniam, luctam ceu certamen, Euangeliſta præmittit inuſitato ſudori.

D. Thom. 1. 2. *q.* 41 *art.* 4. Eſt nomen græcum agonia, importans timorem alicuius mali extrinſeci, cui reſiſti non poteſt, propter improuiſionem. Ideò moribundi agonizare dicuntur.

Agonia hæc Chriſti fuit
- 1. *Diſcordia portionum*, ſuperioris & inferioris.
- 2. *Lucta mortis & carnis,*
- 3. *Altercatio animæ & corporis,*
- 4. *Colluctatio rationum.*

* j. *DISCORDIA PORTIONVM* Inferior .n. ex nouâ decreti mortis ab Angelo prolatione, angi cæpit, vt adſolent mortem præſentaneam intuentes, aut quibus, Iudicis, de morte, fatum ineluctabile, eſt auditum, res ipſâ morte grauior.

Superior verò, ex aduerſo congreſſa, conſideratione bonorum à tolerantia crucis, &c.

Ariſt. 3. Ethic. *Omnium terribilium terribiliſſimum, eſt mors.* Imò,

Jmò, vel ſola eius memoria territat.

O mors, quam amara eſt memoria tui homini pacem habēti in ſubſtantiâ ſuâ!

* ij. *LVCTA MORTIS & carnis*. Carnem enim naturâ vitæ cupidam, mors iam inuadebat.

* iij. *ALTERCATIO animæ & corporis*. Cur me deſeris (aiebat corpus) rationi ſemper obſequentiſſimum? Non ego te deſero (aiebat anima) odio aut tædio tui, ſed patris imperio; poſt triduum, ruſus me fruêris.

* iiij *COLLVCTATIO RATIONVM.* Nam eſt etiam quædam diſputantium pugna, & colliſio argumentorum, vt armorum.

Hinc tuendæ vitæ argumentum: Lex mortis, ſubeunda ſolis in Adamo peccatoribus, quod in ſolos eos lata: At tu in Adamo non peccâſti, cur igitur moriare?

Iſthinc, ſubeundæ mortis: *Statutum omnibus hominibus ſemel mori.* Homo ſum, humani à me nihil alienum puto hac lege natus. Moriendum non à peccatis proprijs quidem, ſed alienis, quæ in me tranſtuli omnia. Lege quidem publica mortis non vrgeor, at primò illo æterni Triumuiratus decreto, olim iam in me lato.

Mori cùm iubet pater, moriendum. Ius vitæ neciſque is habeat, qui vitæ eſſendique eſt autor.

Hic vide conſtantiæ magnæ exemplar illuſtre, vt & tu, cum ſenſili parte repugnante, luctêris, neque mox victus herbam porrigas.

Miles ille nimiùm delicatulus, qui ad primum hoſtis impetum, campo cedit, aut vallo.

Nondum, vſque ad ſanguinem, reſtitiſtis.

Geneſ. 30 A lucta cum Angelo, Iacob loripes effectus; & multos claudos, tardeſque reddit, metus ipſe pugnæ.

Sicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.

Gutta communiter minima pars aquæ, aut liquoris cuiuſcunque.

Gutta quoque, ſubtilior myrrha, quæ & Stacte dicitur.

Iactet Pſal. 44. *Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis.*

Cant. 5. *Manus diſtillauerunt myrrham:*

Ibid. *Stillent labia ſponſi myrrham primam:*
Stillent montes dulcedinem:
Nihil ad guttas ſanguinis Chriſti.

Cant. 5. Sit *caput meum plenum* hoc *rore, & cincinni mei guttis* his *noctium.*

Sap. 11. *Gutta hac roris antelucani,* me adſpergat.

O beatum hortulum, his guttulis irrigatum! beatiorem, illo voluptatis horto, qui fonte quadrifido dicitur irrigari! *Geneſ.* 2.

Quidam putant 158. guttas ſanguinis effluxiſſe: ego, innumeras malim dicere, ac ferè riuulum.

Copioſi ſanguinis fides, à { 1. *Veſte tinctâ,* 2. *Caſu in terram,* 3. *Decurſu.* }

* j. *A VESTE TINCTA.*

Iſa 63. *Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari?*

Ibid. *Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta, & omnia indumenta mea inquinaui.*

Cùm cor ſentit amoris gladium,
Cruor, carnis rubricat pallium,
Amor vires vicens amantium
Carnis florem facit roſarium.
Cœlum carnis ſtellatur ſanguine:
Stillæ micant ſtellarum ordine, ait piè quidam Theolog. Anglus.

Veſtem autem tingere non potuerunt guttæ pauculæ.

* ij. *A CASV IN TERRAM.* Sanguis enim in terram decurriſſe dicitur, quod ſuſpicionem facit maiuſculæ quãtitatis. Corpus .n. humectare paucæ guttæ potuerunt, non verò etiam terram.

* iij. *A DECVRSV.* Nam voce decurrendi in terram, vſus Euangeliſta, quę eſt torrentium aut riuulorum, diſtillare verò guttarum.

Et friuolum, guttarum certum numerum velle ſtatuere.

Cæterum is ſanguis, & { 1. *Naturalis,* 2. *Miraculo expreſſus.* }

Solet enim timor ſanguinem potiùs ad cor reuocare quam

quàm excire : quanquam aliàs, exciri faciliùs, ſanguis, è Chriſto, potuit, ob corporis, è ſolâ virgine nati, tenellitudinem.

Sanguinea manant tanquam de vulnere guttæ.

Cor Chriſti, velut, inter duas occurſantes inuicem molas, preſſum, hunc ſanguinem dedit; ſicut poſtea mortuum lanceâque percuſſum, aquam ſanguine mixtam vbertim fudit; miraculo.

Sudoris huius inſoliti hæ cauſæ:
1. *Formalis*, quæ omni alteri ſanguini.
2. *Materialis*, ſanguis homini innatus.
3. *Efficiens*, vis doloris, vis diuina.
4. *Finalis*, ſupplementum pænitiæ Adæ.

Geneſ. 3. *In ſudore vultûs tui, veſcêris pane tuo*, dictum, in patre, toti generi noſtro; cuius ſi fortè is, aut quislibet alius negligentior, hîc abunde, ſupplet Chriſtus.

Panis Chriſti, ſalus animarum, & cibus eius, voluntatem patris exequi, ſed eo non veſcitur, niſi *in ſudore* inuſitato *vultus ſui.*

Seſe Pelicanus iſte hoc dolore lancinat, vt pulli reuiuiſcant.

Non illi ſine puluere, ſine ſudore, ſine ſanguine, de hoſte victoria.

Et quiſquam, hoc ſudore, liberatus, rurſus famulare collo nobili ſubeat iugum?

Neque tamen modò *clamat vox ſanguinis huius è terra*, vt olim ille Abelis; ſed clamaturus tandem, ac mugiturus, ſi cõculcatus, ſi pollutus, &c. ſi rurſus, illo loti, veſtimenta inquinemus, ad vomitum Ægyptumque reuerſi.

Cæterùm adnotant nonnulli, ex Egeſippo Apoſtolorum diſcipulo, natam ex irroratione ſanguinis huius arborem, in folijs habentem hæc deſcripta: *O mors, quam amara eſt memoria tui.* Mirandum planè, ſi verum.

Ouid. 2. Metam. Certè, electrum ex lachrymis Phaetontiadum lego.

Et quendam, verſum in florem ſui nominis, quaſdam fletu mutatas in arbores.

Digitized by Google

Et lego, ſanguine Pyrami & Thiſbes occiſorum, rubricata mora.

Ouid. 4. Metam. *Arborei fœtus, adſpergine cædis, in atram*

Vertuntur faciem, madefactaque ſanguine radix,

Purpureo tingit pendentia mora colore.

O te fœlicem, hortule, ſiue arborem talem profers, ſiue non! Quis me in te transferat, vt olim Adamum in paradiſum voluptatis? Voluptatis mihi, ſed dolorum Chriſto! quis mihi det, beatum illius horti locum, hoc irroratum ſanguine, oſculari, & lambere?

Proh pudor! *Inimici eius terram lingunt*. Quando' tandem (ô Pontifex, ô Reges, ô Principes) *adorabimus in loco hoc, vbi ſteterunt pedes eius?*

Quis det, vellus animæ meæ, hoc rore, cōplui, imò ſtillâ vnâ tangi, ſi vnica totum ſaluare mundum poteſt?

Sed quando non licet quod vis, velis (ô anima) quod poſſis, animo hunc hortum adi, adtende, vbi beatorum genuū Chriſti tui & ſanguinis veſtigia: & vaticinare tibi, quā immenſi doloris fuit, illa reipſa pati, quorum vel ſolus metus ſudorem hunc expreſſit. *Crimine ab vno, diſce omnes.* A Tragœdiæ huius tam funeſto prologo, diſces, quàm luctuoſus fuerit exitus.

Guttas modò audis, mox flumina ſanguinis, etſi nunc ſat ſanguinis hauſtum.

Notant verò hæ guttæ ſanguinis Chriſti, defluentes in terram, corpus quoque eius myſticum, Eccleſiam, martyrum ſanguine fluiturum.

NOTÆ

CONCIONIS XVI.

Dominica 3. hora 9. ante meridiem.

THEM. *Dicit Diſcipulis: Dormite iam, & requieſcite, Sufficit, ecce, &c.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dices

Dicendum hodie mihi
1. *De notis manſuetudinis Chriſti: de Iuda, Patrumq́; populi aſtutia.*
2. *Cur Iudas electus in Apoſtolum, futurus proditor.*
3. *Cur etiam idem Chriſto Oeconomus.*

AVE.

I.

De notis manſuetudinis Chriſti.

Admirabilem hîc Chriſti manſuetudinem tacitus nullo modo prӕterire poſſum.

Verè Chriſtus, rex apum, ſine aculeo.

Verè agnus, verè mitis, verè humilis corde, verè prӕſtabilis ſuper malitia.

Mãſuetudo Chriſti nota hîc
1. *Caſtigatione blandâ pigrorum.*
2. *Diſſimulatione*
3. *Permiſſione, ac fortè iuſſione ſomni.*
4. *Excubatione apud dormientes.*

* ij CASTIGATIONE *blandâ*, quia viſus primum, ab oratione reuerſus, in ſuauiter dormientes.

* ij. *DISSIMVLATIONE*, nam ſecundò reuerſus, ſomnum eorum tacitus diſſimulat.

* iij *PERMISSIONE, ac fortè iuſſione ſomni.* Nam tertiò reuerſus permittit ſomnum (vt vſum Aug. l. b. 8. c. 4. de conſenſu Euang. Ianſenio. & Caietano) ſed (vt Hilario) imperat, dum ait: *Dormite iam, & requieſcite.*

Faceſſat igitur ea opinio, quӕ hic aliquid ponit ironiӕ.

* iiij *EXCVBATIONE apud dormientes.* Facta ſomni licentia, opinor excubitoris vice functum, & cuſtodiſſe paſtorem iſtum vigilias noctis ſuper gregem.

Nam, facto interuallo, dixit: *Sufficit, ſurgite eamus, ecce adpropinquauit, qui me tradet*, quӕ verba ſpirant ſtantem, in cuſtodia.

Iure ergo dictus Samaritanus, j. cuſtos.

Pſal. 120. *Non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.*

Indulti, iuſ ſiue ſomni tres cauſӕ
1. *Exauditio eius,*
2. *Silentium verecundum Apoſtolorum,*
3. *Neceſſitas naturӕ.*

* j. EX

* *j. EXAVDITIO EIVS.* Iuſſit, lætus de pœnitentiâ Apoſtolis impetrata. *Hieronymus.*

* *ij. SILENTIVM* Nullus enim Apoſtolorum reprehenſus remurmurârat.

* *iij. NECESSITAS NATVRÆ.* Nam alta nocte, & triſtibus irrepere ſomnum, neceſſe eſt; adde etiam, mox capto Domino, reliquâ nocte, nihil turbatione nimia, dormituros fuiſſe.

Jſai. 53. *Vir dolorum, & ſciens infirmitatem.*

Pſal. 102. *Ipſe cognouit figmentum noſtrum.*

Heb. 7. *Pontifex, qui condolere poſſit infirmis.*

Alterna requie mortalia durantur.

Nullum violentum perpetuum.

Ouid. ep. Heroid. *Quod caret alternâ requie, durabile non eſt, &c.*

Arcum *ſi nunquam ceſſes tendere, mollis erit.*

Gen. 33. Iacob gregi ſolicitus metuit, ne, ſi plus æquo laborare oues fecerit, moriantur.

Ipſis bobus, equiſque ſabbathum prouidit Deus.

Et, iuſſo cauit, ne perpetuo cultu terra grauaretur: Maciē ac enim laſſitudinem ſuam, terra patitur, ſi fruges ab ea, ſine intermiſſione, eliciuntur.

Et ferreus conſumitur annulus vſu: Quanto magis tenella hominum corpuſcula, aut ingenia continuò exercita?

Supplicij quoddam eſt genus, inſomnem noctem ducere.

Tria hominis vitæ æquè neceſſaria	1. *Cibus,* 2. *Potus,* 3. *Somnus.*

Ergo (*Heri*) inſtar Chriſti, ſeruis alternam requiem concedite, &, relaxationes ſuas, diſcipulis, Magiſtri, &c.

Diſſimulans, iubens, excubans, caſtigans, vbique placidus, ſuique ſimilis Jeſus, ſerenus in verbis, etiam rebus turbatiſſimis.

Iſa. 42. *Non erit triſtis, neque turbulentus.*

Linum fumigans non extinguet.

Pſal. 140. *Corripiet me iuſtus, in miſericrdia, & increpabit me.*

Quàm

Quàm verò moroſum,rebus afflictis, cæterorum hominum genus!

Contra herorum aſperitatem,ac minas,*vide tom. 3. Academia noſtra pag 159.160. &c.*

Vigilare autem ſæpè alias,& hîc Chriſtus admonuit, & apud dormientes vigil excubuit, quòd multis ſomnus fraudi fuit.

Alleg. Gen. 2. Adæ dormienti coſta detracta, fractæ vires.

Iud 9. Samſoni dormienti,raſis capillis, fractæ & vires.

Siſaræ dormienti, caput clauo confixum, à fœmina.

Iudith 13 Holoferni dormienti reciſum caput, a Juditha.

1.*Reg.* 26. Sauli dormienti erepta haſta à Dauide.

Virgil 2.Æneid. *Inuadunt vrbem ſomno vinoquè ſepultam, Graci Troiam.*

Multis profuit,vigilaſſe.

Luc 2. *Paſtores erant in regione eadem vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis,ſuper gregem ſuum. Et ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos,&c & dixit: Ecce euangelizo vobis gaudium magnum,&c. primi natum Chriſtum audiere.*

Qui manè vigilauerit ad me, inueniet me.

Notanda hîc rurſus Chriſti { 1.*Præſcientia,* 2.*Promtitudo.* }

* *j. PRÆSCIENTIA*,dixit enim iam inſtare horam, adeſſe proditorem,quem oculis corporis non videbat, nec tumultum armorum audiebat,&c.

* *ij. PROMPTITVDO*,qua dixit,*Eamus.*

Iſai. 53 *Oblatus eſt,quia ipſe voluit.*

Ouis obuiat lupo,columba accipitri.

Videor mihi hic,videre duos Duces occurſantes,vtrumque in acie aciei ſuæ,vtrumque audacem,Jeſum & Judam, audacem illum ad fortia,iſtum ad ſcelera.

Chriſtus ait: *Eamus*,procedamus obuiam,&c.it, obuiat: *Iudas verò antecedebat eos*,id eſt,aduerſariam cohortem. Hîc,Duci Dux obuiat,& vterque,vno eodemque die, moriturus,vterque ſuſpendio,& proditor,& proditus, prior qui prodidit, laqueo ac manu quidem ſua ſuum vltus nefas.

De

Digitized by Google

De Iuda Proditoris aſtutia.

Judas, ex Apoſtolo Apoſtata, & transfuga, iam effectus miles, imo & Dux, *antecedebat eos:* & peritus; Nam & *proditor dederat eis ſignum*, &c.

Aſtutia Iudæ Ducis à
- 1. *Signo*,
- 2. *Multitudine*
  - 1. *Militum*,
  - *Seruorum*,
  - 3. *Poteſtatum*,
    - 1. *Secularis*, in Tribuno militum præſente.
    - 2. *Sacra*, in Magiſtratibus templi comitantibus.
- 3 *Armis* cōtra vim,
- 4 *Facibus*, cōtra dolos, & tenebras noctis.

Aptè D. Hieron. *Incumbit virtuti ſæculi, qui deſperat de adiutorio Dei.*

Improbis nulla ſecuritas.

Gen. 4. Cain homicida, tremulus.

Et mota ad lunam trepidabit arundinis vmbram.

Ipſiſſima Patriotarum nuperorum imago, qui vt Ieſum, pioſque caperent, &c. falsò, diplomatis cæptisque ſuis omnibus, prætexuêre autoritatem Regum, nonnullosque Eccleſiaſtici ordinis, partim Abbates, partim alios, ſocios adſciſcere ſunt conati, blanditijs illos, plærosque vi chirographis extortis, coniurationi ſuæ muniendæ. Latiùs hæc, viuâ voce, notata.

Cur Romani militis hic vſus.

Cohors, vtique Romana, adhibita, equitatu ac peditatu conſtans.

Quibuſdam 55 pedites habet vt minimum, equites verò 56. *Muſſus in paſſ.*

Sed Vatablus, in 18. Ioan. ait; cohortem, j. mille milites hebr.

De cohortis numero, alibi.

Adhibita autem cohors
- 1 *Defectu iurisdictionis*,
- 2 *Inuidiæ declinatione*;
- 3. *Vis repellendæ ſtudio*;
- 4. *Diffidentiâ de Iudâ.*

* j. DEFECTV IVRISDICTIONIS; Nam, vt nec capi- damnare, ſic nec, accuſatum capitis, adprehendere fas Judæis,

Iudæis, inconſultis Romanis. Ergo illud, vt nemo obſiſtere auderet, vtentibus legitima iudicum poteſtate.

D. Aug. tract. 112 in Ioannem.

* ij. *INVIDIÆ DECLINATIONE.* ne ſc. ſoli, inuidiæ populari de capto Chriſto, ſed & Romani cum ipſis, ſubiacerent.

Et, ſi quis, nocte intempeſta, in die feſto, tumultus, non ipſi eum, ſed miles inſolentior excitaſſe crederetur.

* iij. *VIS REPELLENDÆ STVDIO,* ſi qua, à populo beneuolentiori in Chriſtum, oriretur, *timebant. n. turbas* contra eas, coactæ vires.

* iiij. *DIFFIDENTIA DE IVDA;* Fortè. n. proceres veriti (vt proditorum animi ſemper proditores) ne fortè is proditionem proditione penſaret, ipſique vincerentur. Itaque ſeruolis iunctus Rom. miles.

Emphaticum, quod ſequitur, *Et ipſe* (Iudas) *antecedebat eos.*

Ipſe, non ille Iudas; qui Ioſephum fratrem neci ſubtrahere olim conatus. *Geneſ.* 37.

Ipſe, non ille Judas, qui Thamar nurum, accuſatum meretricij, comburi iuſſerat ignarus doli, tandemque dolo detecto, dixit: *Iuſtior me eſt.* Geneſ.

Ipſe, non ille Judas, Machabæorum fortiſſimus, legis patriæque patronus.

Ipſe, Ipſe, ille illaudatus, indignus nomine tot laudatiſſemorum virorum, quod etiam à laude eſt ductum. Iudas ſiqnim, j. laudatio.

Ipſe, qui adhuc totus Apoſtolum olebat, adhuc hodie Apoſtolus.

Ipſe, ipſemet proditor, perfrictæ frontis, præibat, non aliquis alius, ab ipſo dolis inſtructus; ipſe, ipſe inuerecundus, impudenſque ire maluit.

Antecedebat eos. tam pedibus, quam moribus ac ſcelere. Jngreſſus enim erat in eum Satanas, quo Duce omnia ductitabat, homo ſimilis Diabolo incarnato.

Sic Apoſtata monacho nihil peius: nihil ſceleſtius transfuga Chriſtiano. Julianus teſtis, teſtes Ianiſſarij.

A nemine, Eccleſia corpus Chriſti, ardentiùs impugnatur,

gnatur, quàm à deſertoribus Catholicis.

2. *Meteororum.* Aqua calida magis congelatur, quàm frigida.

Ipſe antecedebat eos, &c.

Eos, omnes prisci ſeculi proditores.

Proditio Iudæ ſuperauit omnes
- 1 *Materiâ*, Nemo enim Deum hominem immediatè prodidit.
- 2. *Modo*, oſculo.
- 3. *Cauſa*, inoffenſus, pretio viliſſimo 30. argenteorum.
- 4. *Crudelitate inflexibili*
  - 1. *Humilitate Domini illi pedes lauantis;*
  - 2. *Muneribus.*
  - 3 *Minis.*

II.

Cur Iudas electus in Apoſtolum præſcitus proditor.

Electus Iudas Apoſt. ad
- 1. *Patrocinium,*
- 2. *Metum,*
- 3 *Spem,*
- 4 *Teſtimonium,*
- 5 *Vſum,*

*1. AD PATROCINIVM. Ne cui damno ſit, ſi, inter probos multos, vnus viuit nebulo. Nam ſi vnus etiam in Chriſti Academia proditor, quid mirum, ſi & alibi?

Habet domus
- *Adami*, cum Abele & Cainum.
- *Abrahæ* Iſmaelem cum Iſaaco.
- *Noæi* Chamum cum Iaphet.
- *Dauidis*, Abſalones, Amnones.
- *Iacobi* Ruben aſcenſorem cubilis paterni.

Habet ſagena Euang. bonos malosque piſces; Arca Noë; animalia munda, & immunda.

Ager zizania ac ſemen bonum.

Matth. 25. Quinque virgines ſapiunt, quinque deſipiunt.

Ite

Ite nunc blaterones, qui totam Monachorum ſcholam damnatis, ab vno deſertore, vel totum Sacerdotum ordinem, ab vno aut epulone, aut biberio, aut libidinoſo, &c.

* ij. *AD METVM.* Vt gratias gratuitas, ſcires eſſe poſſe, in perditis hominibus, neque, a gratijs illis, eſſe firmum prædeſtinationis argumentum.

Iudę datus Apoſtolatus, gratia Verbi, vis miraculorum, &c.

Gregor. Nazianzenus orat. 4. *de Theologiâ* dat ſimile de canalibus ligneo ac terreo, æquè aptis ad irrigandum hortum: & ſigillis ferreo & aureo, æquè imprimentibus ceræ vultum Cæſaris, &c.

Timendum ergo, ac ſobriè ſapiendum, *etſi linguis hominum loquare & Angelorum, &c.*

De iadâ dictum: *Bonum, ſi natus non fuiſſet homo ille.*

Adhuc. *Abijt in locum ſuum.*

* iij. *AD SPEM erigendam.* Nam hinc vides, obeſſe nemini futuram malitiam; prodeſſe præſentem iuſtitiam.

A præſenti iuſtitia, Saul Rex creatus, quam tamen erat malè mutaturus.

iiij. *TESTIMONIVM* innocentiæ Chriſti illuſtrius.

Magnum planè probitatis argumentum, eo vti comite; quem ſcias, hoſtem, calumniatorem futurum.

D. Ambroſ. 6. c. in Luc.

Et inimici noſtri ſunt iudices.

Pulcrè Romanorum (opinor) aliquis, optabat omnes videre, quid intùs domique ageret, quòd viueret *ſic clàm, vt palam*, non vt quidam, qui Nerones intus, foris Catones exhibent,

Qui ſimulant Curios, & Bacchanalia viuunt.

Et ſcitè olim, veſtibulis aularum, ac domorum, publicè pranſum; cùm adhuc frugalitate menſarum certaretur.

Chriſtus ergo, Iuda vſus Apoſtolo, & comite, integritatis ſuæ ſecurus.

Quaſi diceret illud Iuuen. ſat. 11. *Experiêre hodie, numquid pulcerrima dictu.*

Perſice non praſtem vitâ, nec moribus, & re;

gnatur, quàm à deſertoribus Catholicis.

2. *Meteororum*. Aqua calida magis congelatur, quàm frigida.

Ipſe antecedebat eos, &c.

Eos, omnes prici ſeculi proditores.

Proditio Iudæ ſuperauit omnes
- 1. *Materiâ*, Nemo enim Deum hominem immediatè prodidit.
- 2. *Modo*, oſculo.
- 3. *Cauſa*, inoffenſus, pretio viliſſimo 30. argenteorum.
- 4. *Crudelitate inflexibili*
  - 1. *Humilitate Domini illi pedes lauantis;*
  - 2. *Muneribus.*
  - 3 *Minis.*

II.

Cur Iudas electus in Apoſtolum præſcitus proditor.

Electus Judas Apoſt. ad
- 1. *Patrocinium,*
- 2. *Metum,*
- 3 *Spem,*
- 4 *Teſtimonium,*
- 5 *Vſum,*

1. AD PATROCINIVM. Ne cui damno ſit, ſi, inter probos multos, vnus viuit nebulo. Nam ſi vnus etiam in Chriſti Academia proditor; quid mirum, ſi & alibi?

Habet domus
- *Adami*, cum Abele & Cainum.
- *Abrahæ* Iſmaelem cum Iſaaco.
- *Noaci* Chamum cum Iaphet.
- *Dauidis*, Abſalones, Amnones.
- *Iacobi*. Ruben aſcenſorem cubilis paterni.

Habet ſagena Euang. bonos malosque piſces; Arca Noë; animalia munda, & immunda:

Ager zizania ac ſemen bonum.

Matth. 25. Quinque virgines ſapiunt; quinque deſipiunt.

Jte

Jte nunc blaterones, qui totam Monachorum ſcholam damnatis, ab vno deſertore, vel totum Sacerdotum ordinem, ab vno aut epulone, aut biberio, aut libidinoſo, &c.

* ij. *AD METVM.* Vt gratias gratuitas, ſcires eſſe poſſe, in perditis hominibus, neque, a gratijs illis, eſſe firmum prædeſtinationis argumentum.

Iudę datus Apoſtolatus, gratia Verbi, vis miraculorum, &c.

Gregor. Nazianzenus orat. 4. de Theologiâ dat ſimile de canalibus ligneo ac terreo, æquè aptis ad irrigandum hortum: & ſigillis ferreo & aureo, æquè imprimentibus ceræ vultum Cæſaris, &c.

Timendum ergo, ac ſobriè ſapiendum, *etſi linguis hominum loquare & Angelorum, &c.*

De Iudâ dictum: *Bonum, ſi natus non fuiſſet homo ille.*

Act. *Abijt in locum ſuum.*

* iij. *AD SPEM erigendam.* Nam hinc vides, obeſſe nemini futuram malitiam, prodeſſe præſentem iuſtitiam.

A præſenti iuſtitia, Saul Rex creatus, quam tamen erat malè mutaturus.

iiij. *TESTIMONIVM* innocentiæ Chriſti illuſtrius.

Magnum planè probitatis argumentum, eo vti comite; quem ſcias, hoſtem, calumniatorem futurum.

D. Ambroſ. 6. c. in Luc.

Et inimici noſtri ſunt iudices.

Pulcrè Romanorum (opinor) aliquis, optabat omnes videre, quid intùs domique ageret, quòd viueret *ſic clàm, vt palam*, non vt quidam, qui Nerones intus, foris Catones exhibent,

Qui ſimulant Curios, & Bacchanalia viuunt.

Et ſcitè olim, veſtibulis aularum, ac domorum, publicè pranſum; cùm adhuc frugalitate menſarum certaretur.

Chriſtus ergo, Iuda vſus Apoſtolo, & comite, integritatis ſuæ ſecurus.

Quaſi diceret illud Iuuen. ſat. 11. *Experiêre hodie, numquid pulcerrima dictu.*

Perſice non praſtem vitâ, nec moribus, & re;

Sed laudem ſiliquas occultus ganeo, pultes
Coram alijs dictem puero, ſed in ore placentas.

* v. *AD VSVM*, Sic enim Iudæ commodior, ad prodendum, via. *Aditam nocendi perſido præſtat fides*, ait Senec. in Oedip.

D. Aug lib 18. Ciuit. c. 49. *Habuit inter eos vnum, quo malo vtens benè, & ſuæ paſsionis diſceſsitum impleret, & Eccleſiæ ſuæ tolerandorum malorum præberet exemplum.*

Vide eundem tract. 27. in Ioan.

III.

Cur etiam Iudas Chriſto Oeconomus.

Judas Chriſto
- 1. *A loculis*, ſeu receptor (vt vocant)
- 2. *Oeconomus*, ſeu Diſpenſator.
- 3. *Ab eleemoſynis.*

Homini autem illi, digiti vnci, rapaces manus, *fur erat*, ait Euang.

Marſupij crediti Judæ, hæ cauſæ
- 1. *Vtilitas hominis,*
- 2. *Miſericordia Chriſti;*
- 3 *Patrocinium noſtri.*

* j. *VTILITAS HOMINIS.*

D. Thom. Aquinas in Ioann. 12. Solitum ait Chriſtum, ſpiritualia credere dignioribus. Sed miniſtrare menſis, viſum indignum Apoſtolis in Actibus, conciones verò habere non item. Jtaq; Judę datum miniſtrare menſis, tanquam indigniori, & ad conciones fortè minus idoneo.

Matth. 25. Talenta prudenter partitus eſt diues peregrinaturus, dans vni vnum, alteri duo &c. *vnicuique ſecundum propriam voluntatem.*

Vt non omnis fert omnia tellus: ſic nec omnis homo negotijs omnibus aptus.

Herculem decet claua, & pellis leonis: Omphalem aut Jolen, lana, & colus.

Æneid. 9. *Sinite arma viris, & cedite ferro*, dicit ille apud Virg. bellulis comptulis Phrygiabus, non Phrygibus.

Abbatias, Epiſcopatus, Præfecturas dignior habeto.

Electores Jmp. Pares Franciæ, alijque ſuffragatores, de ſingulorum aptitudine inquirunto, Chriſti exemplo.

* ij. *MI.*

ij. *MISERICORDIA CHRISTI*, qui vijs omnibus, eum ſaluare conabatur.

Luc. 15. Quærit ouem errantem paſtor, per dumeta, mõtes, &c. &, vt drachmam perditam inueniat, totam conuertit, & euertit domum.

Nolo mortem peccatoris, ſed vt, &c.

Animos auerſos reuocant	1. *Confidentia,* 2. *Indulgentia moderata,* 3. *Liberalitas,* 4. *Honores impenſi.*

j. CONFIDENTIA, quâ res noſtras omnes, alicui parùm amico fidiſſimo credimus.

Gen. 39. Ioſephum deuinxit ſibi magis ac magis, herus omnia illi credēs vni, ait enim: *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua: nec quidquam eſt, quod non in meâ ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi.*

Liuius 22. *Vult ſibi quiſq; credi, & habita fides ipſam plerumque obligat fidem.*

Itaque, Chriſtus res ſuas omnes, vni Iudæ credidit.

ij. *INDVLGENTIA MODERATA*, qua quædam optata permittuntur; etiam alias ſine permiſſu facturis.

D. Hieron. *Quicquid licet, minus deſideratur.*

Et Plinio: *Omnium rerum cupido langueſcit, cùm facilis occaſio eſt.*

Ouid. 2. Amorum *Quod licet, ingratum eſt; quod non licet, acrius vrit.*

Et Eleg 3. Amorum. *Cui peccare licet, peccat minùs, ipſa poteſtas*
Semina nequitiæ languidiora facit.
Quidquid ſeruatur, cupimus magis, ipſaque furem
Præda vocat.

Hinc illud: *Omne rarum carum*: & vilia, quæ obuia, & occurſantia, quod, in auri æriſque vſu, manifeſtum.

Pompon. Mela lib. 3. *Coſmog.* Automolæ populi, ære exornantur, Auro, vincula ſontium fabricant. Quod enim minùs, id illis precioſius.

Ergo, cùm Judas eſſet auri tractandi, vt puppę puellula; auidus, etiam per fas, nefasque (*fur enim erat*:) tractandum

illi aurum datum vſque ad ſatiem, vt ipſa facultate, minùs auidus fieret, ad furtum: Quicquid auri Chriſto poſſeſſum, in Iudæ manus ingeſtum, illi datum emere, largiri, &c.

Cyrillus lib. 8. in Ioannem c. 7.

Chryſoſt. homil. 64 in Ioan. & homil. quòd nemo læditur niſi à ſeipſo, huius mihi rationis autores.

* iij. *LIBERALITAS*; Places enim donis datis, vel Iouem iratiſſimum.

Liberalitatis autem quoddam genus, res omnes vni credere, nullas rationes dati aut expenſi exigere.

At ſic, cum Iuda, Chriſto actitatum.

* iiij. *HONORES IMPENSI.* Sic priſcis Regibus in more, hoſtium animos deuincire.

1. Reg. 28. *Ait Achis ad Dauid: ego cuſtodem capitis mei ponam te cunctis diebus.*

Xerxes, Themiſtoclem inuidiâ exulantem conſtituit exercitus ſui, in Athenienſes, Ducem. *Vide Plutarch. in vitâ.*

Liuius lib. 2. decad. 1 Et Martio Coriolano, paris fortunæ, Romano, Volſci detulêre belli in Romanos imperium.

Idem decad. 1. libr. 5. Camillum etiam exulem, Ardeates adflicti à Brenno, Ducem ſibi conſtituêre.

Ouid. 2. Triſt. *Diuitijs etiam multos, & honoribus auctos*
Vidi, quid tulerant in caput arma tuum, ô Auguſte Cæſar.

Haud dubiè, vt ſic anteà hoſtiles animi, deinceps ad amicitiam pellicerentur.

Iudas honoratus Præfectura rei familiaris collegij Chriſti, & præter Apoſtolatum, Paterfamilias Chriſti, Apoſtolorum, ac Virginis Mariæ, &c. decretus, huiuſque occaſione, multos adloquuturus, multis honorificè adloquendus.

Pſal. 54. de Iuda: *Dux meus, & notus meus*, dux meus, rector meus.

Pſal. 40. *Homo pacis meæ, in quo ſperaui.* i. homo, in quo ſitæ ſpes omnes meæ, cui incumbebam, innitebar, &c.

Cle-

Clementiæ ergo meræ fuit, & optantis ſaluare, Iudam œconomum creaſſe, Apoſtolis ſociaſſe, &c.

At verò, nullo horum, caſtigatior fuit nebulo.

Honoratus ampliſſimè, ditatus liberaliſſimè, patentibus illi, ad rem priuatam ac furta, communibus loculis, effuſis in eum vnum fortunis Domini ſui omnibus, proditor etiam ſic tandem effectus.

Leopardo ſimilis, cui cùm benefeceris, peior fiet: Et Draconi Æſopico, ſeruatorem ſuum ſpiris venenatis inficienti.

Videas interim hinc
1 *Chriſtum omnia moliri, vt auerſos ad ſe vertat.*
2. *Impium, cùm in profundum venerit, contemnere: peruerſos difficile corrigi.*
3. *Deum adlicere velle, non cogere voluntates auerſorum.*
4. *Et cum Minerua (vt aiunt) monendā manum.* Prou. *Cum numine dextra. Qui creauit te, ſine te, non ſaluabit te, ſine te* Aug.
5. *Illuſtre exemplum ingrati patienter tolerati.*

Rabanus in cap. ſup. Matth. 26. *Quis erit impatiens in ferenda iniuria ab amico, cùm Chriſtus proditur à diſcipulo?*

iij PATROCINIVM NOSTRI, vt ſuprà. Ne ſcilicet totam Philoſophantium Chriſto in monaſterijs, Academiam, vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei ſacrilegi, libidinoſi, &c. quiſquam damnaret.

Faceſſat hinc illud Virg. 2. Æneid. *Et crimine ab vno,*
Diſce omnes.

NOTÆ

CONCIONIS XVII.

Fer. 2. hebdom. 3.

THEM. *Proditor dederat eis ſignum, dicens: Quemcunque oſculatus fuero,* &c.

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendũ hodie mihi { 1. *De ſignis militaribus,* 2. *Cur Iudas vſus ſigno, & cur iſto.* 3. *De Chriſti, ad reuocãdum Iudam artibus.* AVE.

I.

De ſignis militaribus.

Signorum, ſi vſquam, certe in bellis maximè vſus.

D. Aug lib. 2. de doct. Chriſt. c. 1. *Signum eſt rei, præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, aliud aliquid ex ſe faciens in cogitationem venire.*

Signorum alia { 1. *Naturalia*, vt fumus, ignis; vultus deiectior, triſtitiæ, &c. 2. *Voluntaria, ſeu data.*

1. *Naturalia illa ſunt, quæ ſine voluntate, atque vllo appetitu ſignificandi, præter ſe aliquid aliud cognoſci faciunt.* Diuus Aug. ibid.

2. *Voluntaria, ſeu data illa ſunt, quæ ſibi quæq; viuentia inuicem dant, ad demonſtrandos quantum poſſunt, motus animi ſui, vel ſenſa, vel intellecta quilibet, vt tuba,* &c.

Signorum datorum ſeu voluntariorum vſus varius, ad { 1. *Confirmationem dubiorum.* Pete tibi ſignum, à Domino Deo tuo, &c. Linguæ in ſignum ſunt infidelibus. Marci 6. Domino ſermonem confirmante, ſequẽtibus ſignis. 2. *Collationem Sacramentorum.* 3. *Res bellorum.*

Horum

Horum alia obijciuntur,
- 1. *Oculis,*
- 2. *Auribus,*
- 3. *Cæteris ſenſibus pauca.*

Certè, ſine ſigno, non coit miles. Cruces, & colores diſtincti, ſigna Burgundionum, Francorum, &c. ſeu viritim, ſeu turmatim.

Velitationibus, prælijs, receptui, præcipiendis ſigna ſua, tubæ, tympana, &c.

Stationes, excubiæque nullæ, ſine ſigno aliquo, vnde amicum ab hoſte ſecernas.

Militarium ſignorum, quædam *Vegetio l.3.rei milit.c.5.*
- 1. *Vocalia*, vt vox aliqua, S. Petrus, S. Ioannes, &c.
- 2. *Semiuocalia*, vt tubarum ſoni, quibus veteranus miles intelligit ſatis, an coëundum, gradiendum, ſtandum, pugnandum, ceſſandum, triumphandum, lugendum.
- 3. *Muta*, vt Aquilæ, Dracones, vexilla, paludamenta, acceſſæ faces nocte in Pharis, in gratiam nauigantium, &c. Equi, indumenta, arma, &c.

Lucanus lib.1.Pharſaliæ. *Certatum totis concuſſi viribus orbis,*

In commune nefas, infeſtiſq; obuia ſignis

Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.

Plutarch.tom.1.vit.in Fabio Mux. Veteres Romani diem prælij, ex pallio coccineo ſuperſtrato Ducis tentorio, intelligebant.

Græci olim, ex facibus.

Virgil.2.Æneid.—*Flammas cùm regia puppis Extulerat.* Alij ex alijs.

Alicubi: *Dat clarum puppi ſignum.*

Et 8.Aeneid. *Vt belli ſignũ Laurẽti Turnus ab arce Extulit.* vbi Seruius: *In cõiuratione ducturus exercitũ, ibat adCapitolium: & exinde proferẽs duo vexilla, vnũ roſeũ, quod pedites euocabat, & vnũ caruleum, quod erat Equitũ, dicebat: Qui Rem-*

pub. vult ſaluam eſſe, me ſequatur, *& qui conueniſſent ſimul iurabant: & dicebatur iſta malitia coniuratio.*

Judas ergo, more belli, tiro licet, ſignum etiam dedit, militiam iam doctus a Diabolo a cæna in eum ingreſſo, ſignum inquam mutum, *Oſculum* ſc. dicens: *Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & ducite cautè.*

II.

Cur Iudas vſus ſigno, & cur iſto.

Nihil omittit auarus carnifex, vt captiuum Dominum det, captusque tutè deducatur. Oſculum, vice ſigni, adſignat, & admonet ducere cautè, ne ſcilicet pacta pecunia, ſi (quod vult Caietanus) nondum ea data, fruſtretur, aut, ſi data & in marſupio, ne cogatur refundere.

Moleſtior pecuniæ vomitus auaris, quam ciborum.

Signi dati hæ, vt opinor, illi cauſæ: 1. *Tempus*, 2. *Veſtitus*, 3. *Comitatus*, 4. *Similitudo*.

* j. *TEMPVS* Nam per effuſas noctis tenebras, etſi noctem funalia vincerent vtcunque, & lucernæ, facile fuit deerrare, & capi Joannem aut Petrum vice Chriſti.

Nox certè ferè media, capto Chriſto.

* ij. *VESTITVS*, qui vnus ferè omnium Apoſtolorum.

Credibile enim illos vnicolori, & vniformi, quoad fieri potuit, veſtitu vſos omnes, inſtar Minoridarum, ac Sacerdotum modò.

Eſt autem à veſtitu decipi, ſatis in procliui.

* iij *COMITATVS Iudæ*, qui duplex, Judæus & Romanus.

Romanis namque conſtabat cohors (vt diximus) cætera verò turba Judæis, ac nebulonibus vernaculis. Romanus igitur miles barbarus, idololatra, Moſaicæ legis irriſor, & (vt adſolet) impius, nunquam fortè Chriſtum aut audierat, aut viderat docentem, aut, ſi viderat, certè quaſi per tranſennam, ideoque nec norat ſatis.

Itaque Romano, in quo ſpes tota capiundi Chriſti ſita, maximè opus ſigno, quo vinciendum internoſcere.

Deinde,

Deinde, ſeruulorum mediaſtinorum ac ſordidulorum, fortè vix tertius quiſque Ieſum nouerat, vt quos à concionibus prohibuerant vel ſeruitia, vel imperia inuida Dominorum, vel propria cuiuſque rerum diuinarum negligentia, vt aſſolet.

Itaque, & his opus ſigno.

Quæ turma prior irruerit, nuſquam lego. Dixerim priorem Iudaicam.

* 1. *QVOD* Pilati præſidiarij milites, non tam vocati ad pugnam (etſi huc etiam, ſi fortè opus) quam ad prætextum autoritatis.

* 2. *QVOD* ſeruorum ferè præceps audacia.

* 3. *QVOD* Malchus, Pontificis haud dubiè ſeruus, cæſus auriculam dexteram, vnde cenſeri poſſit inter primos fuiſſe, ac (vt apparet) non niſi inter gentiles ſuos, id eſt, Iudæos, quibus miniſtrabat.

* 4. *SIMILITVDO.* Nam ſpecies duobus ferè vna, vt qui vnum norit, ambos nouerit.

Iacobus enim minor, vel aliter Iacobus Alphei Hieroſolymorum poſteà Epiſcopus, quem Apoſtolum tenet Eccleſia vniuerſa (etſi aliqui aliquem tertium illum fuiſſe putent, ſed tantùm Diſcipulum) Chriſto admodum facie ſimilis, vnde & dictus frater Domini.

Vide D. Hieron. in 2. ad Galat.

B. Ignatius ad Ioan. Euang. ſcribens. *Cupio videre illum Iacobum Hieroſolymitanum Epiſcopum, qui cognominatur Iuſtus, de quo etiam dicitur, quòd qui videt eum, videt Chriſtum.*

Hæc ex alienâ fide; nam in meo Ignatio nulla ad Ioannem epiſtola.

Os humeroſq; Deo ſimilis, vt ait ille.

Cur oſculo vſus.

Signum datum, oſculum fuit, non contactus, aut pulſus, aut digito monſtrare, & dicere hic eſt, ex iudice iudicium, aut è tam multis, aliud vnum.

Oſculum adhibuit, ad { 1. *Secretum,* 2. *Regreſſum,* 3. *Verecundiam.* }

* 1. *AD SECRETVM.* Occultior ſic prodentis do-

 lus, &

lus,& minor proditi metus, cùm nihil nouum agit proditor.

Plaut. *Doli non ſunt doli, niſi aſtu colas.*

Hebræis autem in more, oſculari in conſalutationibus, vt nobis, manus conſertare.

Sic conſuêrant & Romani priſci, in reditu, vxores deoſculari, vnde & meribibulas agnoſcebant.

Et nunc, Nobilioribus familiare, domicellas ordine omnes oſculari, primo ad eas aduentu.

Laudem igitur oſcula? Charitatis meræ laudo, iſta vix fero. Suſpicionem enim mali, ac libidinis habent periculum, à ſexibus diuerſis, ab ætate, vtrimque, adoleſcentiæ.

Viros viri, fœminas fœminæ tutiùs oſculabuntur, ſi obiter.

Chriſtus autem cum more Hebræorum, oſculo ſancto, diſcipulos exciperet reuertentes: te adeò illi vſitatâ, proditor fraudulentus, inuſitato fine, vſus, vt prodendus proditionem minùs ſuboleret.

Proh ſcelus! Signo pacis, pacem lædi! pacem noſtram capi, trucidari.

* ij. *AD REGRESSVM.* Sibi verſipellis fortè prouidebat. Nam ſi huius viæ ſucceſſus nullus, Chriſto vel ſubterfugiente, vel euaneſcente, ſperabat poſſe ſe, in cœtum Apoſtolorum, mox redire, ac dicere & ignarum & neſcium ſe moliminis, militis, captiuitatis, &c. oſculum dediſſe, ſed veteri, ac ſuo more.

* iij. *AD VERECVNDIAM.* Conſcientiæ mordentis iuſſo.

Origeni tract. 35. *id placet.* Effrene hoc nimis, ſi dixiſſet: quemcunque percuſſero: vel, in quemcunque violentus quoquo modo irruero, &c.

V. Bed. in Marc. 14. *Retinens adhuc aliquid verecundiæ, non accepit ſignum violentiæ, ſed amoris.*

Mihi priores duæ cauſæ placent magis. Quis enim credat, tam perdito proditori, vel dracham verecundiæ tunc reliquam fuiſſe?

Et credibile, doloſum nebulonem, oſculo adhibuiſſe vrbanitates, adiſſe detecto capite, pileo ſupra modum demiſſo,

demiſſo,curuatóque corpore, Chriſto procul tetendiſſe manus amplexaturas,vultu hilariori, voce amicitiam ſolito magis profitente,labia labijs impreſſiſſe ardentiùs, ne quid proditioni deeſſet.

Mendax ſignis,mendax verbis. *Aue Rabbi*,inquit.

AVE. q. d. Proſpera,& ſalua tibi omnia. vah, nebulonem! cùm mortem paret. Mel in ore, fel in corde. Vita in labijs, mors in pectore.

Mala mens,eloquium ſuaue,

Non enim eadem ſentit,& loquitur vox mellea.

,, *Ille mihi tam exoſus eſt quàm Inferni portæ.*

,, *Qui aliud animo occultat, aliud ore profert*,'dixerim cum Homero.

*Rabbi,i.*Magiſter,Doctor, Sacrorum Profeſſor,&c.

Sed ne tu nequam, ô Juda. Nam, ſi is Magiſter,cur tu non amplius diſcipulus?

An,hoc Magiſtro, magiſteriū prodendi perdidiciſti, oſculo,orationis tempore,loco ſacro, iam olim ſacrato frequentibus illic Chriſti orationibus, genufiexionibus; nunc verò recentiſſimè, ſudore illo ſanguineo,ac lachrymis paribus iam modò profuſis?

An non hic hortus, cæmeterio quouis, ſacratior?

Alijs,per alios, illic aſylum, Chriſto, quem Magiſtrum fateris,per te nullum; *vel in arâ.*

Exod. 3. A præſentiâ Dei momentaneâ in rubo, dictum Moyſi: *Locus, in quo ſtas,terra ſancta eſt*; an non hortus iſte terra ſancta,à frequentatione Chriſti? &c.

Tu illum *vel in arâ* prodis,quem vel in harâ etiam Magi adorarunt?

Arrogantia verò quanta! Os ori adplicat, os, Satanæ portam, ori diuinorum eloquiorum ianuæ, ori Deo pleno.

*Luc.*7.Magdalenæ ponè incuruatæ,pedes Chriſti oſculari,plus ſatis.

Matth. 2. Regibus ſeu Perſicis,ſeu alibi natis,ſatis fuit, pedes vix nati puelluli,lambendo,oſculari.

*Luc.*24.Mulieribus pijs ſatis, oſculari pedes eiuſdem rediuiui, quarum vnam, vxorem viceimperatoris putant. *Tertull. lib.* 4. *in Marcionem*. *Luc.* 24. Apoſtoli adorant

etiam

etiam ſola pedum eius veſtigia, petrę, cùm in cælum aſcenderet, impreſſa.

Pſal *Adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.*

Jpſe Baptiſta ſibi indignus, qui vel corrigiam calceamenti eius ſoluat.

Vel Petri etiam pedibus Clemens Romanus aduoluebatur.

Et Pretus Janus, quem vocant, pedem ſolum ſubditis prætendit.

Tu proditor, contemtis pedibus, in os auguſtum illud ac ſacrum, profano etiam ore, ruis?

Oſculetur illum, oſculo oris ſui Mater Virgo, Apoſtoli, &c. non proditores.

Petr. *Dolus nullus inuentus in ore eius*, multus in tuo.

Me autore, nec ad pedum te oſcula admiſerit; quin potiùs, ſi tu conatus, erexerit pedes, vt conterat ſerpentinum tuum caput.

Pſal. 90. *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.*

Tu enim draco ille, quem frigore inter niues moriturum ruſticus detulit domum, ſenſitque hoſtem pro hoſpite, mox vt is incaluit, ac reſumſit vires.

Apud D. Aug. ſer. 28. ad fratres. *Nunquid magiſter tuus Chriſtus, à morte ſæpè te liberauit?*

Liberatus, liberatori mortem paras? Cogita primùm, quibus ille te beneficijs cumulauit.

Apud D. Aug. ibidem. *Nunquid, tui amore, patrem tuum à lepra ſanauit? nunquid etiam matrem tuam, cum qua concubueras, à paralyſi liberauit? Nunquid te diſcipulum ſuum conſtituit? nunquid burſarium ſuum te fecit? Nunquid in furto ſæpè te inuenit, & ſemper tibi pepercit? Nunquid, poſt Petrum, te vt plurimum honorauit? Nunquid te ſemper iuxta ſe habere voluit? Nunquid ſuum corpus ſacrum pariter, & ſanguinem, tibi in cœna donauit? Nūquid ante te ſe genuflexit, & tuos fœdos pedes lauit? Nunquid te ad oſculum recepit?* hæc ibi.

An non igitur tu hominum ingratiſſimus, qui poſt hæc, oſculo cliens patronum, imò patrem hoſtibus prodas, ac ferè gratis? &c.

III. *De*

III.

De Chriſti, ad reuocandum Iudam, artibus.

Sed neque veteri, neque præſenti, humanitate Magiſtri, victus furcifer.

Humanitas Chriſti, in hoſtem, hîc varia
- 1. *Oſculum,*
- 2. *Blanda verba,*
- 3. *Commiſeratio,*
- 4. *Nuncupatio,*
- 5. *Indicatio doli.*

* j. *OSCVLVM,* quo nihil vehementius, ad amorem. Quot oſcula figuntur, tot ſunt amoris faces.

Sperabat pius Dominus, ſic tibi inſpirare ſpiraculum vitæ nouæ.

Geneſ. 2. *Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.*

Ioan. 20. Rediuiuus inſufflauit in Apoſtolos dicens: *Accipite Spiritum ſanctum.*

Non tibi ille porrexit oſculandos pedes; etſi ille Maximino iuniore maior, viro arrogantiæ tam vaſtæ, vt manus ac pedes Senatoribus pręberet oſculandos, tu minor Senatoribus: ſed faciem, diuinumque os ipſum prębuit, delicias beatorum.

Cant. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui*, in magnæ beneuolentiæ ſignum poſtulatur.

ij. *BLANDA VERBA*, humaniſſimè loquutus tanto hoſti: *Amice*, &c. Illud amicitiæ ſanctum, & venerabile nomen.

Amice, alter ego.

Amice, vel ironicè (vt quibuſdam placet) vel (quod malim) verè, ac feriò. Se ſaltem amicum inimico, & miſereri paratum oſtentat, etſi Iudæ amicitia claudicet.

Quid blandius amici nomine, ſine quo, Pater, Mater, vxor, filij affines, quid niſi vana nomina!

Amicum me dici malo, quàm Patrem. Patres enim, ſine beneuolentiâ, inuenias multos; ſine hâc, amicum nullum.

Amice.

Si ho-

Si honoras, ô dulcis Domine,
Inimicum amici nomine,
Quales erunt, amoris carmine
Qui te canunt, & modulamine? ait Houdemius ille, poëta extaticus.

Hîc habes, vt adloquendi tibi, coniurati tui hoſtes.

Fecit hîc Chriſtus, quod docuit nuper.

Faceſſant, qui centies improperant *Traditore al Rey: traditore de la carne ſalata, &c. Totos Lutheranos, &c.*

* iij. *COMMISERATIO*, ibi: *Ad quid veniſti?* nam mihi, non quærentis, ſed miſerentis voces iſtæ.

Geneſ. 3. *Adam vbi es?* non latitantem in dumo quærit, ſed mutatas res demiratur, q. d. An non ego immortalem creâram? vnde ergo tibi mortalitas?

Simplicem feceram, vnde tibi oculi aperti, & ad nequitiam patuli? &c. *les yeux ait paſté*, prou. gall.

Sic, *Amice ad quid veniſti?* miſerentis ſunt verba q d. Ex Apoſtolatu ad militiam! ex milite Chriſti tui, tu factus miles mundi! abiecto breuiario, & tunicâ! Eo ferè modo, quo quis dicat monacho deſertori, mirabundus de ſchemate rerum tam inuerſo: Tun' ex Monacho miles! Quid hoc, frater? Vnde hæc noua hominis forma? &c.

* iiij. *NVNCVPATIO.* Nomen .n. proprium commemorat, vt nomine magno, reuocet à turpibus. *Iuda*, inquit, *oſculo filium hominis tradis?*

Quaſi dicat: *Iudas vocaris*, Iudam præſta.

Iudas ille olim fratri Ioſepho æquior; tu verum Ioſephum morti obijcies?

Iudas vocaris: Iudam Machabæum præſta, ſuorum, Deique defenſorem.

Iudas vocaris. Tribus Iuda, Iſraëliticarum olim nobiliſſima. Tu illam noli ſceleribus obſcurare, noli tenebras obfundere, noli maculas inurere.

Iudas vocaris. Judas, j. laudatio, noli ergo illaudatâ proditione vileſcere.

Nomina propria perſonarum, atque dignitatum aptè commemorata, magnâ vi inſtant, vrgentque ad bonum.

Sic Alexandrum aliquem nomine, ad Alexandri magni æmula-

æmulationem, ex nomine prouocem.

Sic Patres Conſcripti, ſæpè in orationibus nominati, ad officij recordationem, ſtimulumque.

* v. *INDICATIO DOLI.* Gnarum ſe oſtendit; quocunque modo ſententiam efferas, ſeu enuntiatiuè & aſſertiuè, ſeu interrogatiuè (vt D. Ambroſ. in Luc. 22. legendum putat.) Nam ſi interrogatiuè legis, non dubitantis eſt, ſed obſtupeſcentis, à ſceleris magnitudine.

Si aſſertiue, ac ſine flexu vocis, erit quędam reſponſio ad illud: *Amice, ad quid veniſti*? Ecce eo deueniſti, vt oſculo filium hominis tradas. Vtraque lectio toleranda.

Emphaſin autem habent ſingula:
1. *Iuda*,
2. *Tradis*,
3. *Filium Hominis*,
4. *Oſculo*.

1. *Iuda*, tu tam illuſtri nomine, tot beneficijs, &c.

2. *Tradis*: verberat pectus prodentis.

3. *Filium Hominis.* Memento te hominem, & me. An tu homo homini lupus?

Filium hominis, Prophetam. hoc enim nomen commune Prophetarum.

Filium hominis, filium vnius virgunculæ, non duorum, vt cæteri.

4. *Oſculo.* Signo pacis: q. d. Si prodendus fui, cur à te, cur hac via?

D. Ambroſ. *Amoris pignore vulnus infligis, & charitatis officio ſanguinem fundis, & pacis inſtrumento mortem irrogas.*

Prou. 27. *Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis.*

Virg. 2. Æneid. *Metuo Danaos, & dona ferentes.*

D. *Aug. lib.* 3. *de conſenſu Euang. c.* 9. putat prius nomine proprio compellatum Judam, deinde amicum vocatum, dum oſcularetur, vel mox ab oſculo.

Jtaque, in omnes ſe formas vertit pius Ieſus, vt hominem emolliret.

Ezech. 18. *Nolo mortem morientis dicit Dominus.*

Jbid. *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Domi-*

nus

nus Deus,& non vt conuertatur à vijs ſuis,& viuat?

Primum,morti illum eripuit. *Ex Aug ſupra.*

Jnde, Patrem à leprâ permundauit: Matrem à paralyſi liberauit: Judæ pedes lauit, in genua prouolutus; deoſculatus pedum articulos. Satis erit vel leoni,hoſtem proſtratum vidiſſe,non etiam homini?

Corpore & ſanguine ſuo pauit, iam ſpirantem iras ac proditionem.

Noluit prodere proditurum, Apoſtolis rogantibus, ne mox cultris,in ipsâ mensâ,configeretur.

Adfatus eſt,oſculatus eſt humaniſſimè, iam prodentem.

Jſai. 5. *Quid debui vltro facere, & non feci?* dixerit meritò.

Memet in omnia verti,Proteo propè mutabilior.

Sed ex ijs,credo, fuit Judas, quos non vincas verbo neč verbere,nec amore,nec minis,neque lauro neque loto, & quibus cum benefeceris,peiores fiunt.

Exod. 9 Pharaonem præſtabat Judas, incudem non cor gerens in pectore,victus & inuictus,malè gratus, & ad tot munera ſurdus,dignus qui audiat.

Æneid. 4 Perfide,ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus hyrcanaq; admôrunt vbera Tigres.

Ouid. in Heroid. Didonis ad Æneam. *Te lapis, & montes,innataq; rupibus altis,*

Robora,te ſæua progenuêre feræ.

Mater tua Leana, ô Juda.

NOTÆ

CONCIONIS XVIII.

Fer. 3. hebdom. 3.

THEM. *Iuda,oſculo Filium hominis tradis?*

Dicendum hodie:
1. *An inſidiæ,proditioneſq; licitæ.*
2. *Indecorum eſſe,vti proditoribus.*
3. *Proditores ferè omnes malè periſſe.*

AVE.

I. An

I.

An inſidiæ, proditioneſq; licitæ.

Apologo vetere proditum, Iouem creato recenter orbe, feciſſe incolas noui mundi *Bonum* & *Malum*, vna cum hominibus.

Bonum autem *eſt, quod omnes adpetunt*. Itaque omnes certatim hoſpitio *Bonum* excipere, aduocare, trahere, cogere, &c. dietim illi mille prandia, cænaſque cupediales totidem.

Malum contrà omnes naturâ odêre: itaque à nemine ad prandia, aut cænas euocabatur; ſed exul, inops, errans, malè paſtum, malè dormiebat in foris, in officinis, ſub dio, &c. vbi licebat, non vbi libebat.

Vtrumque defatigabatur, *Bonum*. fœlicitate nimiâ, importunâ inuitatione, ac raptatione ad prandia: *Malum*, perpetuis eſurialibus ferijs, vitaque planè infælici.

Igitur pertæſum vitæ huius *Bonum*, aufugit in cœlum, ſed euolanti malè fibulata chlamys fortè excidit, quam *Malum* huc illuc errans, caſu inuentam induit, atq; ità omnes arbitrati. *Malum, Bonum, Malum* certatim, ex more, ad ſe vocauêre, ignoratione doli.

Ouid. 1. de remed. *Et mala ſunt vicina bonis.*

Horat. in arte. *Decipimur ſpecie recti.*

Iuuenal. ſatyr. 14. *Fallit enim vitium, ſpecie virtutis, & vmbrâ.*

Matth. 7. *Adtendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.*

Iſa. 41. *Væ qui dicitis malum bonum.*

Malum ergo, *Boni* pallio obtectum, multos ludificabatur.

Sic vitia ſæpè multos fallunt, quod, ex facie ac veſte, veras virtutes putes.

Sic Inſidiæ, ac proditiones, chlamydem *Boni* indutæ, decipiunt pleroſque. *Proſperum ac fœlix ſcelus, Virtus vocatur.* Senec. in Hercule furente.

Si Deo, ſi Regi, ſi Patriæ vtile, inſidiari alijs, ac prodere, fas iuſque putant.

Nos igitur Malo, pallium Boni detrahamus, & præeat fax diſtinctionis.

Inſidiæ aut in { 1. *Amicos,* 2. *Hoſtes.* { 1. *Bello iniuſto,* 2. *Bello iuſto.*

In amicos, nullas licere liquet, nec mihi de ijs ſermo.

In hoſtes iniuſto bello adpetitos, etiam illicitæ.

Quorum .n. iniuſta ſunt bella, multò iniuſtiores inſidiæ.

Cæteris enim paribus, Mars apertus æquior. Neque de his modò.

De inſidijs, aut proditionibus hoſtium, iuſta bella gerentium, eſt oratio, cuiuſmodi ſunt, bella Regis Hiſp. in ſubditos malè ſubiectos, rebellantes Hæreticos, &c. qualia & Chriſtianorum, in Mahumetanos canes, ſceptrorum alienorum raptores violentos, regnique Chriſti vaſtatores,

AD QVÆ BELLA DOMINI, VTINAM MVLTI CONCIONATORES, SINGVLI IN SVIS CVRIIS, SVOS PRINCIPES HORTARENTVR. PROH DOLOR, ET PVDOR! SANCTA ILLA LOCA, SANGVINE REDEMTIONIS NOSTRÆ IRRORATA, CALCARI A CANIBVS, AC PORCIS ILLIS! NOS INTERIM INVICEM CONSVMERE, ET FRATERNO SANGVINE OMNES MADERE!

Lucan. 1. Pharſal. —*populumq; potentem,*
In ſua, victrici, conuerſum viſcera, dextrâ,
Cognataſq; acies, &c.
Cumq; ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis
Auſonijs, &c.
Bella geri placuit, nullos habitura triumphos.
Heu, quantum terræ potuit pelagiq; parari,
Hoc quem ciuiles hauſerunt ſanguine, dextræ!

In his, ſimilibuſque bellis, an inſidiæ licitæ, quærimus.

D. Tho. 2. 2. *q.* 40. *art.* 3. rem agitat, hoc ferè modo. Non licere, ſit, qui ſic probet.

★ j. Deut. 16. *Iuſtè, quod iuſtum eſt exequêris.*

Iuſtè, & iuſta agere, non eadem.

Ariſtoteli lib. 2 eth c. 4 diſcrimen magnum.

Iuſtum equuleo aut culeo torqueri nefarium, at non

torquere

torque o iuſtè, cùm plus æquo, cùm inhumaniter membra diſſoluo, cùm veterum odiorum memor, &c.

Iuſtum ago, dans ſtipem egenti virgunculæ, non iuſtè, ſi ſtudio corrumpendi. Si gratiam illam, pro gratiâ volo.

Bella quamlibet iuſta, iuſtè quoque gerenda. Iniuſtè autem geri adpareat, cùm proditionibus, cùm fraude, non vi, geritur res. Ergo.

* ij. *Fidelitati* etiam inſidiæ, ac proditiones aduerſantur, vti & mendacia. *Abominatio Domini eſt omnis illuſor.* Prou.

Fides verò, hoſti etiam ſeruanda.

Sed, ſi nec mentiri licet virgini, tutandę virginitati (vt diximus alibi, ex D. Aug. ad Conſentium de mendacio) neque inſidiari, ius faſue erit.

D. Aug. epiſt. 8. *Mentiri non licet, nec pro Dei laude.*

* iij. *LEX quoque naturæ* nobiſcum nata, facere alijs vetans, quod nolis pati, reclamat.

Matt. 7. *Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines: & vos facite illis. Hæc eſt enim lex, & Prophetæ.*

Sed nemo, ſe prodi, aut inſidijs vinci, velit. Ergò.

Hæc, negantium licitas vllas inſidias, propugnacula.

Licere tamen, cùm iuſtum eſt bellum, Auguſtino placet.

D. Aug. lib. 83. quæſt. *Cùm iuſtum bellum ſuſcipitur, vt apertè pugnet aliquis, an ex inſidijs, nihil ad iuſtitiam intereſt.*

Nec iti illi precario viſum.

Probat autoritate Domini præcipientis Ioſue, inſidias ſtrui habitatoribus vrbis Hai. *Ioſue* 8.

Ex Virgil. 2. Æneid.—*Dolus, an Virtus, quis in hoſte requirat?* vox Choræbi, multis in ore, pro oraculo.

Et cum vulpe iunctum, fas pariter vulpinarier.

Pacuuius. *Cùm contendi nequitum eſt, clàm tendenda eſt plaga.*

Plutarch. in Lyſandro, Laconum Regis vox iſta: *Vbi leonina pellis non pertingit, oportet vulpinam adſuere.*

Baſilio in Prou. *Honeſta* quædam, *atque laudabilis calliditas.*

Anguſtiæ mihi: Hæreo valdè, & ſudo, poſitus in biuio.

Diſtinctionis ergo hîc luce opus, ac Mercurio monſtrante viam.

Ex D. Thom. ibid. tripliciter falli hoſtem video
1. *Mendacio*, ſeu dicendo falſum, fallendi mente.
2. *Promiſsi, pactiq; violatione.*
3. *Secreti occultatione.*

Ab inſidijs, doliſque, qui a modis duobus prioribus hoſti ſtruuntur, abſtineto, vt à vetito.

D. Aug. ad Bonifac. *Fides hoſti ſeruanda.*

D. Ambr. lib. de Off. *Sunt enim quædam iura bellorum, & fœdera etiam inter ipſos hoſtes ſeruanda.*

Cic. lib. 1 *off.* Regulum commendat, qui ne datam hoſti fidem falleret, ad Pœnos pœnaſque redierit, certò moriturus.

A tertio illo inſidiandi modo, qui merè eſt negatiuus, totuſque in eo eſt, vt conſilium mentemque hoſti non aperiat, ſilendo, diſſimulando, nihil mali eſſe, totâ vi adſirmo, ac licere.

* 1 *NAM*, ſi nulla me lex iubet, omnia mentis arcana vel amico credere, quæ illa lex, quæ hoſti velit?

* 2. *ET* Scripturis ſanctis iuſſum, non proijci margaritas porcis, aut canibus ſanctum. *Matt.* 7. ne pedibus conculcent.

Cur non etiam cælem hoſtes hoſtilia, ne manifeſtaria noceant?

* 3. *ET* Chriſtus ipſe, inſtar Codri, Regem ſago diſſimulantis, vt cęderetur, carnem noſtram induit, vt diſſimulato Deo moriens, mortem morte multaret, quas inſidias cælauit Satanam, etiam ſæpiùs ac perſonaliter explorantem. *Matth* 4.

Scripſimus de his Satanæ explorationibus. ſeu tentationibus conciones 40. *ſeu potius concionum notas, titulo Monomachia iam editas Atrebati, anno* 1598. recuſas Duaci, 1607.

Neque inſidiæ illæ, quæ à ſecreti occultatione, repugnãt ordinatę volũtati. Quin potiùs, malè ordinata ſit volũtas illa, quâ ſibi quis velit, nihil alieni conſilij occultari.

Quibus receptis, ſic argumentorum nodos diſſolueris.

Primum: Iuſtè ſatis agi, quod non ſit iniuſtè. Iniuſtitiæ nihil, hoſti non prodere ſua conſilia.

Secun-

Secundum: Malæ fidei nihil habere, tertium inſidiarum genus, cùm nihil dicatur contra fidem, officiumque viri boni.

Tertium. Legi naturæ non repugnare, non omnia ſua conſilia palàm facere.

Cæterùm, ſi quæ ex inſidijs vetitis tolerandæ, illæ quæ
- 1. *Perſonæ ſuæ tuendæ causâ,* aut
- 2. *Rerum ſuarum ſeruandarum tantùm, non verò etiam augendarum.*

II.

Indecorum eſſe, vti proditoribus.

Diſplicet planè proditionum vſus, nec, me autore, quiſquam ne hoſtes quidem, ſibi prodi optauerit, non quia illicitum ſemper, ſed quia inglorium.

Neque placet illud Choræbi 2. Æneid. *Dolus, an virtus, quis in hoſte requirat?*

Neque magnanima illa vox aut Philippi Macedonis, aut Antigoni: *proditures amo, proditores non item,* proditione ſcilicet iam facta.

Stob. ſer. 52. Philippo. Plutarch. in Romulo, adſcribit Antigono.

Plutarch. in apopht. Et puſillanima ſatis Cæſaris Auguſti ſententia, qui, Rhymitalce Thracum Rege, ab Antonio, ad ſe transfugâ, multa in menſâ iactante, alteri Regi præhibens, ait: *Proditiones amo, proditores non laudo*, iactabundum pungens.

Qua dixit, ſe proditores non laudare, laudo.

Q. Curt lib. 4. Et Rege, & Alexandro dignior, illa Alexandri vox, ad Parmenionem cæteriſque vrgentes, vt in Darium ad Arbellas, noctu atque inſidijs irrueret: *Latrunculorum, & furum iſta eſt ſolertia, quam mihi præcipitis: quippe illorum votum vnicum eſt, fallere. Mea verò gloria ſemper, aut abſentiam Darij, aut anguſtias locorum, aut furtum noctis obſtare, non patiar: palàm luce adgredi certum eſt. Malo me fortunæ pæniteat, quàm victoriæ pudeat.*

Plutarch tom. 1. vit in Camillo. Romanè etiam Romanus ille Camillus qui Phaliſcos obſidens, Ludimagiſtrum

(qui ad eum adoleſcentiam illuſtriorem vrbis deduxerat, vt, liberorum miſerti ciues, Camillo ſe dederent) remiſit in vrbem, ac virgis cædendum dedit puerulis, patriæ atque innocentiæ puerilis proditorem.

Virg. 6. Æneid. *Paruoq; potentem Fabritium*, ac frugi Ducem laudo, qui Timocharem medicum paratum in necem Pyrrhi Domini ſui vinctum remiſit ad Regem.

Panormit. l. 3 de reb. Alfonſi., Auguſta etiam illa vox Alfonſi, quâ, cùm naualia Venetorum vnâ cum armamentario poſſet exurere, ſi duo milia aureorum daret, reſpondit: *non inſidijs, ſed aut virtute vincendum, aut nunquam.*

Et, quum quidam, paratos ſe in necem Renati Andegauenſium Ducis, hoſtis eius atrociſſimi dicerent; non modò eſt inſidias auerſatus, ſed & pœnas interminatus inſidiatoribus, vt parricidis, ſi tentarent. *Manu* (inquit) *& virtute dimicabo.*

Idem, Rogerium Pallantiæ comitem, meditantem confodere Joannem Caſtellæ Regem, vetuit, ne ſcelere gloriam quærere videretur; ſe enim non modò, non pro Caſtellæ atque Hiſpaniæ dominatu, ſed nec pro totius quoq; orbis imperio adipiſcendo, tam crudele facinus permiſſurum.

Turpe rationem, bono conſilio, homini diuinitùs datam, in fraudem malitiamque conuerti.

Cic. 3. Off. *Igitur, ne quid inſidioſè, ne quid ſimulatè, ne quid fallaciter.*

Faceſſant procul Chorœbi voces, & adoleſcentis, & amore tum cæci, & pro Troiâ periurâ ſtantis, & rebus tum deſperatiſſimis: *Dolus, an Virtus, quis in hoſte requirat?*

Elhodum potiùs iſtæ: *Virtute vincendum, aut nunquam*, etſi quæ aliæ tales, Regum excelſi pectoris.

III.

Proditores, fere ad vnum omnes, male periſſe,

Sed vt virtuti, ſic & vitio ſua præmia ſeriùs aut citiùs: proditionibus certiſſima, à DEO atque hominibus.

Gen. 4.

Gen. 4. Cain Abelem, in agros, ſpecie colludendi, euocatum trucidauit: ſed poſtea Lamech, proditorem ac parricidam illum, ſagitta confecit, feram ratus, vt habet partim ſcriptura, partim traditio.

Vliſcuntur proditiones, & { 1. *Alij quilibet, Dei fato & ordine,* 2. *Ipſi, qui vſi, aut vti potuere,* 3. *Ipſi, quos prodidère emergentes,* 4. *Ipſi proditores, manu ſua.* }

* j. *ALII quilibet, Dei fato.* Cainum audiſti.

Eſther 7. Aman illum Macedonem, proditoriè molitum internecionem toti genti Iſaacidarum, tādem Dei ordine, & iuſſo decepti Regis, è cruce pendentem, ea ipſa, quam Mardochæo pararat, vidit gens Judæorum.

2. *Mach.* 4. Comes Adronicus Antiocho miles, de Onia ſummo Sacerdote, verbis inſidioſis, ex aſylo euocato ac trucidato, pænas Antiocho dedit, iuſſus purpura exui, circumduci, & ibidem occidi.

2. *Reg.* 18. Et Abſalon, qui Amnon fratrem, inter epulas lætas, trucidari iuſſerat, è quercu à crinibus pependit, & lanceis tribus, à Joabo eſt confoſſus.

* ij. *IPSI, qui vſi, aut vti potuère.*

Plutarch. tom. 1. *vit. in Romulo. Liui decad.* 1. *lib.* 1.

Tarpeia Tarpeij filia, armillis, quas in ſiniſtris Sabini geſtabant, obpreſſa, atque è Capitolio, quod illis prodiderat, iure eſt præcipitata.

Ouid lib. 14. Metam fab. 18. —— *Tatius patreſq; Sabini*
Bella gerunt, arciſq; via, Tarpeia, recluſa,
Digna animam pænâ congeſtis exuit armis.

Jn textu erat (*Pignam animam pænâ*) nos tamen maluimus reponere (*digna pæna.*)

Brennus quoque Senonum Dux, Dæmonicam mulierem, quæ auiditate monilium, quibus ille ornatiſſimus ſpectabiliſque erat, illi Epheſum prodiderat, vrbem ingreſſus & victor, tanto auro onerauit, vt ſtudio viuam oppreſſerit.

Plutarch. tom. 1 *vit. in Camillo.* Phaliſcorum Ludimagiſter, virgis cędendus remiſſus ad ſuos, Camillo ipſo ita decernente, *vide ſup.*

Ad Pyrrham, à Fabritio remiſſus ad pœnam, parum fidus medicus.

Huc cadit Cæſaris Aug. vox: *Proditionem amo, proditores non laudo.*

Et illa Philippi aut Antigoni, quę ſuprà: *Prodituros amo, non tam proditores effectos.*

Et Judam ipſum vlti ipſi, qui eo vſi, acerbo hoc reſponſo, ad deiectum; *Tu videris.*

* iij. *IPSI, quos prodidere, ſi emergunt.*

T. Liuius decad. 1. *lib.* 1. Metius Suffetius Albanorum Dictator, Tullo Regi Rom. in Fidenates comes parùm fidus, iuſſus equis diſcerpi, hac decreti forma: *Tu tuo ſupplicio doce humanum genus, ea ſancta credere, quæ à te violata ſunt; vt igitur paulo antè animum inter Fidenatem Romanumq́ rem ancipitem geſſiſti, ita iam corpus paſſim diſtrahendum dabis.*

Virgi. 8 Æneid. *Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ*
Diſtulerant.

Ouid. 1. Triſt. *Sic doluit Metius, tunc cùm in contraria verſos*
Vltores habuit proditionis equos.

* iiij. *IPSI proditores, manu ſua.*

2. *Reg.* 17. Achitofel à Dauide ad Abſalonem transfuga, ſuo perijt ſuſpendio.

Matth. 27. Iudas proditorum infœliciſſimus, ipſo ſuæ proditionis die, *abiens laqueo ſe ſuſpendit: crepuit medius & effuſa ſunt viſcera eius*, nondum mortuo Ieſu, quem prodiderat; digno operæ pretio.

NOTÆ

CONCIONIS XIX.

Fer. 4. hebdom. 3.

THEM. *Iuda, oſculo Filium hominis tradis?* &c.

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicen-

Dicendum hodie { 1. *Quæ fugiendarum proditionum cauſa.* 2. *Obiecta è Scripturis ſacris proditiones.* 3. *Quibus modis diluantur.* AVE.

I.

Quæ fugiendarum proditionum cauſa.

Exemplis illuſtribus proditiones auerſandas heri vidiſtis, hodie videre & rationibus.

Omnis proditor, vel { 1. *Spontaneus*, vt Iudas: *Quid vultis*, ait, *mihi dare, & ego eum vobis tradam?* 2. *Quæſitus, ac corruptus.*

★ j. *SPONTANEI* opella turpiſſima illi quidem, at abutentibus non mox honeſta. Excuſauerit quidem à tanto, ſed non à toto.

Habent enim participium ſceleris, etiam qui ſpontaneo concurrêre.

Pſal. 49, *Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.*

An, quia ſpontaneâ, ac petulans, eſt meretrix, vacet ideò adulter à crimine?

Vt lupas illas procaces Ioſephi reijciunt, ac Bellerophōtes: ita viri magni, ſpontaneos proditores.

Camillus tibi in Ludimagiſtro, & Fabritius in medico Pyrrhi exempla illuſtria.

★ ij. *QVÆSITVS, ac corruptus eſt?* peccauit ille minùs quidem, nos auximus ſcelus noſtrum.

Ad ſcelus, ac patriæ proditionem, hortari ciuem, ſine ſcelere eſſe, quis bonus dicat?

Bonuſne is vir, qui alieni tori conſortem ſolicitat?

Multò minus, qui ciui, perfidiam in patriam, ſuadet, quò fides in patriam, quàm in maritum, iure gentium, ſanctior, & quò communius illinc damnum, quàm iſthinc.

Duplex in re vna peccatum, dolo malo vti, & corrumpere.

Pudenda verò quæ à proditione, victoria.

Alexander heri optimè: *Malo me fortunæ pæniteat, quàm victoria pudeat.*

Furum atque latrunculorum vocabat iſtam ſolertiam.

Virg. 4. Aeneid. *Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis,*

Tuq́; puerq́; tuus, magnum, & memorabile nomen,

Vna dolo Diuûm ſi fœmina victa duorum eſt.

Fraude victos miſeramur; contra, per fraudem victores, etiam non viſos, deteſtamur.

Proditio certè, muta quædam eſt profeſſio impotentiæ noſtræ, fortitudinis verò in hoſte.

Animalium fortium Mars apertus; debiliorum bella, per fraudes.

Dedignetur Getulus Leo ouilibus inſidiari, potiùs per arma ictuſque paſtorum ruat, robore fretus atque oſſibus flammiuomis, dum colliduntur.

Vulpeculis, araneis, &c. quibus vim natura negauit, inſidiæ cordi. Telas illæ, non tela, parant ad bella: cuniculos, Mæandros, & mortis fictæ dolos.

Aperto etiam is Marte pugnat, & campo æquo, qui viribus fidit ſatis: inſidijs, qui diffidit.

*Iudic.*16. Samſonis, in Philiſtæos, vis aperta: Philiſtæorum, fraudulenta, per Dalilam.

Quod verè dixit Plato de mendacio: *Mentiri impotentia eſt, qui enim non poteſt exequi, quod pollicetur, ad ſimulandum potentiam, mentitur*, de proditione etiam fas dicere.

Noſtræ imbecillitatis tacita eſt confeſſio, & virium in hoſte maiorum, fraude vincere.

Si enim muros ariete conuellere potes, aut balliſta, ſi pilis vales, ac telis, ſi quam ſpem, vt ille loquitur, ponis in armis, quò tibi ad dolos confugium? quò, potius auro certare, quam ferro? couponar potiùs bellum, quam belligerare.

II.

Obiectæ è ſacris litteris proditiones.

Sic ſacri libri proditionibus aſperſi, aiet dignum patella operculum, malæ ſc. cauſæ peior patronus.

Iud. 3. Aiod Iudex Iſraelis, Aeglon Regem Moabitarum,

rum, 18. iam annos Iſraelem iugo prementem, ſpecie colloquij, ac munera præferens, ſica latenti necauit, dictuſque eſt Saluator ſuſcitatus a Domino.

Iud. 4. Jahel, vxor Haber, Siſaram principem exercitus Jabin Regis Chanaan, clauo per tempora incuſſo, terræ adfixit, malleoque trucidauit, inſidioſè ac mendaciter dicens: *Intra ad me, Domine mi, intra, ne timeas.* Hæc tamen c. 5. dicitur benedicta inter mulieres.

4. *Reg* 10. Jehu Rex creatus profectus in Samariam, coactum à ſe populum omnem ſic eſt adfatus: *Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius. Nunc igitur omnes Prophetas Baal, & vniuerſos ſeruos eius, & cunctos Sacerdotes ipſius vocate ad me: nullus ſit, qui non veniat, ſacrificium enim grande eſt mihi Baal: quicunque defuerit, non viuet. Porro Iehu* (ait Scriptura) *faciebat hoc inſidioſè, vt diſperderet cultores Baal.* Ac poſt omnes enecatos, voce Domini commēdatur, & filij eius, ideò ſeſſuri in throno Jſrael, in quartam generationem, prædicuntur.

Judith 10. 11. 12. 13. Holofernem illum, vel nomine ipſo terribilem, Betuliæ obſeſſorem, rebus deſperatis, ſpecie deditionis, &c. Iuditha trucidauit. (Narra tu, Concionator, rem enargicôs. Reuertenti etiam obcurſat populus, ac beatam inclamat. *Vide locum.*

Et tu, proditiones, quæ mendacium, aut promiſſi violationem admiſtam habent, damnas, cum hîc videas etiam laudari?

I I I.

Quibus modis diluantur.

Magnæ hic tenebræ, ad errorem opportunæ, ſed lux diſtinctionum inferenda.

In Scripturis SS. alia
- 1. *Narrantur, non laudantur.*
- 2. *Narrantur, & laudantur.*
  - 1. *Simpliciter.*
  - 2. *Secundum quid,*
  - 3. *Solide,*
  - 4. *Adparenter.*

* *j. NARRANTVR, non laudantur,* vt adulterium Dauidis,

uidis,proditio Dalilæ,& mille id genus.

* ij.*NARRANTVR,& laudantur ſimpliciter.* quæ merè ac purè bona;ſecundum quid,quo ſcilicet adſpectu bonum inſperſum habent,cuiuſmodi aliquæ proditiones.

Et notandum, laudum aliam
- 1.*Facti ſolius*,vt,prouidentiæ in villico iniquitatis.*Luc.16.*
- 2.*Modi ſolius in facto illaudato* , vt in Clœliâ Rom.obſide enatante ad ſuos.
- 3.*Facti,& modi*, vt in redemtione noſtri , per Chriſtum.

Laudum rurſus , aliam
- 1.*Solidam* quæ à Deo, Bonis , ac Sapientibus.
- 2.*Adparentem*,quæ à plebeculâ , & Malis.

Laudari igitur factum Iehu,factum Aiod,& mulierum, Iudithæ ac Iahelis,conceſſero libens , non etiam modos, atque ita nihil illa,ad defenſionem proditionum.

Sin tu & facta,& modos laudari etiam vrges , fatebor, ſed laude adparenti,à popello, ſolius ſuæ ſpectatore libertatis,ac decuſſi,quaqua via,à ceruicibus iugi, non illa ſolida,quæ à Deo & Bonis,quorum aliud longè æquilibrium.

Bono probari malo,quam multis malis.

Laudari à malis,vituperari eſt.

Deinde, è veterum ac Patriarcharum factis, alia
- 1.*Cùm errore.*
- 2.*Miranda tantùm, non etiam imitanda.*
- 3.*A ſeipſis.*
- 4.*A reuelatione Dei,aut Propheta iuſſo.*

* j.*CVM ERRORE*,vt Lothi incæſtus! Aiod , Jahelis, Iehu mendacia.

* ij.*MIRANDA TANTVM,non etiam imitanda*, qualia etiam plerorumque Heroum ac Diuorum: vt D. Franciſci catamidiatio ſpontanea, poſt deliciarum medicarum vſum.

* iij.*A SEIPSIS*,ac ductu ſuo:qualia multa; in quibus magni illi homines,ſed homines tamen , errare potuêre,& reprehendi.

* iiij.*A REVELATIONE DEI,aut Propheta iuſſo*,quale factum Judithæ , & ipſius Jehu quo ad opus, etſi non ad modum operis.

Iuditha certè orationem inſidijs præmiſerat,ideoque ſimile

ſimile vero, è cęlo accepiſſe illam præceptum, de opere pariter, ac modo.

Et Iehu, qui commendatus, etiam voce Domini, & cuius filij inſeſſuri thronum Iſrael promittuntur ad quartam vſque generationem, inunctus ab Heliſæo mandatum acceperat, de ſemine Achabi exterminando.

Si, quæ igitur veterum talia facta verè ſolideque laudantur, ea laudantur, quæ à reuelatione, aut Prophetæ iuſſo, in quibus mirandi potius, quàm imitandi. In ijs, quæ a ſeipſis, multa illi cum errore, qua ab opere, qua à modo, in quibus pleraque proditiones.

Nemo igitur exemplis his, etſi à magnis illis hominibus, tamen hominibus, facilè in proditiones ruat.

Audiendum iſtud: *Probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt.*

In reuelationum opinione, Confeſſarijs probandos, ac palpandos ſpiritus veſtros date, ante opus.

Romanorum, noſtræque Gentis mos priſcus, viribus niti, non fraudibus.

Et vos igitur, vi gerite rem, non fraude (ô Milites, vos enim adloquor, hac bellorum tempeſtate) hæredes eſte, vt nominis Gentis, ità & gloriæ.

Cæteris dolos relinquamus vtendos; nobis arma, vimque apertè pugnantem adſeruemus, ſoliciti interim, vt ſagaciter exterorum dolis occurramus.

Et iuſta bella, & iuſtè geramus.

Vincemus ſic quidem fortè rarius, ac ſerius, ſed iuſtius, ſed glorioſius.

Sat citò, qui ſat benè.

Gladijs, ac clypeorum veſtrarum limbis incidantur hęc,
Malè parta, male dilabuntur.
De malè quæſitis, vix gaudet tertius hæres.

N O-

NOTÆ
CONCIONIS XX.
Fer. 5. hebdom. 3.

THEM. *Dicit eis Ieſus: Ego ſum, &c. vſque ad: Tunc diſcipuli eius omnes, relicto eo, fugerunt.*

FActâ repetitione, adiectum. Fato quodam fieri videtur, vt, quo in templo cœpimus textum attingere, & hortum Oliuarum ingredi, in eodem hodie nouiſſimè illic geſta proſequamur, egreſſuri hodie, ac de orto, ibiqùe geſtis, ſuperſeſſuri. Fato autem hoc ne adſcribite (Domini mei) ſed ſtudio. Honos enim hic principi huic templo, à me ſtudiô impend tur, & debetur.

Dicendũ hodie
1. *De Christi omnipotentiæ notis.*
2. *De Petri percutientis increpatione.*
3. *De fugâ Apoſtolorum, hâc perſequutione.*

AVE.

I.

De Christi Omnipotentiæ notis.

Prou 30. *Leo fortiſſimus animalium, ad nullius pauebit occurſum, ſed ad eius occurſum omne paucbit animal.*

Leo, aut moritur pugnans, aut victor viuit, à fugâ abhorrens.

Terret, vel rugitu. *Leo rugiet, quis non timebit?*

Oculis, vultuque terret, & pectore oſtentato.

Plin. 8. 16 *Leoni tantùm, ex feris, in ſupplices clementia, proſtratiſq; parcit.*

Ouid. *Corpora magnanimo ſatis eſt proſtrâſſe Leoni,*
Pugna ſuum finem, cùm iacet hoſtis habet.

Plin. 8. 16. *Hoc tale tamen, tamq; ſæuum animal, rotarum orbes circumacti, curruſqúe inanes, & gallinaceorum criſtæ, can-*

ſantuſq́ue etiam magis terrent. ſed maximè ignes.

Proclus de ſacrificio & Magiâ. *Ferunt gallum timeri à leone quamplurimùm, & quaſi coli.*

Chriſtus noſter, Leo de tribu Iuda, ad occurſum cohortis armatæ, inermis ipſe, non trepidat, imo hic ſolito viſus audacior, ſeque ipſo (vt ſic dicam) fortior.

Vultu, oculis, voce ac totus terret.

Orig. homil. 8. in 12 Hierem. Notat Chriſtum, Maieſtatem diuinam tum maximè oſtentaſſe, cum humiliaretur.

Ioan. 6. Rex creandus aufugit.

Matth 2. Adorandum tribus Regibus ſe, in caſa lacera exhibuit, *quâ de re* paidolatrian, j. *tractatum, de puero Ieſu adorato à Magis ſectum in 25 aut circiter cõciones, meditamur propediem ędere, fautore Deo.*

Matt. 21. Morti verò proximus, iam iamque deprimendus, adtollitur, inſtar triumphantis vrbem ingrediens, cæſis arboribus, veſtibus conſtratis, adclamationibus fauſtis, &c.

Moriens obſcurat Solem, commouet orbem totum, ſaxa perfringit, è ſepulchris ciet mortuos, &c.

Nunc quoque, quia mox collum catenis induendus, miris ſe modis potentem oſtentat.

Sic palma, cùm premitur, renitendo adſurgit.

Et candelæ lux mox abitura, fortius micat.

Et Sol, dum liberè irradiare ſinitur non vrit; dum cryſtallus opponitur, collectis viribus vrit, & inflammat.

Et flumina graſſantur magis, poſtquàm meatus, inualido obice, obſtruxeris.

Chriſtus hic potentiſſimè
- 1. *Excæcat Iudam, ac militem;*
- 2. *Surditatem inducit;*
- 3. *Proſternit ſupinos;*
- 4. *Imperat ineluctabiliter;*
- 5. *Curat incurabilem.*

* j. *EXCÆCAT*, non oculos claudens, ſed apertis oculis vim videndi, aut viſa internoſcendi, auferens.

Act 6 Apertisq́; oculis Saulus nihil videbat.

Geneſ. 19. Sodomitæ impij, in circuitu domus Loth ambula-

bulantes, oſtium videre non potuerunt.

4. *Reg.* 6. Exercitus Syriæ, apertis oculis cæcutiens, perductus in Samariam, in medios hoſtes, ab Heliſæo.

Cyrillo lib. 11. c. 33. in Joan. & Chryſ. hom. 82. *Et ipſe Iudas cæco ſimilis effectus.*

Noluit autem, ſigno proditoris, agnoſci, ne captus videretur inuitus.

* ij. *SVRDITATEM INDVCIT*, non quâ ſonus nullus auditur, ſed qua auditur, nec, cuius ſit, diſcernitur.

Audiebant enim illi rogantem, *Quem quæritis*? ac dicentem: *Ego ſum*; neque tamen hominem ex voce agnoſcebant, qua maximè internoſcitur homo, etiam in tenebris.

Certè, ſi voce hominem internôſſent, dixiſſent: te ipſum quærimus, non vero ſic: *Ieſum Nazarenum*, iterum iterumque.

Stabat autem & Iudas, ſurdus ipſe quoque, cæcus, ſtatuæ & attonito ſimilis.

* iij. *PROSTERNIT SVPINOS*, non pronos.

Abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram, vbi, ante casum, ſubaudio in verbo (*Abierunt*) retrogradam quandam militum fugam, quaſi in pectore, vim pulſumque vehementem pauorum; tandemque, armis collidentibus, & alterum altero obprimente, ſimul omnium ruinam.

Proſtratio hæc, aut
- 1. *A ſono vocis,*
- 2. *A ſpiritu vocis, quaſi vento valido,*
- 3. *A ſubtractione influxus,*
- 4. *A ſplendore vultus, & oculorum.*

* j. *A SONO VOCIS*. Conſtantia, virilius ſolito, reſpondentis, vel ſola terruerat. *Vt ergo dixit eis, Ego ſum, abierunt, &c.*

Geneſ. 3. *Vocem tuam audiui in paradiſo*, *& timui*, ait Adam.

Pſal. 14. *Dedit voci ſuæ vocem virtutis.*

Ioſue 6. Solo tubarum clangore muri Hierichuntini corruêre.

Pſal 28. *Deus Maieſtatis intonuit*, & ruêre milites.

Prou. *Lapides loqui.*

I. Reg. 17.

Digitized by Google

1. *Reg.* 17. Fundæ lapide ſtratus Goliath: vt lapidibus fundæ, fuſi milites, Chriſti verbis.

Leo etiam noſter, vel ſolo rugitu, illis terribilis, hîc rugijt, & intonuit terrificum illud: *Ego ſum.*

Ego ſum, nomen eius, qui ſolus eſt. q. d. *Ego ſum*, ille ipſe Deus, qui olim dixi Moyſi: *Ego ſum qui ſum*, ego ens entium, vnde pendet & vita veſtra, idemque ille homo Nazarenus, quem quæritis.

* ij. *SPIRITV VOCIS*, quaſi vento valido perculſi, inſtar nauium, aut turrium, ſolâ ventorum vi corruentium.

Sic vel ſolus globi tormentarij ſpiritus, intactos ſternit, ſæpè etiam necat, vt audio.

Iſa. 11. *Virgâ oris ſui percutiet terram, & ſpiritu labiorum ſuorum, interficiet impium.*

Et 2. *Theſſal.* 2. Spiritu oris Chriſti, profligandus dicitur Anti Chriſtus.

Exſufflauit armatos illos, ſicut puluerem, aut pluuiam inanem.

Pſal. 1. *Impij, tanquam puluis, quem proijcit ventus, à facie terræ.*

Pſal. 82. *Deus meus, pone illos vt rotam & ſicut ſtipulam ante faciem venti*, rotam, hic aliqui putant floſculum illum, quem pueri ludo exufflant.

Pſal. 39 *Vox Domini confringentis cedros.*

Ventus vocis Chriſti, ita facies, ac pectora perflauit armatorum, vt retrorſum ageret, ac ſterneret.

Iſa. 64. *Cecidimus, quaſi folium.*

* iij. *A SVBTRACTIONE influxûs generalis*, quo ſuſtinet Deus omnem creaturam, quo ſublato, ità homini tuendum, vt ſtatuæ, ſublatâ baſi, aut lucernę pendulæ, ſucciſo fune.

Act. 17. *In ipſo enim mouemur, & ſumus.*

Vt ſublato ente, tollis accidentia, quæ entia non ſunt, ſed entis, ita creata omnia, quæ, ex ſe, nihil ſunt, ſed Entis huius magni, in nihilum ſuum reuerſura, magno illo Ente entium ſubtracto.

Ariſtoteli, omnia, præter æterna. reſpectu æternorum, non entia.

Q D. Gre-

D. Gregorio orat. 4. de Theol. Θεὸς Deus Ὢν ens optimè cõueniunt eſſentiæ Dei, optimè tamen Ens, quià, aliud videtur eſſe, de genere relatiuorum.

Euſeb. lib. 11 prep. Euang c. 7.

Plato in Timæo, in Sophiſtâ, in Parmenide.

Ens enim Platoni mera potentia. *De ente.*

EI in portâ templi Salomonis ſemper ὤν, j. Ens, Deum vocat.

Ex Plutarchi mente, ideò inſcriptum oraculo (*ES*) quod Deus ſolus verè ſit.

Igitur, illo entium Ente magno, ſe armatis iſtis ſubtrahente, aut vim ſuam ſuſpendente, illi non ruere non potuêre, quemadmodum corpus, anima emigrante, aut raptu extico, ad tempus, peregrinante.

★ iiij. *A SPLENDORE vultûs, & oculorum*, quem quibus, & quandò libuit, oſtentauit.

Humanitas Chriſti inſtar nubis Solem obuelantis: ſeu lucernæ ferreæ volubilis, quâ, lumen, cùm libet, occultas, cùm libet, reuoluto ferro, oſtentas: Liber ille Diuinitatis Sol, cum adhibuerat, tranſlucebat.

Igitur, ſcrutatores iſti Maieſtatis, oppreſſi ſunt à gloria.

Quidni? Nam, etiam oculis leo terribilis.

Plin. 8. 16. *Omnis vis leoni conſtat in oculis.*

Et Baſiliſcus, viſu necat.

Et Meduſæ caput, ſui inſpectores (iuxta Fab.) in ſaxa vertebat.

Gell lib 9 noct c. 4. *Traditurq; eſſe homines in Illyrijs qui interimant videndo, quos diutius irati viderint, eosq; ipſos mares fœminasq; qui viſu tam nocenti ſunt, pupillas, in ſingulis oculis, binas habere.*

Virgil. in Bucol. Et, à lupo videri priorem, infeſtum voci. hinc illud: *Mœrimque lupi, vidêre priores.*

Quidni, & à Maieſtate oculorum Chriſti, militibus terror?

D. Hieron ep ad Principiam, tenet, radios oculorum Chriſti, feciſſe militibus hunc tantum metum.

Matth 28. Et, à facie Angeli fulgidâ, *exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui.*

D. Hie-

D. Hieron. in Matth. 21. & Orig. in Ioann. Nullum Chriſti miraculum maius illo, quo totus atque inermis, [illegible] merum in templo, ijs hominibus, qui alias ſine miraculo, quicquid cum agebat, irriſidebant.

Mihi (pace illorum dicam) iſtud illo maius, & aſſerendi hæ mihi cauſæ.

Differentia vtrimque, ab
- 1. *Armis,*
- 2. *Numero,*
- 3. *Perſonis,*
- 4. *Effectibus.*

* j. *AB ARMIS*, quæ quo pauciora & infirmiora, hoc illuſtrior victoria: vt, ſi aſello vectus, arundinem, pro lancea, vibres in cataphractum, ac vincas.

Ibi menſarum euerſio, verba aſpera (lapides loquebatur) flagellum è funiculis, leuis quidem armatura, tamen aliqua; hic nulla; geſtus vocesque placidiſſimæ, enuntiantes tantum, nihil imperantes, *Ego ſum*, ait. Et inermes qui in templo, armati qui in horto.

* ij. *A NVMERO*; Ibi amicis, ac turba fluente, circumfuſus; hic, paucis coronatus, iamque ab vno proditus.

In templo rurſus, mercatores emtoresque pauculi fortè: hic cohors; hic miniſtri, hic Domini, pars magna ciuitatis circumfuſa.

* iij. *A PERSONIS.* Ibi Sacerdotes & mercatores timidum genus, hic milites, & veterani, & Romani pleríque omnes, & cum Duce ac Tribuno.

* iiij. *AB EFFECTIBVS.* Ibi fuga, hic ruina: & quædam terrræ adfixio militum, nunquam, niſi data licentia, ſurrecturorum.

Verè igitur Pſal. 103 *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere.*

Senec. lib. 2. nat quæſt. Vi fulminis, *loculis integris & illæſis, conflatur argentũ, manente vaginâ gladius liqueſcit, & inuiolato, ligno, circa pila ferrum omne diſtillat.*

Ibid *Quid quòd malorum ſerpentium, & aliorum animalium quibus mortifera vis ineſt, cum fulmine icta ſunt; venenum omne conſumitur?*

Credo, & fulgurans Chriſti vultus; & vox fulminans; ani-

animas militum intùs perculit, intactis armis corporibusque, & verneati iſti tenebriones ac ſtelliones, fulmine hoc adtacti, etſi nondum animos, certè vim nocendi, depoſuêre.

Nicephor.lib.2.c.7 hiſt.Eccleſ. refert, miſſum ab Edeſſę Rege Abagaro, peritum pictorem, qui Chriſti faciem exprimeret, ſed nunquam potuiſſe irrepercuſſos oculos, in ſplẽdidam Chriſti faciem, figere; Chriſti tamen impreſſum linteo faciem ſuam miſiſſe ad Regem.

Si tàm ſplendida rediit Moyſi facies, ex conſortio ſermonis Dei, vt in eam Iſraelitæ nequirent liberè intueri: quidni, adeò ſplendidus Chriſti vultus, ex conſortio inhabitantis Dei, vt animos, oculosque militum diuerberans, terræ adfixerit lapſos?

Diſce verò iſthinc:
1. *Fidem rectam*, de Chriſti Diuinitate.
2. *Spem firmam in Deum*, coniurantibus hæreticis, &c.
Non plus Dæmoni cùm coniuratis licet, quàm Deo libet.
3. *Charitatem*, ac timorem Iudicis tàm potentis.

Leo ſer.1.de Paſſ. *Quid poterit maieſtas, &c.*

Hoc ſi potuit ſuauis ille indicatiuus, *Ego ſum*; quid poterit imperatiuus ille terribilis: *Ite maledicti in ignem æternum.*

Locus communis illuſtriſſimus, in quemcunque, qui aduerſus pios ſumtis nimiam ſpem ponit in armis.

Leo ſer 1. de Paſſ. *Vbi ſtrepitus armorum? &c.*

Pſal 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius.*

Ibid. *Dominus autem irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.*

Pſal 19. *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini inuocabimus.*

Ipſi obligati ſunt & ceciderunt, nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.

Pſal.146. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec*

in

in tibijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum eſt Domino, ſuper timentes eum, &c.

Virgil 2. Æneid *Heu nihil inuitis fas quenquam fidere Diuis*

* iiij. *IMPERAT INELVCTABILITER.* (*Sinite hos abire*) imperij enim, non ſupplicationis vox hæc erat, cuius vis ineluctabilis fecit, vt nec Petrus percutiens inter tot armatos, nec poſteà ad ignem agnitus, fuerit violatus.

* v. *CVRAT INCVRABILEM.* Secta enim auricula, propter cartilagines, non coaleſcit, neque membrum vllum reciſum a corpore, vniri rurſum poteſt, vi naturæ.

II.

De Petri percutientis increpatione.

Dixit ergo tunc Ieſus Petro Conuerte gladium tuum in locũ ſuum, in vaginam. Omnes enim qui acceperint gladium, &c.

Cur Petrus percutiens manu non mortuâ, in tanto periculo, carpitur, ſi quæris; ita habe.

Carpendus fuit {
1. *Quòd iniuſſus percuteret.* Miles bonus, non, niſi dato ſigno, pugnat.
2. *Quòd contra Domini voluntatem.* Statutum enim tunc erat, capi, mori, &c.
3. *Quòd Sacerdos eſſet, vixdum benè ſacratus in cænâ.*

Sic ferè, *Optat ephippia bos, piger optat arare caballus*, &c, deſertis orationibus, arma capiũnt Sacerdotes.

D. Ambr. *Arma Sacerdotum, preces & orationes.*

Nicolaus Papa. *Non conuenit militibus Eccleſiæ militare ſeculo, per quod, ad effuſionem ſanguinis, neceſſe ſit peruenire.*

Moſes optimè, qui Ioſue in Amalech dimicante, orat brachijs, formâ crucis, expanſis.

Pugnent ergo altaris miniſtri, ſed Roſarijs, ſed Breuiarijs, ſed ieiunijs, ſed cilicijs.

Pſal. 34. *Ego autẽ, cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio.*

Digitized by Google

Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo conuertetur.

Ioel. 2. *Inter veſtibulum, & altare, plorabant Sacerdotes Miniſtri Domini, dicentes: Parce Domine, parce populo tuo, &c.*

Præpoſteri ingenij hîc Petrus: dum orare iubetur, dormit, & nunc euigilans, hoſtem cædit iniuſſus.

Oraſſet in horto, dum tempus erat, fortè nunc in hanc cædem non incidiſſet, non intraſſet in hanc tentationem.

Notanter dictum: *Gladium tuum*, quòd Pontificis Max. ſit gladius materialis, non tamen vtendus ei, ſed Regibus porrigendus, & Magiſtratibus, quibus, lege Dei, fas gladio vti, in vindicandis malis: Priuato, ad ſuitantum defenſionem, iure naturæ, quo vim vi repellere licet, eum moderamine inculpatæ tutelæ: qui ſecùs fax.t, *gladio peribit. j.* dignus, qui pereat.

Hic actum, in Iudices indulgentiores, ac remiſſiores in homicidas, quos gladio perire, Chriſtus hic, vt alibi ſæpè, decernit.

Feriata ſatis quorundam Machæra.

Facilitas veniæ, incentiuum delinquendi.

Seneca in Troade. *Qui non vetat peccare, cùm poſſit iubet.*

Non ſolum qui faciunt ſed & qui conſentiunt.

Prima delicta perpetrant nocentes, ſecunda & tertia, ipſi Iudices remiſſi.

Pulcrè quidam, bis homicidij accuſatus, primum faſſus, alterum negauit, atque in Iudices retorſit indulgentes.

Et certè, non ille ſecundum occiderat, Iudices, iræ nimium lentæ, occiderant

Occiſorem occidiſſent, nullum denuò fuerat occiſus.

Plut. in Pompeio. *Mortui non mordent.*

Perpudet numeri homicidarum.

Et Gladius & Laqueus Baſani Sicambrorum Regis cogitandus, quos ſibi ſemper præferri voluit, nec proprio filio parcens.

Feria-

Feriata ſatis Iudicum Machæra. Obſoleta iam ſunt iſta: *I, lictor, deliga ad palum*, &c. ſat dudum gladios nullos nudos in foro vidimus, in campo nimis multos.

Sed reuocat Chriſtus gladium Petri in vaginam; ſanè, ſed non veſtrum.

Gladium Petri recondi iubet, ſed quâ { 1. *Sacerdos*, 2. *Priuatus hactenus*, 3. *Iniuſſus*, } non quâ { *Princeps*. *Iuſſus*. Maleficos non patieris viuere. }

Igitur, *conſecrabitis manus veſtras Domino*, gladium, quem non ſine cauſa portatis, ſtringentes in ſicarios iſtos, biberios, epulones, quibus mors hominis, mors pulli eſt.

Pſal. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem, de ciuitate Domini, omnes operantes iniquitatem.*

Rationes Petro nunc non feriendi allatæ {
1. *Fatum ſeu decretum Patris*: Calicem quem dedit mihi Pater, &c.
2. *Oracula Prophetarum*: Quomodo ergo implebuntur Scripturæ?
3. *Pœna percuſſorum*: Omnes enim qui acceperint gladium, &c.
4. *Auxilia potiora, ac præſtò*: An non poſſum, &c. & exhibebit mihi modò, pluſquàm 12. legiones Angelorum? Modò, modò.
}

Legionem autem, nonnulli ſex millibus, ſexcentis 66. militibus conſtare adfirmant.

Plutarch. tom. 1. vit. in Romulo. Priores legiones Romuli, habuêre tria millia peditum, trecentos equites, & legiones dictæ, quia conſtantes viris lectiſſimis. Tandem illæ, adiũctis Sabinis, duplicatæ, quòd tamen Sigonio non placet.

Vide Carol. Sigonium libr. 1. de antiquo iure ciuium Rom. cap 13. de iure militiæ, vbi multa, & pulcra.

Angelorum igitur 12. legiones, quanta acies! quam inuictæ!

Digitized by Google

Exod. 12. Vnicus,omnia Aegypti primogenita,nocte vna, exterminauit.

4. *Reg* 19. Vnicus,exercitum Sennacherib. 185.millium, vna nocte,deleuit.

1. *Paral.* 21. Vnicus,70.millia,è populo Dauidis, triduo ſtrauit.

Virgil.2. Aeneid.Ergo Petre, *Non tali auxilio* tuo, *nec defenſoribus iſtis*
Tempus eget.

Opinor tamen his auditis, vix ægreque Petrum ceſſaſſe à cæde,&,receptui canente Duce, vix militem hunc diarium ſe recepiſſe.

Cæterùm,poſt Petrum, etiam hîc Magnates Judæorum correpti: *Tanquam ad latronem exiſtis, &c.*

Reprehenſi proceres variè
- 1. *Quòd armati,inermem adpeterent;*
- 2. *Quòd abſentem quærerent, quem præſentem non attigerant;*
- 3. *Quòd ſilentem, non olim docentem & mordentem;*
- 4. *Quòd nocte quærant , cincti facibus, qui in meridie, toties illis obuius.*

Quotidie eram apud vos,ſedebam in templo,&c. quotidie, id eſt,frequentiſſimè,vel,diebus ſingulis,ab vltimo ſuo, in vrbem,ingreſſu.

Chryſoſtom. homil. 85. in 26. Matth. *Non commemorat miracula,ne iactare ſe videretur.*

III.

De fugâ Apoſtolorum,hâc perſequutione.

Tunc diſcipuli eius omnes, relicto eo,fugerunt.

An fuga tùm licita?

Diſtinxero,perſequutionum aliam eſſe
- 1. *Ouium,ceu ſubditorum* , quorum eſt cuſtodiri.
- 2. *Paſtorum* j.Prælatorum, quorũ cuſtodire.

Apoſtoli,hîc fugere potuêre,quod ipſi Chriſti oues, cuſtodiendi magis,quam cuſtodes,

Sed

Digitized by Google

Sed ais, cum Petro omnes vnâ dederant commoriendi Chriſto fidem.

Sed abſoluti, inſinuatâ fugæ licentiâ, his verbis: *Sinite hos abire.*

Ruſus, perſequutionum alia { *1. Perſonalis, paſtoris ſolius.* *2. Communis ouium omnium;* *3. Generalis, & Paſtoris, & ouium.* }

* j. *PERSONALEM perſequutionem paſtoris*, paſtori fas declinare, ſubſecto tamen ouibus idoneo, ad tempus, dum ira deferbuerit.

Matth. 10. *Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.*

D. Aug. epiſt. ad Honoratum Epiſc. *Fugiant de ciuitate in ciuitatem ſerui Chriſti, quãdo eorum quiſq; ſpecialiter à perſequutoribus quæritur, vt ab alijs, qui non ità quæruntur, non deſeratur Eccleſia.*

Matth. 2. Chriſtus, fugâ in AEgyptum, Herodis furorem declinauit.

Act. 9. Paulus, elapſus Damaſco, effugit rabiem Iudæorum.

D. Thom. Cantuarienſis Epiſc. ex Anglia, in Franciam exceſſit, ibique annos ſeptem vixit, cedens iræ Henrici Regis.

* ij. *COMMVNI verò ouium perſequutione*, aut paſtoris & ouium ſimul, nefas diffugere, etiam parata morte.

Hoc paſtorum, in ſuſceptione officij, ſacramentum.

Ioan. 10. *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.*

Codrus, pro patria, non timidus mori.

Audet per medios ire ſatellites, Athenas ſuas ciueſque ſuos morti temporariæ erepturus, & timebit Paſtor animarum, ouibus mori, erepturus eas morti ſempiternæ?

Mart. 6. *Nonne anima plus eſt, quàm* corpus, aut hæc diaria, imò vnius momenti vita?

Commoriatur, &, *Alterum in alterius mactatos ſanguine cernat*, potiùs, quàm fugiat.

Alioquin, *Fluctibus in medijs nauem Palinure relinquis.*

Zachar. 11. O *paſtor, & idolum relinquens gregem.*

Quàm turpis Duci in prælio fuga, tam turpis Paſtori, in

* 2. *VERBERVM*, vt pugnos, colaphos, conculcationes &c. tuber illi iotum caput, oculi, nares ſanguine, vt reor, diffluxêre.

Opinor ſtratum, tota vi, in terram, inſtar faſcium in ſylua, vt manicis ac vinclis commodè ſtringeretur, pede in ventrem fortè, aut latus impreſſo.

Catenam in collum iniectam, conſtat: Nam eam poſteà à B. Ludouico Francorum Rege, Pariſios, in ſanctum ſacellum, illatam lego. *Apud Corrozetum lib. Antiquitatum Pariſienſ. c 12.*

3. *RAPTATIONVM*, qua funibus, qua catenis, qua capillis, quos oblongos ille geſtabat, Nazaræorum lege. Numer. 6 & fortè regio more, aut gentis. vt olim qui Nobiliores.

Cornel. Tacitus. Olim qui inter Sueuos Germaniꝗ populos, Bauaris finitimos nobiliſſimi, cæſariati erant.

Ax Agath. Et priſcis Franciæ Regibus, in humeros olim fuit decenter diffuſa cæſaries, res apta raptationi.

Vellebant igitur illi, ac euellebant promiſſam Chriſti cæſariem, & barbam illam bifurcatam venerandam.

De vellicatione Chriſti, fides mihi, à
- 1. *Prophetiâ,*
- 2. *Autoritate,* — *Militum,*
- 3. *Cacoëthe,* — *Victorum.*
- 4. *Acerbioribus,*
- 5. *Irritatione.*

* j. *A PROPHETIA.* Iſa. 53. *Dabo genas meas* (j. barbas) *vellentibus.*

* ij. *AVTORITATE.* Leo. ſer. 7. de paſſ. *Trahunt volentem trahi, & ſinentem ſibi fieri, quicquid, Sacerdotum inſtinctu, popularis furor audebat.*

D. Greg. Nazianz. in Trag. Chriſti patientis videatur.

* iij. *CACOETHE*, militum colludentium, & victorum.

Colludentibus familiare vellicare ſocios (gallis noſtris, *droller*) victoribus maximè id in vſu, in victos.

Virgil. 2. Æneid. *Ecce trahebatur paſſis Priameïa virgo Crinibus.*

* iiij. *ACERBIORIBVS.* Nam ſi moribundo illi inſultauêre,

Digitized by Google

tauêre, imò (vt audies) mortuum lanceâ pupugêre, iàm vtcunque ſedato primi furoris ardore, credibile, &, quod minus, feciſſe, ac vellicaſſe, dum furor in curſu.

* v. *IRRITATIONE*. Sæpè.n iàm illos irritarat, qua fugiens aliquoties, qua excæcans eos in templo, in horto, qua proſternens ſupinos, ac ſimiles victis: quæ, ſuperiores facti, vindicarunt hac ſimilique inſolentia.

Sic venatores, & homines, & Leones, & canes captam, curſu ac vulnere crebro, feram, aprum aut ceruum, mirè rotant, arreptis aut crinibus, aut ſetis, aut iubis.

Pſal. 21. *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me: Aperuerunt ſuper me os ſuum: ſicut leo rapiens, & rugiens.*

2. Aeneid. *Iuuentus.*

Circumfuſa ruit, certantq; illudere capto, Chriſto,

Quin etiam, in torrentem Cedron intruſum reor, vinctum iàm, & catenis grauem.

Pſal. 109. *De torrente, in via bibit* perſuadet.

Malum ex ſe graue, ſed hoc maius, quòd hieme, & intempeſta ac frigida nocte id [illegible]ctum (*calefaciebat ſe Petrus ad prunas, quia frigus erat*) &, quòd totam noctem illam, ac ſequentis diei magnam partem, veſte ſic madida, lutoſa, ac fortè in glaciem concreta & rigenti, & ad varia tractus tribunalia, exegerit.

Cur vinctus Ieſus, etſi aliàs non fugiturus.

Comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum, &c.

S. Cyrill. lib. 11. in Joan. c. 37. *Illum ligant, qui vt eos ſolueret, aduenerat.*

D. Aug. tract. 112. in Joan. *Eum ligant, à quo ſolui deberent,*

Figura Iud 15 Samſon, quòd Philiſtæos tyrannos caſtigarat, ligatus etiam à viris Juda, venientibus ad eum latentem in ſpelunca petræ Etam, Philiſtæis tradendus, niſi fuiſſent vincla confracta cælitus.

Vinciendi Jeſu cauſæ 4.
- 1. *Iudas.*
- 2. *Præiudicium*,
- 3. *Ignominia maior*,
- 4. *Myſterium.*

* j. *IVDAS*. importunè ſcilicet inculcans iterumque iterum-

animas militum intùs perculit, intactis armis corporibuſque, & venenati iſti tenebriones ac ſtelliones, fulmine hoc adtacti, etſi nondum animos, certè vim nocendi, depoſuêre.

Nicephor. lib. 2. c. 7 hiſt. Eccleſ. refert, miſſum ab Edeſſę Rege Abagaro, peritum pictorem, qui Chriſti faciem exprimeret, ſed nunquam potuiſſe irrepercuſſos oculos, in ſplẽdidam Chriſti faciem, figere; Chriſti tamen impreſſum linteo faciem ſuam miſiſſe ad Regem.

Si tàm ſplendida redijt Moyſi facies, ex conſortio ſermonis Dei, vt in eam Iſraelitæ nequirent liberè intueri: quidni, adeò ſplendidus Chriſti vultus, ex conſortio inhabitantis Dei, vt animos, oculoſque militum diuerberans, terræ adfixerit lapſos?

Diſce verò iſthinc:

1. *Fidem rectam*, de Chriſti Diuinitate.
2. *Spem firmam in Deum*, coniurantibus hæreticis, &c. Non plus Dæmoni cùm coniuratis licet, quàm Deo libet.
3. *Charitatem*, ac timorem Iudicis tàm potentis.

Leo ſer. 1. de Paſſ. *Quid pòterit maieſtas, &c.*

Hoc ſi potuit ſuauis ille indicatiuus, *Ego ſum*; quid poterit imperatiuus ille terribilis: *Ite maledicti in ignem æternum.*

Locus communis illuſtriſſimus, in quemcunque, qui aduerſus pios ſumtis nimiam ſpem ponit in armis.

Leo ſer. 1. de Paſſ. *Vbi ſtrepitus armorum? &c.*

Pſal 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius.*

Ibid. *Dominus autem irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.*

Pſal 19. *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini inuocabimus.*

Ipſi obligati ſunt & ceciderunt, nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.

Pſal. 146. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec*

in

in tibijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum eſt Domino, ſuper timentes eum, &c.

Virgil 2. Æneid *Heu nihil inuitis fas quenquam fidere Diuis*

* iiij. *IMPERAT INELVCTABILITER.* (*Sinite hos abire*) imperij enim, non ſupplicationis vox hæc erat, cuius vis ineluctabilis fecit, vt nec Petrus percutiens inter tot armatos, nec poſtea ad ignem agnitus, fuerit violatus.

* v. *CVRAT INCVRABILEM.* Secta enim auricula, propter cartilagines, non coaleſcit, neque membrum vllum reciſum a corpore, vniri rurſum poteſt, vi naturæ.

II.

De Petri percutientis increpatione.

Dixit ergo tunc Ieſus Petro Conuerte gladium tuum in locũ ſuum, in vaginam. Omnes enim qui acceperint gladium, &c.

Cur Petrus percutiens manu non mortuâ, in tanto periculo, carpitur, ſi quæris; ita habe.

Carpendus fuit:
1. *Quòd iniuſſus percuteret.* Miles bonus, non, niſi dato ſigno, pugnat.
2. *Quòd contra Domini voluntatem.* Statutum enim tunc erat, capi, mori, &c.
3. *Quòd Sacerdos eſſet, vixdum benè ſacratus in canâ.*

Sic ferè, *Optat ephippia bos, piger optat arare caballus*, &c, deſertis orationibus, arma capiunt Sacerdotes.

D. Ambr. *Arma Sacerdotum, preces & orationes.*

Nicolaus Papa. *Non conuenit militibus Eccleſiæ militare ſeculo, per quod, ad effuſionem ſanguinis, neceſſe ſit peruenire.*

Moſes optimè, qui Ioſue in Amalech dimicante, orat brachijs, formâ crucis, expanſis.

Pugnent ergo altaris miniſtri, ſed Roſarijs, ſed Breuiarijs, ſed ieiunijs, ſed cilicijs.

Pſal. 34. *Ego autẽ, cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio.*

Humiliabam in ieiunio animam meam. & oratio mea in ſinu meo conuertetur.

Ioel. 2. *Inter veſtibulum, & altare, plorabant Sacerdotes Miniſtri Domini, dicentes; Parce Domine, parce populo tuo, &c.*

Præpoſteri ingenij hîc Petrus: dum orare iubetur, dormit, & nunc euigilans, hoſtem cædit iniuſſus.

Oraſſet in horto, dum tempus erat, fortè nunc in hanc cædem non incidiſſet, non intraſſet in hanc tentationem.

Notanter dictum: *Gladium tuum*, quòd Pontificis Max. ſit gladius materialis, non tamen vtendus ei, ſed Regibus porrigendus, & Magiſtratibus, quibus, lege Dei, fas gladio vti, in nocandis malis: Priuato, ad ſui tantum defenſionem, iure naturæ, quo vim vi repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutelæ: qui ſecùs fecerit, *gladio peribit*. j. dignus, qui pereat.

Hic actum, in Iudices indulgentiores, ac remiſſiores in homicidas, quos gladio perire, Chriſtus hic, vt alibi ſæpè, decernit.

Feriata ſatis quorundam Machæra.

Facilitas veniæ, incentiuum delinquendi.

Seneca in Troade. *Qui non vetat peccare, cùm poſſit iubet.*

Non ſolum qui faciunt ſed & qui conſentiunt.

Prima delicta perpetrant nocentes, ſecunda & tertia, ipſi Iudices remiſſi.

Pulcre quidam, bis homicidij accuſatus, primum faſſus, alterum negauit, atque in Iudices retorſit indulgentes.

Et certè, non ille ſecundum occiderat, Iudices, iræ nimium lentæ, occiderant.

Occiſorem occidiſſent, nullum denuò fuerat occiſurus.

Plut. in Pompeio. *Mortui non mordent.*

Perpudet numeri homicidarum.

Et Gladius & Laqueus Baſani Sicambrorum Regis cogitandus, quos ſibi ſemper præferri voluit, nec proprio filio parcens.

Feria-

Feriata ſatis Iudicum Machæra. Obſoleta iam ſunt iſta: *I, lictor, deliga ad palum*, &c. ſat dudum gladios nullos nudos in foro vidimus, in campo nimis multos.

Sed reuocat Chriſtus gladium Petri in vaginam; ſanè, ſed non veſtrum.

Gladium Petri recondi iubet, ſed quâ
- 1. *Sacerdos*,
- 2. *Priuatus hactenus*,
- 3. *Iniuſſus*,

non quà
- *Princeps*.
- *Iuſſus*. Maleficos non patieris viuere.

Igitur, *conſecrabitis manus veſtras Domino*, gladium, quem non ſine cauſa portatis, ſtringeates in ſicarios iſtos, biberios, epulones, quibus mors hominis, mors pulli eſt.

Pſal. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem, de ciuitate Domini, omnes operantes iniquitatem.*

Rationes Petro nunc non feriendi allatæ
1. *Fatum ſeu decretum Patris*: Calicem quem dedit mihi Pater, &c.
2. *Oracula Prophetarum*: Quomodo ergo implebuntur Scripturæ?
3. *Pœna percuſſorum*: Omnes enim qui acceperint gladium, &c.
4. *Auxilia potiora, ac preſtò*: An non poſſum, &c. & exhibebit mihi modò, pluſquàm 12. legiones Angelorum? Modò, modò.

Legionem autem, nonnulli ſex millibus, ſexcentis 66. militibus conſtare adfirmant.

Plutarch. tom. 1. vit. in Romulo. Priores legiones Romuli, habuêre tria millia peditum, trecentos equites, & legiones dictæ, quia conſtantes viris lectiſſimis. Tandem illæ, adiûctis Sabinis, duplicatæ, quòd tamen Sigonio non placet.

Vide Carol. Sigonium libr. 1. de antiquo iure ciuium Rom. cap 13. *de iure militiæ, vbi multa, & pulcra.*

Angelorum igitur 12. legiones, quanta acies! quam inuicta!

Digitized by Google

*Exod.*12. Vnicus, omnia Aegypti primogenita, nocte vna, exterminauit.

4. *Reg* 19. Vnicus, exercitum Sennacherib. 185. millium, vna nocte, deleuit.

1. *Paral.*21. Vnicus, 70. millia, è populo Dauidis, triduo ſtrauit.

Virgil. 2. Aeneid. Ergo Petre, *Non tali auxilio* tuo, *nec defenſoribus iſtis*
Tempus eget.

Opinor tamen his auditis, vix ægreque Petrum ceſſaſſe à cæde, &, receptui canente Duce, vix militem hunc diarium ſe recepiſſe.

Cæterùm, poſt Petrum, etiam hîc Magnates Judæorum correpti: *Tanquam ad latronem exiſtis, &c.*

Reprehenſi proceres variè
- 1. *Quòd armati, inermem adpeterent;*
- 2. *Quòd abſentem quærerent, quem præſentem non attigerant;*
- 3. *Quòd ſilentem, non olim docentem & mordentem;*
- 4. *Quòd nocte quærant, cincti facibus, qui in meridie, toties illis obuius.*

Quotidie eram apud vos, ſedebam in templo, &c. quotidie, id eſt, frequentiſſimè, vel, diebus ſingulis, ab vltimo ſuo, in vrbem, ingreſſu.

Chryſoſtom. homil. 85. in 26. Matth. *Non commemorat miracula, ne iactare ſe videretur.*

III.

De fugâ Apoſtolorum, hâc perſequutione.

Tunc diſcipuli eius omnes, relicto eo, fugerunt.

An fuga tùm licita?

Diſtinxero, perſequutionum aliam eſſe
- 1. *Ouium, ceu ſubditorum*, quorum eſt cuſtodiri.
- 2. *Paſtorum* j. Prælatorum, quorū cuſtodire.

Apoſtoli, hîc fugere potuêre, quod ipſi Chriſti oues, cuſtodiendi magis, quam cuſtodes,

Sed

Sed ais, cum Petro omnes vnâ dederant commoriendi Chriſto fidem.

Sed abſoluti, inſinuatâ fugæ licentiâ, his verbis : *Sinite hos abire.*

Rurſus, perſequutionum alia { 1. *Perſonalis, paſtoris ſolius.* 2. *Communis ouium omnium;* 3. *Generalis, & Paſtoris, & ouium.* }

* j. *PERSONALEM perſequutionem paſtoris*, paſtori fas declinare, ſubſecto tamen ouibus idoneo, ad tempus, dum ira deferbuerit.

Matth. 10. *Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.*

D. Aug. epiſt. ad Honoratum Epiſc. *Fugiant de ciuitate in ciuitatem ſerui Chriſti, quãdo eorum quiſq; ſpecialiter à perſequutoribus quæritur, vt ab alijs, qui non ità quæruntur, non deſeratur Eccleſia.*

Matth. 2. Chriſtus, fugâ in AEgyptum, Herodis furorem declinauit.

Act. 9. Paulus, elapſus Damaſco, effûgit rabiem Iudæorum.

D. Thom. Cantuarienſis Epiſc. ex Anglia, in Franciam exceſſit, ibique annos ſeptem vixit, cedens iræ Henrici Regis.

* ij. *COMMVNI verò ouium perſequutione*, aut paſtoris & ouium ſimul, nefas diffugere, etiam parata morte.

Hoc paſtorum, in ſuſceptione officij, ſacramentum.

Ioan. 10. *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.*

Codrus, pro patria, non timidus mori.

Audet per medios ire ſatellites, Athenas ſuas ciueſque ſuos morti temporariæ erepturus, & timebit Paſtor animarum, ouibus mori, erepturus eas morti ſempiternæ?

Matt. 6. *Nonne anima plus eſt, quàm* corpus, aut hæc diaria, imò vnius momenti vita?

Commoriatur, &, *Alterum in alterius mactatos ſanguine cernat*, potiùs, quàm fugiat.

Alioquin, *Fluctibus in medijs nauem Palinure relinquis.*

Zachar. 11. *O paſtor, & idolum relinquens gregem.*

Quàm turpis Duci in prælio fuga, tam turpis Paſtori, in

perſequutione publicâ.

An miles ad fugam deſerat ordines.

Militi non ſim ego fugæ autor, niſi cùm iuſſerit Imperator.

Lepores ego iſtos galeatos odi, pedibus fugacibus, ac ceruinis.

Cogitet miles illud claudi cuiuſdam, dum miles conſcriberetur; *Non ſe ad fugam venire ſed ad pugnam.*

Nec eludat fugæ opprobrium, cum Antigono dicente: *Se non fugere, ſed opportunitatem, aut victoriam à tergo ſitam quærere.*

Nec cum Demoſthene: *Vir qui fugit, redintegrabit prælium.*

Eludere hoc, non eluere.

Deſeri ordines ad fugam, vetet { 1. *Lex,* 2. *Dedecus,* 3. *Damnum,* 4. *Pœna,* 5. *Exemplum.* }

* j. *LEX,* quæ iam olim cauit: *Ne quis loco ab Imperatore adſignato cederet, atque ordinem deſereret.*

* ij. *DEDECVS.* Illos enim fugaces iure voces lepores galeatos, in pace leones, in bello ceruos potiùs quam milites. •

Equites ſunt, Pegaſo alato quidem inſidentes, non ad pugnam, ſed ad prædam, & fugam.

* iij. *DAMNVM.* Adimit enim fuga fugientibus animos, ordinemque, belli duo robora, atque ea adijcit inſequentibus, ac cædi locum facit.

* iiij. *POENA.* Huic enim rei, capitis pœnam propoſitam lego, cùm A. Poſtumius Dictator, eo nomine, de filio extremum ſupplicium ſumſerit. *Diodorus lib.* 12.

Deſertor ordinis miles, fuſtuario quoque multatus: & annonæ diminutione.

v. *EXEMPLVM* fortium, Iudæ Machab. &c.

Sed & Leo ad nullius pauet, aut fugit obcurſum.

Maſculum planè illud Lacenæ, ad filium: *Aut hunc, aut ſuper hunc.*

NOTÆ

NOTÆ
CONCIONIS XXI.

Fer. 6 hebdom. 3.

THEM. *Cohors autem, & Tribunus, & miniſtri comprehenderunt* IESVM, *& ligauerunt, &c.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie:
1. *Quæ militum inſolentia in Chriſtum comprehenſum, & cur is vinctus.*
2. *Cur ad Annam primùm raptatus potiùs quàm ductus.*
3. *De Pontificatu, ac Sacerdotio ſummo Iudæorum.* AVE.

I.

Quæ militum inſolentia in Chriſtum comprehenſum, & cur is vinctus.

Captiuitas Chriſti, & raptatio agnelli innoxij, ad tribunalia ſacra ſeu Iudicum Sacrorum, pars eſt ſecunda Diuiſionis a nobis initiò factæ, ſi mecum meminiſtis.

Ne crede hîc, ſimpliciter vinctum Ieſum, ſed additas inſolentias mille, verborum, verberum, ac raptationum, &c.

★ 1. *VERBORVM*, qualia ſcelerate, ſeductor populi, corrupte pariter & corruptor, Cynice, mordax, Procerum obtrectator, noue Legiſlator, &c. iam dabis improbe pænas, abiens in vincula, in malam crucem, &c.

Dixiſſent illi potiùs: Rabbi, te quidem ad tribunalia ducendum vincimus, ſed Pontificum, ac Dominorum iuſſo, ergo ne ſuccenſe plebi, ſeruis, & parere coactis, &c.

* 2. *VERBERVM*, vt pugnos, colaphos, conculcationes. &c. tuber illi iotum caput, oculi, nares ſanguine, vt reor, diffluxêre.

Opinor ſtratum, tota vi, in terram, inſtar faſcium in ſylua, vt manicis ac vinclis commodè ſtringeretur, pede in ventrem fortè, aut latus impreſſo.

Catenam in collum iniectam, conſtat: Nam eam poſteà à B. Ludouico Francorum Rege, Pariſios, in ſanctum ſacellum, illatam lego. *Apud Corrozetum lib. Antiquitatum Pariſienſ.c* 11.

3. *RAPTATIONVM*, qua fumibus, qua catenis, qua capillis, quos oblongos ille geſtabat, Nazaræorum lege. Numer. 6 & fortè regio more, aut gentis. vt olim qui Nobiliores.

Cornel. Tacitus. Olim qui inter Sueuos Germaniæ populos, Bauaris finitimos nobiliſſimi, cæſariati erant.

Ax Agath. Et priſcis Franciæ Regibus, in humeros olim fuit decenter diffuſa cæſaries, res apta raptationi.

Vellebant igitur illi, ac euellebant promiſſam Chriſti cæſariem, & barbam illam bifurcatam venerandam.

De vellicatione Chriſti, fides mihi, à
- 1. *Prophetiâ,*
- 2. *Autoritate,* { *Militum,*
- 3. *Cacoëthe,* { *Victorum.*
- 4. *Acerbioribus,*
- 5. *Irritatione.*

* j. *A PROPHETIA.* Iſa. 53. *Dabo genas meas* (j. barbas) *vellentibus.*

* ij. *AVTORITATE.* Leo. ſer. 7. de paſſ. *Trahunt volentem trahi, & ſinentem ſibi fieri, quicquid, Sacerdotum inſtinctu popularis furor audebat.*

D. Greg. Nazianz. in Trag. Chriſti patientis videatur.

* iij. *CACOETHE*, militum colludentium, & victorum.

Colludentibus familiare vellicare ſocios (gallis noſtris, *droller*) victoribus maximè id in vſu, in victos.

Virgil. 2. Æneid. *Ecce trahebatur paſſis Priameïa virgo Crinibus.*

* iiij. *ACERBIORIBVS.* Nam ſi moribundo illi inſultauêre,

tauêre,imò (vt audies) mortuum lanceâ pupugêre, iàm vtcunque ſedato primi furoris ardore,credibile, &, quod minus,feciſſe,ac vellicaſſe,dum furor in curſu.

* v. *IRRITATIONE.* Sæpè.n iàm illos irritarat, qua fugiens aliquoties, qua excæcans eos in templo, in horto,qua proſternens ſupinos,ac ſimiles victis: quæ, ſuperiores facti,vindicarunt hac ſimiliquè inſolentia.

Sic venatores,& homines, & Leones, & canes captam, curſu ac vulnere crebro,feram, aprum aut ceruum, mirè rotant,arreptis aut crinibus,aut ſetis,aut iubis.

Pſal.21. *Circumdederunt me vituli multi,tauri pingues obſederunt me: Aperuerunt ſuper me os ſuum: ſicut leo rapiens, & rugiens.*

2. Aeneid. *Iuuentus.*

Circumfuſa ruit,certantq; illudere capto, Chriſto,

Quin etiam,in torrentem Cedron intruſum reor,vinctum iàm,& catenis grauem.

Pſal.109. *De torrente, in via bibit* perſuadet.

Malum ex ſe graue, ſed hoc maius,quòd hieme, & intempeſta ac frigida nocte id factum (*calefaciebat ſe Petrus ad prunas,quia frigus erat*) &,quòd totam noctem illam,ac ſequentis diei magnam partem, veſte ſic madida, lutoſa, ac fortè in glaciem concreta & rigenti, & ad varia tractus tribunalia,exegerit.

Cur vinctus Ieſus,etſi aliàs non fugiturus.

Comprehenderunt Ieſum,& ligauerunt eum,&c.

S. Cyrill.lib.11. in Joan.c.37. *Illum ligant, qui vt eos ſolueret, aduenerat.*

D. Aug. tract. 112. in Joan. *Eum ligant, à quo ſolui deberent,*

Figura Iud 15. Samſon, quòd Philiſtæos tyrannos caſtigarat,ligatus etiam à viris Juda,venientibus ad eum latentem in ſpelunca petræ Etam, Philiſtæis tradendus, niſi fuiſſent vincla confracta cælitus.

Vinciendi Jeſu cauſæ 4.
- 1. *Iudas.*
- 2. *Præiudicium,*
- 3. *Ignominia maior,*
- 4. *Myſterium.*

* j. *IVDAS.* importunè ſcilicet inculcans iterumque iterum-

iterumque. *Tenete eum, & ducite cautè*

* iij. *PRÆIVDICIVM.* Videtur Victori, nullos id temporis captiuos ligari ſolitos, præter mortis reos

Hac facit, quòd Iudas ipſe, ex vinculis craſtinis, deſperans de Chriſti liberatione, abiens laqueo ſe ſuſpendit.

Vinciunt ergo, vt vinclis ipſis; reum mortis præiudicent.

* iij. *IGNOMINIA MAIOR.* Ita enim vinctum tacitè, quaſi ignauiæ arguunt, fideique eius derogant, quaſi etiam iurato non ſit credendum, de fugâ arripiendâ, niſi vinciatur.

Duces, militeſque generoſos vinciri, eſt inſolens. Iuratos eos eſſe, non fugituros ſe, eſt ſatis. Nebulonum nullius fidei eſt, vinciri.

2. *Reg.* 3 Dauidis vox, de Abner. *Nequaquam, vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner, manus tuæ ligatæ non ſunt; & pedes tui non ſunt compedibus aggrauati.*

Thren. 5. Magnæ ignominiæ loco dixit flebilis Hieremias: *Ceruicibus noſtris minabamur, &c.*

Matth 15. Ligatis manibus, & pedibus, eijcitur non habens veſtem nuptialem.

Vinclis Princeps, diris addicitur,
Et, vt latro, ligatus ducitur:
Vincla Regem vincentem vinciunt.
Vincla vincla, noſtis quem ſtringitis?
Noſtis, inquam in quo vos tungitis? Ex Ioanne Houdemio Anglo, quaternario 11. 12. & 13. lib. 2. Chriſtiados.

Proh ſcelus! Tun' liberatorem tuum, a iugo Pharaonis, vincis, ô Iudæe?

Illas manus ligas, creatrices, ac rectrices orbis, tuæque autrices libertatis?

Leuit. 26. *Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos, de Terrâ Ægyptiorum ne ſeruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum veſtrarum, vt incederetis erecti.*

Deut. 32. *Haccine reddis Domino, populè ſtulte & inſipiens?* vincula, pro libertate?

Itáne, ô obliite Theſeu, Ariadnæ tuæ gratus es, quæ tē filo

illo eduxit, ex inextricabili illo errore Labyrinthi?

Neque intelligis, fruſtra vinciri, qui vinctos ſoluit?

Pſal. 145. *Dominus ſoluit compeditos.*

Iud. 15. Confracta vincla ſeptemplicia Samſonis, inſtar ſtupæ, huius vincti ope.

Act. 12. *Ceciderunt catenæ, de manibus Petri.*

Nullus, huic vincto, nodus Gordius, nullus Herculaneus, quem non aut ſoluat, aut ſcindat.

Acheloium citiùs cornu tenuerit Hercules, quàm vos leones hunc agnum, niſi capi dignaretur.

Mille formis elabi poſſit, ſi tamen velit.

Id poſſit Proteus, non poſſit homo-Deus?

Vincîtis, ſed non vincitis, & quod vincîtis, non victi eſt, ſed volentis.

Niſi, vinculis amoris, antè vinciretur, veſtris iam non poſſet.

Vt Martem antè Vulcanus vincire non potuit, vel mille manicis æratis (vt eſt in Fab.) quàm vinctus eſſet à Venere; ſic nec Chriſtum, niſi victum iam, ac vinctum funiculis Adam, ac vinculis charitatis, hoc eſt, amore generis noſtri, quiſquam aut vincire, aut vincere potuiſſet.

Sed *omnia vincit amor*, etiam ipſum hîc vincit, & vincit Deum.

* iiij. *MYSTERIVM.* Furum ſe perſonam ſuſtinere docebat, quos vinciri, in more eſt. Eua, Eua illa cum ſuo Adamo, extulerant furaces manus, ad arboris fructum, contrectârant, deuorârant poma aliena, inuito Domino. Adami igitur nomine, noſtroque, inſtar furis, vinciri ſe voluit.

Proh! *Regem vinctum, pro furum ſcelere!*
Adæ primi vincla ſe quatiunt,
Adam nouum cùm nexus ambiunt.
Tu vinciris, vt vinctos liberes:
Vincla mea tu fers in manibus;
„ *Tuis, rogo, me liges funibus.* Sic Houdemius poëta
„ rhythmicus, ſanctus, doctus, &, in ſuo genere, cum
„ Virgilio certaturus, palma dubia, cedro, nouoque prælo
„ digniſſimus, ſenſu meo: quem, hoc fine, iampridem,

aliud

„ aliud agentes , caſtigare (editus eſt iam Luxemburgi „ 1603.)cæpimus.

Oſee 11. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.*

Fac ergo, bone Ieſu, vt nos Chordigeri, à chordis(quas gerimus vinclorum horum monimenta) ſic dicti, libertatem plenam atque indulgentiam adſequamur , cum pijs illis Chriſtianis, quos Archiconfraternitatis Chordæ, à Sixto V. inſtituta,vinculorum horum memores facit, &c. Diſſolue vincula peccatorum noſtrorum, per tua hæc vincula,per has tuas catenas.

Cant 1. *Trahe me*,trahe iſtos, trahe omnes, his vinculis tuis,*poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Non verò nos etiam vinciamus te, pijs tuis inſtinctibus ac gratiæ reſiſtendo,aut voluntati tuæ renitendo.Amen.

I I.

Cur ad Annam primùm raptatus potiùs, quam ductus.

Et adduxerunt eum,ad Annam primùm.

Ad Annam Chriſti trahendi cauſæ:
1. *Oſtentatio,*
2. *Occaſio,*
3. *Auaritia,*
4. *Aſſentatio,*
5. *Præiudicium.*

* j. *OSTENTATIO* capti ac prædæ , inſtar triumphantium.

Chryſoſt. homil. 82. *in* 8. *Ioan.*

Lætantur cum malefecerint,& exultant in reb. peſſimis.

Peccatum ſuum,quaſi Sodoma,prædicauerunt.

Iſa. 6. *Lætabuntur coram te,ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores,capta præda,quando diuidunt ſpolia.*

Canes venatici,prædæ oſtentatores,apud Dominos.

* ij. *OCCASIO*. Obcurſabat.n. redeuntibus,domus Annæ procerum non infimi.

Ianſen. in concord.

Decori egregij obſeruatores , hoc honore dignati Ex-pontificem,mox fortè rurſus regnaturum.

* iij.

★ iij. *AVARITIA.* Autor is inſidiarum non vltimus,pactuſque(vt creditur)pecuniam mox, viſo captiuo, numerare.

Itaque,& Judas & miles,æquè pecuniæ auidi, vinctum ad eum duci voluère,vt pecuniam pactam mox is numeraret. *Vide Cyrill.*

Quid facerent aliud venales manus Judæ, ac militum? Non fert moras auri ſacra fames.

★ iiij. *ASSENTATIO.* E ſenioribus erat,ac Socer Caiphæ,qui erat Pontifex anni illius. Hanc cauſam habet Euang. *Erat enim ſocer &c.* Expontifex iam, & propediem rurſum Pontifex futurus Ergo,his quaſi adlecebris, gratiam aucupabantur Pontificum,& præſentis, & futuri.

★ v. *PRÆIVDICIVM*, vt maiori fiduciâ damnaretur in concilio, poſt Annæ Expontificis ſententiam.

Quidam enim iureiurando alieno facilè ſuum donant, præſertim ſi magna autoritas eorum, qui pronuntiauère, qualis fuit Annæ, qualis & Pythagoræ, cuius præiudicio ſtatum eſt omnino αὐτὸς ἔφα, *ipſe dixit*, aiebant eius diſcipuli.

Certè Baronius Scriptorum æui noſtri Cæſar, adfirmat Annam dici Principem Sacerdotum, quòd primus fuerit 71. Concilij Sanedrin,ſub Caiphâ tamen. Magni ergo momenti eius præiudicium.

III.

De Pontificatu,ac ſummo Sacerdotio Iudæorum.

Erat ſocer Caiphæ,qui erat Pontifex anni illius.

Hinc tibi,iam corrupti Sacerdotij Moſaici,iudex.

Notandum huius Sacerdotij
- 1. *Initium*,
- 2. *Declinium*.
  - 1. *Vnitate.* Tunc .n. vnicus Sacerdos ſummus.
  - 2. *Veſtitu*, Qui varius,ac religiosè ſuperbiſſimus.

1. *Initium* eius illuſtre
- 3 *Perpetuitate*, Nam ab eo amouebar mors ſola. *Exod* 28.
- 4 *Remiſſione*, Quę homicidis à caſu, in Sacerdotis morte.
- 5. *Succeſſione*, Primogenitus enim demortui, ſucceſſor.

2. *Decliuum*, quo deſijt
- 1. *Succeſſio*,
- 2. *Perpetuitas*.

j. *SVCCESSIO*, quæ in Bozi quinto deſijt, ad Itamar deuolu o ſummo Sacerdotio, ob crimen idque graue, vt poſtea ab Heli ad Samuelem (ſecundum Doctores quoſdam) etſi ſolùm eſſe: Leuita, poſt quem Achimelech, deinde Abiathar filius eiûs, & tùm Sadoch.

Multò pòſt, Antiochus Eupator Syriæ Rex, contra ius ſucceſſionis priſcum, Sacerdotes inſtituit, non è familiâ, ſed genere Aaronis, eoſque viles, & autoritatis nullius, ne forte quid molirentur

* ij. *PERPETVITAS* Peſſimo enim Antiochi exemplo, Herodes, Pompeij tēporibus, arbitratu ſuo, Sacerdotes inſtituit, deſtituit, vnde & nonnulli paucis annis, nōnulli paucis diebus, geſſēre Sacerdotium. Ab auaritiâ tum Romanorum, tum Regum Iudæorum, ac diſſenſionibus, facti tunc annui Pontificatus, ac vænales.

Ioſeph lib 22. *antiq*.

Beda in Luc. 3. annuos, tempore Chriſti fuiſſe, teſtis mihi, & nihilominùs more priſco, vnius ſoliùs. (*Caiphas erat Pontifex anni illius*) etiam teſtimonio eſſe poteſt.

Si illud obijcis: *Sub Principibus Sacerdotum Annâ & Caiphâ*, &c dixero: non duos ſimul, ſed vnum alteri ſucceſſiſſe, ac partim ſub vno Ioannem occæpiſſe, partim, ſub altero, prædicandi opus conſummâſſe.

Tunc, *Iliacos intra muros peccabatur, & extra*, vt ait Horat An non & in odoſ Imago illa temporum noſtrorum Arbitriis iam Aulicorum fiunt. Nos auaritiâ ſæpè, & ambitu comparamus.

Virtute virtute, non fautoribus;
Emitur virtute poteſtas.

Incaluit Epilogus, & abruptus rerum indignitate.

" *Et de hac re, multis, in Baptiſti de noſtra, j tractatu*, *d*:

Baptiſtæ

5. *Baptiſtæ parrhiſia, carcere, ac cæde, per conciones circiter 25.*

NOTÆ

CONCIONIS XXII.

Dominicâ 4. Quadrag.

THEM. *Et duxerunt Ieſum, ad domum Principis Sacerdotum, ad Caipham, &c.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie mihi
- 1. *Aliquidne in domo Annæ actum, & quid.*
- 2. *De quibus prima Caiphæ quæſtio,*
- 3. *De Chriſti conſtanti taſioq; reſponſo, & Malchi improbitate.*

AVE.

I.

Aliquidne in domo Annæ actum, & quid.

Partiti eramus (ſi tamen meminiſtis) Tragœdiam hanc in actus quinque. 1. in hortum 2. in Tribunalia Sacra Annæ & Caiphæ. 3. in ciuilia Regum, Pilati ac Herodis 4. in ſupplicium. 5. in Sepulchrum Quanquàm eſſent Quadrageſimæ hebdomades ſex, quarum ſingulis ſectio ſua deberetur, quinq; partitum tamen maluimus totum tragicum hoc argumentum iſtis cauſis.

- 1. *Lege Tragœdiæ.*
- 2. *Horti fertilitate.*

* 1. LEGE TRAGOEDIÆ, quâ illi decernuntur actus præcisè quinque.

Horat. in arte. *Neue minor, quinto neu ſit productior actu.*

Fabula, quæ poſci vult, & ſpectata reponi.

R 2 * 2. HOR-

* 2. *HORTI FERTILITATE*, cui colendo, metendoq;, hebdomades circiter duas decernebam, cæteris partibus quatuor reliquas, ſingulis hebdomadem penè ſuam.

Sed, vt video, temporis decreti negligentes erimus, rerum copia: etſi Ordinis, non item.

Jam ergo ad ſecundam partem præcipuam Paſſionis ventum, ad Tribunalia ſacra ſcilicet, ſeu Synagogam Sacerdotum.

Vbi imprimis illud indignum, quòd Iudex decretus viuorum & mortuorum, iam iudicā lus trahatur, ad ſacrilega nequiſſimorum iudicum ſubſellia.

Ioann, 5. *Neque enim Pater iudicat quenquam: ſed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem.*

Pudendum planè, illum genua flectere Iudici, ad cuius vel ſolum *nomen, flecti par ſit omne genu, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Philipp. 2.

In domo Annæ quid actum.

Opinio duplex.

* j. *COMMVNIS. & Aug.* putant. 1. apud Annam, Petrum ſemel negaſſe, apud Caipham ſecundò & tertiò: deinde 2. examinatum Chriſtum, & 3. alapa percuſſum.

Certè, his nomen Annæ conueniens, Annas enim idem quòd affligens.

Et ſuſpicionem huius facit Euang. Joannes, qui poſt negationem atque alapam, remiſſum Ieſum, ab Anna ad Caipham, narrat.

4. Adplauſit & forte Annas militi, & ſoluit.

* ij. *ALIORVM opinio*, apud Annam actum nihil, ingreſſos tantùm & egreſſos; quæ autem ibi acta narrari videntur, acta fuiſſe in domo Caiphæ.

Sic Ianſen. hic. poſt Orig. tractatu 35. in Ioan.

Fran. Toletus annot. 8. in 18. Ioan.

Fulcrum huius triplex { *1. Conſenſio Euangeliſtarum,* *2. Lectio varia,* *3. Verſio noua.* }

* *j. CONSENSIO EVANG.* Nam tres alij Euangeliſtę ſolius

ſolius Caiphæ meminére, apud quem tres negationes factas deſcribunt. Etſi enim Marcus & Lucas, indiſtinctè vocent Principem Sacerdotum, quem Matthæus apertè vocat Caipham, credendi tamen ſunt intelligere Caipham potiùs, quam Annam, quòd is Pontificatu anni illius fungeretur, alter iam Expontifex eſſet. Quis non capiat analogum indiſtinctum, ſignificatum famoſiori?

Ioannes quoque, ſemper Pontificem eum vocat, vix Caipham. Quanquam reſponderi poſſit, vocari etiam Annam, ſuo iure, Principem Sacerdotum.

Annas dictus Pontifex, aut Princeps Sacerdotum ab adſpectu vario:

1. *Quòd geſſerit aliquando Pontificatum.* Luc. 7. Simon, leproſus dictus, nomine priſco, etiam permundatus.
2. *Anticipatione quâdam*, quia proximè rurſus geſſurus.
3. *Conſilio*, quia ſoceri ſuaſu, omnia gener agebat, quo ſenſu dicitur Rex, qui Regem regit ipſe.
4. *Mutua reuerentia*, fortè toties alter alteri ſucceſſerat, deinceps quoq; ſucceſſuri, vt alter alterum quaſi Pontificem reuereretur, quia certum ſucceſſorem. Curabant æquam vterque partem.
5. *Aut ideò Princeps Sacerdotum dictus, quia primus concilij Sanedrin* 72. Baronio.

Rurſus, eadem conſenſio Euangeliſtarum. Nam omnes exaudis, vniſonè dicentes, Petrum ſequutum in atrium Pontificis, & clariùs Matthæum: ingreſſum in atrium Caiphæ.

Niſi reſponderis ingreſſum Petrum in vtrunq; atrium, ſemel fauore Ioannis in atrium Annæ, ſecundò in Caiphæ, permiſtum turbæ.

* ij. *LECTIO VARIA*. Cyrillus enim inter ea verba: (*Erat enim ſocer Caiphæ, &c.*) & inter illa (*Erat*

autem Caiphas qui conſilium dederat &c) legit (*Miſerunt autem ligatum ad Caipham Pontificem*, quæ verba forte ab aliquo Scriba prętermiſſa, quòd poſtea rurſum de miſſione ad Caipham ſubijceretur, fecerunt ſcrupulo locum, addita verò, clarè oſtendunt, ſequentia fuiſſe geſta in domo Caiphæ.

N. ſi reſponderis, ex Toleto annot. 8. in 18. Joan. verba Cyrilli (quod nec in Græco noſtro, nec apud Chryſoſt. nec apud cæteros interpretes) videri ſuperuacanea, & adiecta ab aliquo, lucis causâ.

★ iij. *VERSIO NOVA*, j. quam poſſumus facere, nulla ſcripturæ iniuria. Nam lectio græca ne bis ſonans: *Et miſit eum Annas ad Caipham*, poſſit verti : *Miſerat eum Annas*, eſt enim Græce Aoriſtus, qui ſæpè pro præterito pluſquamperfecto & apud Hebræos ſæpè præteritum pro pluſquamperfecto ponitur, vt ſit ſenſus, *miſerat ad Caipham, &c* quod ſi admittitur, rationem dat Euangeliſta eorum, quæ narrata ſunt priùs. Ac ſic, Joannes videri poſſit, cum in mentionem Caiphæ incidiſſet, narraſſe mox etiam, quæ apud eum geſta ſunt, ac præteriiſſe narratione examinis ab ipſo, negationis, narrationem deductionis captiui in domum Caiphæ, quam ſubijcit dicens, *Miſerat eum Annas, &c.* q. d. Examinatum a Caipha Chriſtum, cęſum a Malcho, eiuratum a Petro in Caiphæ ipſius curia, dixi, quandoquidem miſerat eum Annas ligatum ac indiſcuſſum, ad Caipham.

Hos ſequimur, igitur & intrò eamus mente, in Caiphæ Curiam, & Chriſtum paſſibus æquis ſequamur, tractum raptatumque, &, quid illic geſtum, diſquiramus.

I I.

De quibus prima Caiphæ quæſtio.

Sed illud arte, nota magna dignum, trahi ſc. illum primo ad Sacerdotum tribunalia, vt quaſi & hæreſeos primùm damnatus, ſiſteretur Romano Proregi, damnandus quoque poſtea turbatæ pacis, malefic'j, offenſæ religionis publicæ ac receptæ. Ea enim crimina, primùm maximeque vindicanda.

Ordine hoc illo optimo, ſi tamen, in nocentem, hic ordo,

Diuina

Digitized by Google

Diuina etiam primùm, ampliuſque curanda.

Quæſtio fuit bitaria
- 1. *De Diſcipulis,*
- *De Doctrina.*

* j. PONTIFICVM. cenſere de doctrina.

Deut. 17. *Si difficile & ambiguum, apud te, iudicium eſſe proſpexeris, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicium inter portas tuas videris verba variari: ſurge, & adſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus. Venieſq; ad Sacerdotes Leuitici generis & ad iudicem, qui fuerit in illo tempore: quæreſq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem,* &c.

Malè igitur Theſeus, & qui ſequuntur.

Plut tom. 1. vit. in Theſeo. Theſeus enim, conſtitutâ ciuitate Athenienſi, cœtuque incolarum, in Nobiles, Agricolas, & Artifices diſtincto, voluit Nobiles cognoſcere de rebus Religionis ac Deorũ, eoſq; eligi poſſe ad munia Reipub. leges interpretari, docere res ſanctas & ſacras.

Pontificum, ac Sacerdotum hoc proprium, adſpectu
1. *Præcepti.* Deut. 17. Si difficile, & ambiguum, &c. vt ſup. Et Malach. 2. *Labia ſacerdotis,* &c.
2. *Subiecti, circa quod res illa.* Animos doctrina ſacrorum reſpectat, nõ corpora. Animis præfecti Sacerdotes, corporibus Reges.
3. *Eruditionis;* ſine qua Sacerdos nemo creatur, quę in Regibus, vt adpendix
4. *Otij,* quod Sacerdotibus magnũ, feriantibus a ſeculi negotijs: Regibus paruum, a Curiæ curis
5. *Puritatis à cælibatu Sacerdotũ,* qui indagandę veritatis, & reuelationum maximè capax.
   Certè Regibus vxores, ſæpè & concubinæ, contemplandæ veritatis inimicæ.

Eccleſiaſticorum ergo, de fide cenſere, de Hæreticis, de dogmatis nouis.

Reges, Nobiles, Aulici, ne falcem in meſſem alienam.

Prou. ab Apelle. Ne ſutor, vltra crepidam.

Ne cęci, de coloribus. Ne aſini, ad lyras.

Nec Midas, pro Pane, in Apollinem, de cantu pronunciet, ne merces illi, aſininæ aures.

Nauita de ventis, de tauris narret arator.

Horat —*Quod medicorum eſt*

Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Malach. 2. *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt.*

Matth 23. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum opera verò eorum, nolite facere.*

Ad lapidem, non quemlibet, ſed Lydium aurum probes.

Et lepræ olim iudicium, penes ſolos Sacerdotes.

Remiſſi ad eos a Chriſto leproſi ſæpiuſculè. Lepra autem, Patribus hæreſis eſt.

De doctrinâ ergo Chriſti, iure ſuo quæſijt Sacerdos.

* ij. *DE DISCIPVLIS* etiam quæſitum, ſed quid illud tandem, tacent eorum Euangeliſtæ.

Opinor quæſitum de
- 1. *Numero,*
- 2. *Veſtiſternio,*
- 3. *Fugâ,*
- 4. *Latebris.*

* j. *DE NVMERO quæſitum*: Cur homo tenuis fortunæ, ſtipatus ambularet viris pluribus ferè, quàm Nobilium, aut purpuratorum quiſpiam? Qui? quot? & vnde illi? quò collecti? ſeditionem id, ac turbas olere.

D. Chryſoſt homil. 82. *in Ioan. & Euthym.* huius ſenſi.

* ij. *VESTISTERNIO*. Cur cum tantâ pompâ in vrbem, quarto antè die, veniſſet, paſſus Diſcipulos ſibi veſtimenta tranſituro ſubſternere?

* iij. *FVGA.* Quo tandem illi omnes diffugêre? Peccâſſe eos quoque, deſerto ſuo Duce.

* iiij. *LATEBRIS.* Indicaret etiam illos, quaſi coniuratos, occultos autem à metu Iudæorum. Rempub. metu liberari non poſſe, niſi è latebris eruti, etiam cum illo dent pœnas.

Altera

Altera illa, de doctrinâ, quæſtio quinquiceps, quæri enim potuit.

1. *Quo Magiſtro vſus ipſe.*
2. *Cur nouator eſſet:* cur Circunciſionem, Baptiſmi aquis, vellet extinguere, &c. *Quænam doctrina hæc noua?*
3. *Cur tam Cynicus*, & ita dicendo liber in Phariſ. Scribas, Sacerdotes, Proceres, Herodē ipſum, &c. Cur vnus plus ſapere vellet cæteris omnibus: & homo 33. annorū, tot Senes morderet, &c.
4. *Cur in agris, & in occultò ſæpè;*
5. *Et nunquid aliud præterea doceret quam quod Pōtifices probè ſcirent, &c.*

Latè quæſitum ac quæſtum reor, de Doctrinæ eius Origine, Nouitate, ſtilo, loco, & occultis.

Virg. 2. Æneid. *Quo molem hanc immanis equi ſtatuêre, quis autor?*

Quidue petunt? quæ relligio? aut quæ machina belli?

Horat. in Arte. *Reges dicuntur multis vrgère culullis,*

Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant, iſti de multis quæritant, ſi fortè in vno labiis poſſit.

At dignum notâ, Chriſtum de doctrinâ ſolâ reſpondiſſe, de Diſcipulis, aut quæſitis alijs, ne verbulum quidem.

Cur de Diſcipulis nihil reſponſum.

Silentium hoc, à
1. *Breuitatis ſtudio,*
2 *Beneuolentiâ,*
3. *Arte,*
4 *Candore,*
5. *Sacerdotij reuerentiâ.*

*j. *A BREVITATIS STVDIO.* Cum enim tota res, ex doctrina penderet, qua probata, Diſcipulorum coitio coactioque, ſuſpecta eſſe deſinebat, cardinem rei tractaſſe, putauit ſatis.

Fruſtrà per plura fiat, quòd æque efficiant pauciora.

*ij. *BENEVOLENTIA.* Suos enim hoc iudicio liberare, ſe ſolum voluit iudicari. Vnum, pro multis, caput.

*iij. *ARTE.* Satis enim illorum cauſam egit, dum cum

ij vna populum fere o m cum, vo. noluens, ita concludi v uit, Au ces nutrimus ... , aut ſimul plebem tere ... , dicens: *Inter g eos , qui me audierunt. Ecce ni jeunt* præſente indice, aut oculo, nutuque monſtrans vinct ... *qui dixerim ego*, non ij ſoli, quos Diſcipulos meos appellatis.

* iiij. CANDORE , Nam laudis eorum nulla habens argumenta vitup ... j multa, tacere, quam vituperare maluit, cum iuſtè ver. q ... potuit, nulla ſua cauſæ iniuria. Certè, vnus eorum, proditor, cæteri ad vnum omnes, deſertores.

* v. *ET SACERDOTII REVERENTIA*, ad quod vixdum in cæna præfecti ... Sacerdotum enim dedecora, ſilentio prætegi debere, tum docebat

Iunctenus locus illuſtris, in detractores, quorum oculi nunquam ad ſe, ſemper ad alios conuerſi, quibus ſua mantica in tergo, aliena ante oculos pendet, cui ideò ſæpè adlatrant, ac non rarò, etiam mordent.

Et nota & multa magna planè dignum cacoethes.

Plutarchus autor eſt, Lydijs in more fuiſſe , multare morte detractorem, æquè & occiſorem: aut ſi mitius, damnare ad remos, vel certum in populo ſilentium.

Theodoſius ... decernat , abſcindi maledicas linguas (ad publicam ſc. pacem) quam arma deponi, ad Imperij ſecuritatem, ſi D Ambroſium audiat.

Detractio, malum { 1 *Periculi magni.* 2. *Nocumenti Maioris.* 3. *Curationis difficilima.* }

* j. *PERICVLI MAGNI* Intentiones enim actionum humanarum, hominibus occultæ, a quarum tamen qualitate, ſæpè actionum qualitas moralis variatur, vnde fit, vt crebrò perperam id factum detractor cenſeat , quod cenſura acutiùs videntis Dei, rectè factum

Chriſti ipſius opera, quam frequenter temerè diiudicata!

Luc. 7. In domo Simonis leproſi , cùm peccatrici tangendum ſe permitteret.

Luc 15. Dum conuiueret Publicanis.

Luc. 19. Murmuratum, *quòd ad hominem peccatorem diuertiſſet.* *Ioann.* 4.

Ioan. 4 Suſpecta temerè diſcipulis, eius cum Samaritanâ colloquia.

Periculum igitur, hinc, perperam iudicandi, magnum.

Periculo quoque negligentiæ ſui, is proximus, qui proximi actionibus totus adcubat.

Feſtucam illic videt; in oculo ſuo, ne trabem quidem, aut ſyluam.

Lynceus, aut Argus foris; domi, Tireſias, aut talpa.

D. Hieron. ad Aſellam virginem. *Periculoſum eſt, de ſeruo alterius, iudicare & non facilis venia, praua dixiſſe de rectis,* nec de prauis quidem, cenſura mea.

* ij. *NOCVMENTI maioris,* ratione
- 1 *Boni, cui nocet.*
- 2. *Numeri perſonarum, quibus nocet.*
- 3. *Irritamenti malorum.*

* *j. RATIONE BONI cui nocet j* famæ, quæ, ſi bona, melior eſt diuitijs, cæteriſque bonis externalibus.

Damnoſior mihi prædo famæ, prædone pecuniæ.

Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.

* *ij. NVMERI PERSONARVM.* Triſulcum enim telum, detractio. Detractorem ipſum, auditorem, & eum, cui detrahitur, vna omnes æque feriens, primo tres illos in conſcientia, vltimum in gloria.

Ex Chronico Lotharingiæ Vt olim Godefridus ille Buillonius, in obſidione Hieroſolymorum, telo vnico, quod in turrim *D*auidis eiaculatus, tres auiculas pariter confixit (vnde natum illud, apud M. Claudium Paradinum in Heroicis: *Dederitne viam caſuſue Deuſue:*) ita, tres ſimul homines detractione vna, velut arundine vna, ſauciantur.

Diu. Bernard. libr. 2. de conſiderat. ad Eugenium PP.

Porrò detrahere, an detrahentem audire, quid horum damnabilius ſit, non facilè dixerim.

Inge-

Jngenioſè quiſpiam dixit: *Diabolum, & in Detractoris ore, & in audientis aure, æquè deſaltare.*

* iij. *IRRITAMENTI MALORVM.* Nam ſic ſæpè, is, cui detractum eſt, ad facienda infecta, & peſſimè olim facta, reficienda ac iteranda, in detractoris contemtum, prouocatur, poſtquàm illum audit facta atque infecta canentem. Melius tamen is facturus, ſi (vt Philippus Macedo) Detractoribus, quaſi adiutoribus, & hortatoribus ad emendationem, vteretur.

* iiij. *CVRATIONIS DIFFICILLIMÆ.*

Pænè dixi, vulnus à detractione incurabile, aut certè non ſine fœda cicatrice.

Medius, Alexandri adulator id vidit, cùm ſuaderet *audacter calumniari. Manere enim, etſi qui calumniam paſſus vulnus curet, cicatricem.*

Jta prædo quidam, audacter prædandum dixit; vt enim refundenda ſit præda, nunquam tamen tota.

Pelias, Achillis haſta, Telephum, quem vulnerarat, eadem eundem iteratò percutiens, ſanabat (vt eſt in Fab.)

Achillis vox, apud Ouid. 13. Meta. —— *ego Telephon haſta.*

Pugnantem domui, victum orantemq; refeci.

At lingua Detractoris vulnerat, & non ſanat? luridum felle telum.

Menti cuiuſquam incuſſeris, leui ictu, j. vno verbulo, clauum opinionis ſiniſtræ de proximo, non excuſſeris vel claua Herculis, ictu etiam centeſimo dixeris vel millies? non ità eſt, iratus dixi, &c. *manet altâ mente repoſtum iudicium,* & iudicium primum.

Ingenia hominum primi tenaciſſima, ac maximè Detractionis. *Hæret lateri letalis arundo.*

4. Æneid.

Ab Scorpionibus ictos, ſcorpionum oleo: à canibus morſos, ipſorum pilis curari, vulgo notum: de vipereo puluere, ſuſpicio eadem mihi, ex vaga incertaque lectione. Detractoris autem lingua læſi, nunquam, ab eadem, aut ægrè, imperfecteque curantur.

Jgitur, hanc peſtem tui, proximique fuge.

Lauda

Lauda parcè, vitupera parcius { *1. Proximos,* *2. Reges,* *3. Sacerdotes,* *4 Viuos,* *5. Mortuos,* *6. Abſentes.* }

Sacerdotibus autem maximè parcendum vides, vel hoc ſolo Chriſti, de Apoſtolorum fuga, etiam a Iudice rogati, ſilentio.

Scriptum. *Dijs non detrahes, Principi populi tui non maledices.*

Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.

Chryſoſtomo lib. de Sacerdotio, Sacerdotes, ante Principes & Patres, honorandi.

D. Franciſcus Aſſiſias in teſtam. *Nolo in ipſis conſiderare peccatum, quia Domini mei ſunt, & Filium Dei cerno in ipſis, &c.*

Conſtantinus etiam hic illuſtris, qui libellos famoſos, ceu (vt vocāt) Paſquillos, Sacerdotum aut criminibus, aut calumnijs refertos, non modò Vulcano ſacrauit, ſed & addidit vocem Cōſtantino dignam: *Se Epiſcopum, aut etiam quemuis Monachi veſte indutū, ſi quid turpe agentem caſu cerneret, paludamento tecturum.*

Theodoretum lib. 11. cap. 11. de hoc Conſtantini candore, vide.

Hoc erat, filios Noë meliores imitari, qui retrogradatim incedentes, pallium verendis Patris ebrij, & proiecti, prætendere.

Gen. 9. Cæteri, Chamum maledictum, Patris ſui ſubſannatorem, æmulantur, chamo & freno ipſi digniſſimi. *ibid.*

Conſilium.

Sed, cum Sacerdotes, Monachosque, &c. contingat etiam humanitus labi, errare, peccare: (An enim illi, cum veſte & capillatura, etiam hominem exuēre?) Et in Chriſti collegiolo virorum 12. proditor vnus & fur, duo cæteris ambitioſiores, omnes deſertores, &c. reprehendique, ac moueri eos expediat, & velimus ac debeamus, pro concione

popu-

populari, gloriæ eorum parcere; ne vileſcant aut inuectiuis oratorum, aut vitijs ſuis nullo freno coercitis, me conſultore (Ignoſcite Domini, ſi iunior ſenioribus conſulo, indigus ego conſulendi ſenes: ſæpè eſt etiam olitor oportuna loquutus: & ancilla quondam vna, Matronas omnes Romanas conſilio liberauit) vtile ſit ex omnibus vobis vnum deligere (atque ita ordine ſingulos ire) qui loco deſtinato; ad vos priuatim, excluſis laicis, tota libertate orationes habeat, moneat, moueat, increpet (ſicubi opus) quemadmodum profanos homines carpimus pro officio, opportune, importunè *Quare enim moriemini domus Iſrael*, dum reuerentia, ſilet publicus Orator, neque eſt priuatus priuatim dicendi locus? Ceterùm, vtemini iudicio veſtro. Conſilium dixi, non præceptum.

Conſilium iam datum, potens aduerſus
- 1. *Impœnitentiam Sacerdotum*. Errare enim ac labi, nec argui, via regiá ad illam; vt contra, corripi, dux eſt ad pœnitentiam.
- 2. *Ignominiam*. Sic minùs ignominioſe, pudenda Sacerdotum vulnera & vlcera, ſi qua erunt, detegentur; quia coram paucis, & ijs Conſacerdotibus.
- 3. *Detractionem* Emendatis enim quis iure ganniat?
- 4. *Ignorantiam*. Ad literarum ſtudium; cultumque, ſic cogentur vel ignauiſſimi: & hac concionandi exercitatione, Epiſcopatibus tandem gerendis (quorum docere eſt) fient aptiores.

III.

De Christi conſtanti, iuſtoq; reſponſo.

Ego palam loquutus ſum mundo.

- 1. *Publicum* Ego palam &c. & in occulto loquutus ſum nihil.

Doctri-

Doctrinæ bonæ triplex hic nota
- .. *Locus ſacer.* Ego ſemper docui in Synagoga,& in templo, quo omnes Iudæi conueniunt.
- 3. *Teſtimonium hoſtis* Ecce, hi ſciunt quæ dixerim ego, q. i. fautores non imploro teſtes, ſed iuratos hoſtes

Subodorans, Pontificem inſimulare velle, quæſitarum doctrinæ latebrarum, vt ſic eã redderet ſuſpectiorem, purgat ſeipſe contrarijs.

Duo maxima innocentiæ teſtimonia
- 1. *Publicum,*
- 2 *Hoſtis.*

* j *PVBLICVM*, quod vitant miniſtelli tribolarij, qui in ſy'uis, horreis ac fornicibus, docent, dicam? an, bacchantur?

Ioan. 3. *Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem ne arguantur opera eius.*

Iob. 24. *Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens, non me videbit oculus: & operiet vultum ſuum.*

Matth. Herodes ſæuiturus, clam vocat Magos.

Sic colubri, incolæ vmbrarum ac ſentium.

Et noctuæ, auium genus fœdiſſimum, nocte volant, vnde & nycticoraces. j. corui noctis, vocantur.

Virgil 4. Aeneid *Solaquée culminibus, ferali carmine, bubo.*

Viſa queri, cum ad volandum infirma ſit, in cauernis, latebroſo ac tenebroſo, demoratur.

Vide Fulgent li 2. Mythol Et Cacus j. malus, ideò Poetis dictus ſpeluncæ incola.

Et Virgil 4. Aeneid. de Circe. *Diues inacceſſos vbi Solis filia lucos*

Aſſiduo reſonat cantu.

Credi ſibi, qui publicum vitat, vetat.

* ij *HOSTIS*. Solida enim illa laus, quæ ab illo.

Diuus Chryſoſtomus homil 82 in 18. Ioann. *Maximum veritatis argumentum, inimicos in teſtimonium adducere.*

Et inimici noſtri ſunt iudices.

Virgil. *Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat.*

Credibile enim euidenti ſplendore, ac veritate rerum, extor-

extorqueri hoſti, hoſtis laudem, non caſu, aut leuitate, aut adulatione ciabi.

Ecce hi ſciunt, quæ dixerim ego.

Cum (*Ecce*) demonſtratiua ſit particula, ſuſpicor exutas vinctis manibus captiui, iudiciorum ritu, quibus in latus flexis, demonſtrarit nonnullos aſtantium.

Certè, ſi indice neminem prodidit, ſaltem nutu, oculisque, in latus conuerſis, oſtendere potuit aliquos, vel Sacerdotes, vel Scribas, &c. vel (vt Cyrillo placet) miniſtros, callidam Caiphæ calumniam, artificioſiſſimè, repellens.

Quid me interrogas? Cyrill lib.11.in Joan.c.45.

Diſſidentis eorum fidei vox eſt. q.d. Fruſtra reſpondero; Nam me etiam veriſſima dicentem, mentiri conclamabitis, ex alijs ergo potius, melioris fidei apud vos, quærendum id fuit. Jeſu enim, quem huc, pro latrone, traxiſtis, detraxiſtis etiam fidem.

Virgil. 2. Æneid. ——— *ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget*, opinamini.

Sic ego (Auditores) ſic reſponſurus ego cum Chriſto, ſi ad tribunalia trahi me cum Chriſto continget, quòd hæc & hæc dixerim, quæ meminiſſe debetis: *Ecce hi ſciunt, quæ dixerim ego.*

De Malchi percutientis improbitate.

Placidiſſimæ reſponſioni iniqua merces, alapa, impacta ſerui manu, fortè inuoluta manipulo.

In alapa miranda:
- 1. *Serui impudens ingratitudo;*
- 2. *Pontificis, ac Domini in ſeruum nimia indulgentia;*
- 3. *Chriſti ingens, prudensque patientia.*

* *j. SERVI INGRATITVDO*, ſerui inquam, i. mancipij empti, vel captiui dono accepti; Malchi, inquam, quem alapæ illius effrontem eleemoſynarium fuiſſe, putant & Turcæ ipſi, & Chryſ. hom 82. in Joan. cum Euthymio.

Hiero. Vida Ep. Crem. l. 2 Chriſtiados, Captiuum vocat *Malchus*, ait, *Idumæis miſſus captiuus ab oris.*

Ingratum verò dixi, quòd auriculæ reſtitutori ac medico vul-

eo vulnus inflixit denti frangibulus, ſæuior Leone illo, medici ſui ſeruatore. *De hoc Gell. lib. 5. noct. c. 14.*

Serpentinum ac vitupereum genus, bonum malo rependens.

Apol. Æſopi. Serpens gelu moribundus, delatus ruſtico in caſam, ad ignem, mox vt incaleſcens reuixit, totam ſpiris, ac ſibilis infecit caſam.

Credibile, ſacrum cruorem, ex ore, naribus, oculiſque effluxiſſe, ac fortè percuſſorem, cum percuſſo Ieſu, vna corruiſſe, vi ſumma ferientem; impreſſoſque manipuli digitos, tenellam percuſſi faciem feciſſe liuidam, atque ſacrum illud os partim edentâſſe. Quis ſcit?

Opiner ego, niſi fortè obſtet: *Os non comminuetis ex eo.*

Crudele atque effrons facinus.

D. Chryſ. hom. 2. de incomprehenſibili Dei naturâ. *Alapâ nihil ignominioſius, nihil contumelioſius.*

Pro magno, dictum: *Suſtinetis, ſi quis in faciem vos cadit.* 2. Cor. 11.

Micheæ 5 *Percutient maxillam Ducis Iſrael.*

Atrox Sacerdotis percuſſio iſta, & hoc etiam ignominioſior, quòd à mancipio.

* ij *PONTIFICIS, ac Domini in ſeruum, nimia indulgentia.*
Ne verbulum lego, aut vultum iratum, Domini caſtigantis ſerui ſcelus.

1. Malum reſponſi Chriſti nullum: neque à Materiâ, quia verum: neque à formâ, quia placidum.

2. Et, contra iudiciorum morem vinctum cędi indemnatum.

3. Et, ſi cædendus, non rex à mancipio, non in facie, non manipulo manuque armata, nullius iuſſo.

Hæc omnia diſſimulauit mali ſerui peſſimus Dominus,

Prou. *Dignum patellâ operculum.*

Mali corui, malum ouum.

* iij. *PATIENTIA CHRISTI ingens, at prudens.*

Alapa ignominioſius nihil præſertim, ſi, qui patitur, magnus; abiectus, qui infert, vt hic adde, quòd manipulo

S ea im-

Digitized by Google

ea impacta fortaſſis; adde, quòd innoxio.

Hoc Matth 5. *Qui te percuſſerit in vnam maxillam, præbe illi & alteram.*

Et illud ibid. *Qui angariauerit te mille paſſus, vade cum eo & alia duo: & qui abſtulerit tibi tunicam, da ei & pallium.*

Et Matth. 11. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*, illuſtrauit exemplo ſuo hic, ſi vſquam aut vnquam.

Thren. 3. *Dabit percutienti ſe maxillam.*

Micheæ 5. *Percutient maxillam Ducis Iſrael.*

3 *Reg* 22 Michæas olim, quia loquutus vera, à Sedechiâ quoque Pſeudopropheta, & Achabi aſſentatore, alapâ eſt percuſſus.

Et Job 16. *Aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobrantes percuſſerunt maxillam meam.*

Prudens etiam Chriſti patientia; nam reſponſo corripuit ac iure, intuitus

1. *Periculum*, Nam niſi reſpondiſſet, videri poterat malè loquutus, & hinc eius doctrinæ periculum.
2. *Suſpicionem*, ne ægriùs tuliſſe videretur, tacendo aut dolorem deuorando; non reſpondere autem aut mutire, ſolo metu Pontificis.
3. *Pœnitentiam*, ad quam ſic percuſſorem prouocabat, indicatâ culpâ, q.d. Aut tu, aut ego hîc peccaui. Sed ſi nullum reſponſi mei peccatum oſtendit, reſtat, vt videas tuum, & doleas.

Atque hinc clarum, quid reſpondeas citantibus illud Matth. 5 *Qui te percuſſerit in vnam maxillam, præbe illi & alteram*, & huiuſmodi; nempè, non præcipi illud technicè, nudéque ad literam (vt loquuntur) vt ad omnes iniurias muteſcere, nihilque mutire oporteat, ſed præparationem tantum illam animi exigi, qua præſtò ſimus rurſus idem

potius

potius pati, quam iraſci, molirive, aut velle ex ira, vindictam.

Cæterum, ſceleratam illam ſerui huius manum mox areſcere, ſummo iure oportebat.

3. *Reg.* 13. Nam & manus Ieroboami aruit, dumtaxat extenſa ad captandum Prophetam.

Ex breu. Rom ex S. Amphilochio, & alijs. Et Valentis Imp. in propoſito ſcribendi decreti impij, in Baſilium, perſiſtentis, dextera, diſſolutis neruis, tota contremuit.

Ex Niceph l. 2. Et, qui in B. Mariæ ſarcophagum inuolauit, truncis manibus abijt.

2. *Reg.* 6. Oza, adtacta leuiter arca, etſi neceſſitate ac religione, mox occidit.

Quid illa vilis mancipij manus pati debuit, impacta faciei ipſius Dei?

Secures? an potiùs ignes illos, in quos C. Mutius *Scæuola*, in oculis Porſenæ, errore lapſam manum iniecit? *Liuius decad.* 1. *lib.* 2.

D. Aug. tract. 113. in Ioan. *Si cogitemus, quis acceperit alapam, nonne vellemus eum, qui percuſsit, aut cæleſti igne conſumi, aut terrâ dehiſcente ſorberi, aut correptum dæmonio volutari, aut aliquâ huiuſmodi qualibet pœna, vel etiam grauiore puniri? Quid enim horum per potentiam iubere non potuiſſet, per quem factus eſt mundus, niſi patientiam nos docere voluiſſet, qua vincitur mundus?*

D. Cryſ. hîc. *Exhorreſcat cœlum, & contremiſcat terra, de Chriſti patientiâ, & de ſerui impudentiâ.*

Idem homil. 2. de incompreh. Dei nat. *Cogita tecum frequentiùs: Si male loquutus ſum, &c. Quis ſit, ad quem, cuius causâ dixerit, &c.*

An lepra hæc manus percutienda non fuit, vt illa Oziæ Regis, thuribulum dumtaxat, importuna religione, contingentis?

Cælico potius igne, triſulcoque Patris fulmine, totus ille homo liquandus, ac vorandus fuit.

Veſtram fidem, Iudices! Si lictorum veſtrorum percuſſoribus manus abſciuntur, quid fiat huic Dei atrociſſimo percuſſori?

Certè, lego à terra abſorptum nebulonem, in lacum incidiſſe, aqua & ſulphure mixtum, atque ibi ſceleratum manum, ſine intermiſſione motare ac rotare, inſtar molæ Ixioniæ. Dignum nebulone ſupplicium, ſi reuera tale.

Porrò qui hoc ſcripſit, S. Th. Profeſſ. Pariſienſis quondam fuit, ſeque ad dicti fidem, audiſſe ait, à nobili viro Barone, cui vulgò nomen Mareſcallus Andegauenſis, qui & ipſe, ab alio quopiam milite audierat, fere vt ſubijcio, verbis tamen commutatis.

Militem quendam, profectum Hieroſolymos, voti ſoluendi cauſa, vxor Soldani perditè adamatum vocauit in Curiam, ac familiam famulaturum. Seruijt miles non illibenter, pactus primum de colendo Deo ſuo, ritu Chriſtiano. Licuit religioſo militi, quod libuit. Permiſſus illi Sacerdos Chriſtianus, vt lege Chriſtiana ageret.

Conſeruorum interim quiſpiā gratificaturus militi, petijt, numne volupe foret ſibi oſtendi ſecretum magnum (vt vocabat) legis Chriſtianæ? Placuit; itaque is volentem deduxit ad locum, cuius ingreſſum ferrea ianua muniebat, in cuius loci ima parte, lacus illis repertus aqua & ſulphure permixtis horridus, in cuius medio cruciabatur vnus, manum incunctanter mouens ac rotans. At tunc: *Ecce* (inquit ille) *maledictum illum Malchum, qui alapam impegit Chriſto, quem ab eo tempore terra abſorbuit*, addens, eum ibi pœnitentiam facere (vt ibi autor ille loquitur, etſi ſuperior, ferè ſtili noſtri.)

Iſthæc verane, an falſa, cenſeant alij. Certè, me Iudice ac Cenſore, hæc illi debita pœna, ac ſi qua grauior, in pœnarum æternarum armentario.

NO-

NOTÆ CONCIONIS XXIII.

Fer. 2. poſt Lætare.

THEM. *Hæc autem cùm dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum, dedit alapam* IESV, *dicens, &c.*

Facta repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum nunc mihi, occaſione Malchi ſerui:
1. *De officio Seruorum in Domino.*
2. *Eos malitiæ Dominorum miniſtros eſſe non oportere.*
3. *Quàm variè peccatum, in vna hac alapa.* AVE.

I.

De officio Seruorum in Dominos.

Seruitutis, ſeruique nomina ſeruientibus inuiſa.

Dominis quoque ipſis ſerui odioſi, à fraudibus, ab aſtutijs, ab inſido ac multipatenti pectore, &c.

Apud Comicos, malè audiunt ſerui non rarò. Itaque officij nunc illos moneo, & monere locus hic monet.

Seruorum duo genera:
1. *Bello capti, aut emti,*
2. *Locatitij, quales noſtri ac noſtrates.*

De Seruis mancipijs primò, ac tum poſteà de Locatitijs Chriſtianorum.

Etymologia nominis Serui, Seruis attendenda:
1. *A Seruari eum magis quàm à ſeruire.*
2. *Et à ſeruare quoque, j. tueri.*

Prima, admonet Beneficij vnà & Officij; altera, Officij tantùm.

**j. A SERVARI,* quòd eos Domini victores ſeruauere,

uere, quos occidere fas illis fuit, iure belli.

Inde & dicta mancipia, quaſi manu capta, vel quòd manicas victi, a victoribus accepere.

Varro de lingua Latina lib. 5. *A manu mancipium quod manu capitur.*

D. Aug. tom. 5. lib. 19 Ciuit. c. 15. *Origo vocabuli ſeruorum in Latina linguâ inde creditur ducta, quod hi qui iure belli poſſent occidi, à victoribus cùm ſeruabantur, ſerui fiebant: à ſeruando adpellati.*

Blondus Flau. lib. 4. triumphant Romæ. *Florianus Iureconſultus ſeruos ex eo adpellatos dicit, quòd Imperatores captiuos vendere iubent: & per hoc ſeruare, nec occidere ſolent.*

* ij. *ET A SERVARE*] tueri, quòd Dominorum vitam, gloriam, opes, &c. tueri debeant.

Serui ergo primi generis,] ſeruati, & quibus non tam belli fortuna pepercit, quàm victorum clementia, vt minimum id Dominis & Seruatoribus debent, vt par ſaltem rependant cùm poſſunt, & vitam eorum ſeruent, à quibus ipſi acceperunt ſuam. Nam qui vitam cum iure poſſet, non abſtulit, dedit.

Par pari, aut talionem referri, par iusque eſt.

Gell lib. 5. noct. c. 14. Androdum medicum, & Seruatorem olim ſuum, poſtea beſtiarium ſeruauit Leo; atque ita factus Leo ſeruator hominis ſui quondam Seruatoris, æquiſſimo rependio.

Charitum ideò iunctæ inuicem manus, quaſi in orbem beneficia beneficis redditura.

Serui ſeruent, a quibus ſeruati ſunt. Seruet ſeruus ſeruatorem Dominum, nunquam tamen gratiam Domini, gratia ſerui æquatura.

In beneficijs enim qui primus dedit, vincit.

Virgil 2. Æneid. — *Seruataq; ſerues.*

Troia, fidem. Sinonis vox, talionem, à Seruatis, repoſcentis.

Rependium, aut beneficio ſit maius, aut certè par.

Vitam qui ſemel accepit, vitam bis ac ſæpius rependat.

Vſuram, fænusque ferunt beneficia.

Huiuſmodi pectoris ſeruos aliquot en produco, qui hac præiere, vt ſequare. Macrob.

Digitized by Google

Macrob. lib. 1. Saturnalium c. 11. *Vrbinus cum iuſſus occidi in Reatino lateret, latebris proditus vnus ex ſeruis, anulo eius, & veſte inſignitus, in cubiculo, ad quod irruebant qui perſequebantur, pro Domino iacuit militibusq; ingredientibus ceruicem præbuit, & ictum tanquàm Vrbinus excepit*

Blondus Flau. lib. 4. Triumph. Romæ *Antiſtius Reſtio ſeruum vehementius punierat & tamen is à Triumuiris proſcriptus fugiens, à ſeruo liberatus eſt: qui ſene forte quodam obuio interfecto, in rogumq; poſito & cremato ſuperuenientibus perſequutoribus Reſtionem ibi crematum oſtendit.*

Martyres omnes, ſerui huius generis, qui vitam naturæ à Deo, & gratiæ acceptam à Chriſto, pro virili reddidêre, ſeruatique morte Chriſti, Seruatoris gloriam, mortem inuictam ſubeuntes, ſeruauêre.

Hæc qui venerit, metam adtigit, cum vltimà, nec altius ire poſſit; & ad minora per facilè deſcendet, qui ad tam excelſa peruaſit.

Hæc de victis, ac ſeruatis ſeruis; iam de locatitijs.

De ſeruis locatitijs.

Seruorum ſecundi generis multa ferè paria.

Nam, & ſi vitam à Dominis non accepêre, illam tamen (ni ſumtibus, cibo, hoſpitio, pecuniaque Dominorum fouerent) citò perdunt.

Non occidiſſe, & mortem certam propulſaſſe quo diſtant?

Tun' ſerui ſeruatorem, victorem dices, quia vim non intulit: ſeruatorem vero ſerui Herum nutritium, qui vim, quę à fame, quæ a nuditate, &c. diuertit, inficiabere? Jlle non occidit, iſte non ſiuit mori.

Decreſcit nihil, Parcenti; paſcenti, multum.

Qui parcit, non aufert: confert, qui paſcit.

Jlle non abſtulit, iſte vitam non eſt paſſus auferri.

Geneſ. 41. *Vocauit Pharao Ioſephum linguâ Ægyptiaca, Saluatorem mundi,* hoc adſpectu. Prouidentia enim illius, populi inediæ obcurſatum

Ergo, & locatitij, hoc adſpectu, & victi, Seruatoribus ſuis æquè ſeruient, ac ſeruabunt viciſſim, ſi me audient.

Equos videant, quid illi, auena tantum fænoque paſti, Dominis præſtent.

A Gell. lib 5. noct. c. 2. *Bucephalus Alexandri, bello Indico, vulneribus altius in ceruice atque in latere perfoſſus, moribundus tamen, ac propè iam exanguis, è medijs hoſtibus, Regem, viuaciſsimo curſu, retulit: atque vbi eum extra tela extulerat, ilicò concidit; & Domini iam ſuperſtitis ſecurus, quaſi cum ſenſu humani ſolatio, animam expirauit.*

Caniculi, quam fidi Dominorum cuſtodes, ob buccellam panis!

Amiſſos heros ſtudiosè perueſtigat odora canum vis.

Mortuos Dominos plangunt, & cadaueri adcubant, ad multos dies.

E Cyri exercitu milites quidam viatorem in ſyluis occiderant; triduo adſedit eiulans cadaueris cuſtos canis.

Videt Rex, & ſuſpicatus à milite cæſum hominem, iubet totum exercitum in armis eſſe, ac quaſi recenſendum, coram ſe procedere, adſtante etiam eiulatore cane. Procedit. Itaque cæteris miſtos parricidas odoratus canis, in eos deſubitò inuolat, & necis autores prodit.

Et Gandaui, indice cane, inuenti quondam homicidæ, vt audio.

Rigiaci Attrebatium, canem à tumulo Domini quinquennio toto nunquam receſſiſſe (niſi cibi gratiâ) conſtans eſt fama.

Vel leuiter adtingi herorum veſtes, etiam per ludum, non ferunt, ferociunt, & ringuntur, vt arceant.

Ad Dominos, cæſi licet, & ſæpè & acriter, & abacti, ſemper recurſant, & nunquàm fugati fugiunt.

Num capti, potuère capi? etiam illis quadrat.

Vitam ergo, opes, veſtemque gloriæ, ac famæ herilis, vel leuiter adtingi ſi ſeruus, ſentiet, etiam defenſor occurret, &, ſi tamen verè ſeruus, foribus veſtibuſque Domini, inſtar canis adcubabit, vt ſeruet.

Cerberum vbique præſtabit, & nocituros abiget, dente, aut latratu (vt ille ait) trifauci.

Faciat, faciat; Nam

Seneca lib. 3. de benef. à nonnullis dubitari refert, an beneficium dare ſeruus poſſit Domino. Eſſe enim, qui ita diſtinguant: Quædam beneficia eſſe, quæ det alienus: quædam

dam officia, quæ, perſonæ iunctæ neceſſitudine præſtent, quædam miniſteria, quæ ſeruus exhibeat, quem ſua conditio eo loco poſuit, vt nihil eorum, quæ præſtat, imputet ſuperiori.

Luc. 17. *Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus*, etiam tum dicendum, quorundam ſenſo.

Næ humaniùs ego. Seruos qui negat, dare aliquando beneficium homini, ignarus eſt iuris humani.

Senec. lib. 3. de benef. *Refert enim cuius animi ſit qui præſtat, non cuius ſtatus. Nulli præcluſa eſt virtus, omnibus patet*, Seruis & Regibus, &c.

I I.

Seruos, Dominis miniſtros malitiæ non oportere eſſe.

Cæterùm, cauere Dominos volo, ne iniquas opellas à ſeruis exigant.

Opellæ iniquæ ſeruorum
- 1. *Furta*,
- 2. *Lenocinia*,
- 3. *Homicidia*,
- 4. *Calumniæ, &c.* in gratiam Dominorum.

Holofernes mihi illaudatus, qui ſic ad Vagao Eunuchum ſuum.

Iudith. 12. *Vade, & ſuade Hebræam illam, vt ſpontè conſentiat habitare mecum. Fœdum eſt enim apud Aſſyrios, ſi fœmina irrideat virum agendo, vt immunis ab eo tranſeat.*

Nec ſeruorum ſint venales manus, aut linguæ; neque ancillarum emtitia corpora, aut meritoria, non organa nequitiæ Dominorum.

Homines præſtent, hoc eſt, rationis capaces, ac diſcernant ſerui, an, contra ius faſque ſint, quę iubentur: An contra legem, aut Regem, &c.

Ego, ab obſequio talium, ſeruos omnes, tota clauiures vi, abſoluo: me cenſore, raſo capite calui capiant pileum, & apud Prætorem eos vertigo ac vindicta relaxet.

Nam, & Filij, vel à Patrum imperio tali, abſoluti.

Et pop à Magiſtratûs, aut Regis iuſſo impio.

1. Reg. 22 *Noluerunt ſerui Regis Saul extendere manus ſuas in Sacerdotes Domini*, etſi iuſſi.

2. Mach. 7. *Non obedio præcepto Regis ſed præcepto legis*, ait adoleſcens ſanctus.

Act 5 *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus*, ait Petrus, Apoſtolique vno ore omnes, Magiſtratui indicenti ſilentium de Chriſto.

Caninum nimis, illud Domini à ſeruis patrocinium.

N. n. ſi canis amicum æquè atque inimicum iure atque iniuriâ, hero leuiter inſtigante, momorderit, etiam ſeruus id præſtet.

Militum tamen inſolentiorum labes iſta, qui quod ipſi non audent, caculis ſuis imperant, neque caculam vllum volunt (*gall gou iart*) niſi *in vtrumq; paratum.*

Seu verſare dolos ſeu certæ occumbere morti, & volonem ac ſpontaneum ad facinus omne.

Lucan. lib. 2 de Mario. —*nulli geſtanda dabantur*
Signa Ducis, niſi qui ſcelerum iam fecerat vſum,
Attuleratq; in caſtra nefas.

Qui oues, gallinas, & omne pullorum genus, ſedulo cædat, concutiat ruſticum: vinum egregiè, aut aurum poſcat; percuriat, vulneret refractarios, &c. ille militi inſolenti chariſſimus cacularum,

Iudith. 12. Vagaonem illum, *qui introiuit ad Iudith, & dixit: Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate*, quis dubitet Holoferni in delicijs fuiſſe?

1. *Reg.* 22. Et Doeg Idumæum Sauli, 85. Sacerdotum parricidam?

Sed, à talibus imperijs, ſeruos ego libero, & abſoluo, imò non ego, ſed Dominus Magnus.

Legum. n. duarum inuicem aduerſantium, illa iure antiquior, quæ à Legislatore digniori.

Diuinis legibus, hominum ſancita abrogantur.

Cede Deo; ſequere Deum.

Neque illa legis apta Materia, quæ non Virtutis ſit, aut Indifferentis.

Digitized by Google

III.

Quàm variè peccatum in vnâ hâc alapa.

Peccatum hîc Malcho variè { 1. *Ingratitudine*; 2. *Ignauia*; 3. *Mendacio*; 4 *Aſſentatione*, 5. *Inſolentia*. }

* j INGRATITVDINE. An non ingratus, qui { 1. *Oblitus beneficij?* 2. *Diſſimulat?* 3. *Negat?* 4. *Non reddit, paratus ſemper accipere; nunquam dare?* 5. *Malo bonum penſat?* Altiùs, hoc vitium ire non poteſt. }

Malchus, vel oblitus auriculæ repoſitæ, vel diſſimulans adhuc calens beneficium, dum medicum vix a vulnere ſanus ſauciat, opere ipſo negat acceptam gratiam, neq. modò non reddit, ſed & bonum magnum, malo magno penſat.

Ergo Leonibus homo ille ingratior, qui, à quibus curati ſunt, obſeruant ac tuentur.

Viſum modo, in Androdo beſtiario, ac leone. *Ex Gell. ſup.*

* ij. *IGNAVIA*, cecîdit.n. { 1. *Armatus inermem*: 2. *Solutus vinctum*: 3. *Stipatus, ſolum*. }

Egregiam verò laudem, ſi ferro & ære grauis, cædit inermem: ſi haſtatus ac ſcutatus, audens in nudum ruit, aut expeditus, vincto inſultat.

Da nudos, vinctoſque Samſones: da Leones compeditos, quis armatus non inuadat?

Cædis, ô Malche, tempus tunc erat, cùm te Petrus mutilabat, & auriculæ diminutione, caput tuum multabat, latruncule.

Non ea vis illi, non tanta in pectore virtus.
Nulli ferre manum, nulli contendere ſuetus.

Militi-

Digitized by Google

Militibus hæc non inſolens inſolentia, qui ruſticos inermes armati, loricaque terribiles, & liberi vinctos ignauè quaſſant, & multi vnum.

Virg. 4. Æneid. *Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis*

Tuq; puerq; tuus,

Vna, dolo Diuûm, ſi fœmina victa, duorum eſt.

* iij. *MENDACIO.* Vox.n. Malchi cædentis ſonat, Pontificis tutelæ id datum (*Sic reſpondes Pontifici?* inquit) cum reuerâ, ſe ipſe vltus ſit.

Cyrill lib 11. *in Ioann.* Putat Chriſtum, cùm diceret (*Ecce hi ſciunt, quæ dixerim ego*) ſeruos notâſſe, ac veterem eorum offenſam in Dominos, refricaſſe, qui miſſi nuper, ad capiendum eum, captiuum non adduxiſſent, victi eius eloquentia, ſed rediſſent ad Dominos, dicentes: *Nunquam ſic loquutus eſt homo*, quibus verbis heros ità offenderant, vt tunc audirent; *Etiamne & vos decepti eſtis? nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum? &c.* Malchus ergo, vetus erratum ſuum ac cæterorum notatum indolens, vt illud penſaret; nequitiaque noua prætegeret, neque opinaretur Pontifex illum fauiſſe vnquam Chriſto., alapam hanc vincto impegit.

Obſtruxit os verax pugno, veritus, ne plura loqueretur, vnde fieret ſeruo herus infenſior.

Et fortè etiam recordatus vulneris accepti, à Petro eius diſcipulo.

* iiij. *ASSENTATIONE.* Placere ſic perperam voluit Domino. Non diſpliciturum hoc Pontifici, potuit, ex moribus eius & odio, opinari. Certè, non diſplicuiſſe, ſilentio teſtatus eſt Præſul.

Caculárum militarium inſtar hoc factum, qui Dominis cædunt villicum, ſi vinum aut aurum neget, capones, perdices ouillam, aut veruecinam, &c.

* v. *INSOLENTIA.* Nam contra iudiciorum morem, quo nemo vinctus, & adhuc cauſam agens, adhuc indemnatus, cædi ſolet.

Actum hîc late, in tortores iniquiores, qui præter Iudicum imperium, equuleo, virgis, vigilijs, inedia aut igne

igne reos ſæuiùs torquent.

Commiſeratione miſerorum vtendum, nec humanitas planè exuenda, ab affectu, aut effectu.

Homo, qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui.

Et ſeruandæ miſerorum vites, operis ad vitam deinceps neceſſarijs.

Et verendum, ne indignâ tormentorum vi, infecta falſi, in mortem immeritam, culpâ noſtrâ incidant.

Perillos illos, ſi ego Phalaris, ad ſuam ex ære vacam damnem.

NOTÆ

CONCIONIS XXIV.

Fer. 3. poſt Lætare.

THEM. *Principes autem & omne concilium quærebant falſum teſtimonium, aduerſus* IESVM, *vt eum morti traderent, &c.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie
1. *Qui Iudices Chriſti, & de quo quæſiere.*
2. *De adiuratione, quid ea, qui vtenda, & cur ad eam reſpondit Chriſtus.*
3. *De noctiludio in Chriſtum.* AVE.

I.

Qui iudices Chriſti.

Tres Ordines hominum hîc
1. *Principes, Sacerdotum*, quo nomine, non ſoli Caiphas & Annas, ſed & ij omnes, qui aliquãdo Pontificatum geſsêre, & Sacerdotum minorum turmis certis præfecti, conuoluti, vt latiùs in noſtra Paidolatria, ſeu tractatu de tribus Magis.

2. *Scri-*

tui ſancto, & nobis. Illis ſolis viſum, non etiam Spiritui ſancto: aut ſi Spiritui etiam ſancto, illis tamen primùm viſum, deinde Spiritui ſancto viſum, ſed tantùm ferre, & pati.

Ergo, & Iudices hi conueni ere, quaſi rem ſeriò diſcuſſuri, reuera autem omnes certi in Chriſti mortem coniurandi.

Pulcherrimè hic tria notata
- 1. *Quærebant falſum teſtimonium*, quòd veros teſtes non haberent.
- 2. *Aduerſus Ieſum*, qui nollet etiam falſis defendi.
- 3. *Vt eum morti traderet*, nō leuiuſcula, ſed capitalia crimina, aucupabātur.

Vna propè omnium vox: Nemo prodeat teſtaturus, niſi fallax; nemo, qui non idem hoſtis Ieſu, nemo, niſi de criminibus piandis morte telaturus; his hæc Curia omnibus ac ſolis patet; veracibus, amicis Ieſu, aut non ſerio inimicis, nugarum fumique venditoribus, clauſa.

Exeat hac aula, qui vult eſſe pius.

Sed miſeri nodu in ſcirpo quæſiere, & in niue nigredinē.

Matt. 26. *Et non inuenerunt, cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent, &c.*

Quid dixerint falſi illi teſtes, non referunt Euangeliſtæ.

Coniectura probabilis, teſtatos
- 1. *Illum dixiſſe, legem Moyſi reſcindendam, vt non bonam* (gall. au billon.) *ita in Stephanum actum* (*Act.* 6.)
- 2. *Sabbatha ſæpè ſæpiùs violaſſe;*
- 3. *Traditionibus Maiorum aduerſatum nouatorem;*
- 4. *In Beelzebub principe Dæmoniorum eijcere dæmonia, &c.* *Huiuſmodi enim aliàs ſæpè illi obiectata.*

Et non erant conuenientia eorum teſtimonia.

Non erant
- 1. *Quòd vnus hoc, alius aliud diceret; multa omnium cacophonia: Rem vnam duo non dicebant.*
- 2. *Quòd leuiora, & indigna Pilati auribus,* conue-

Conuenien-
tia, vel
nec ad mortem ſatis turmatim omnia.
3. Quòd, ſi grauia, tamen minus adparentia, aut falſitatis nimis aperta.

Inerat { *1. Repugnantia,* *2. Leuitas,* *3. Falſitas.*

Non ſatis conueniebant inſtituto, ac votis.

Nouiſſimè, duorum accuſatus, à duobus { *1. Iactantia.* Poſſum deſtruere, &c. *2. Voluntatis impia, ac minarum.* Ego diſſoluam, &c.

Et benè adiectum: *Nos eum audiuimus dicentem*: non, relatu didicimus, dixiſſe illum, &c.

Pluris .n. eſt oculatus teſtis, quàm auriti decem.

Teſtes iſti, cur falſi {
1. *Quod ſēſum Chriſti peruertēre*, loquebatur enim de templo corporis ſui; illi ad templum Salomonis detorſēre.
2. *Quod mutilauēre ſentētiam, demendo (Soluite, & excitabo.)*
3. *Quod adulterauēre, alia ſubſtituendo:* Diſſoluam, deſtruam, & reædificabo, quæ verba, lapides, & architecturam meram, olent.

Et non erat conueniens teſtimonium illorum.

II.

De adiuratione, quid ea, qui vtenda, & cur ad eam reſpondit Chriſtus.

Matth. 26. *Adiuro per Deum viuum, vt dicas, &c.*

D. Thom. 2. 2. q. 90. *Adiurare eſt ordinare aliquid ad aliquid, per diuina.*

Dupliciter fit adiuratio	1. *Cogendo tantùm*	*Dæmones*
	2. *Deprecando*	*Superiores*

Jn ſubditos, vſus, vtroque modo.

Creaturas etiam irrationales cogendo adiuramus, ne mali organa diabolo fiant: & deprecando, vt Dei inſtrumenta ſint in auxilium noſtrum. Adiurare autem

Digitized by Google

eas ſecundum ſeipſas, non vt motæ ſunt à Deo vel diabolo, vanum eſt & illicitum.

Adiurat hic Chriſtum Pontifex cogendo, ideoque peccat, quia Chriſtus Sacerdote etiam ſummo ſuperior.

Adiuro, inquit, j. exorciſo, quaſi a Dæmonio ſurdo ac muto obſeſſum.

Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti, verumtamen dico vobis; amodo videbitis filium hominis &c. Matth. 26.

Reſponſi Chriſti adiurati, hæ cauſæ:
1. *Reuerentia paterni nominis.*
2. *Obſeruantia ſacerdotij, & Pontificatus.*
3. *Meritum Sacerdotis, quòd ſc. vocaſſet Patrem, Deum benedictum.*
4. *Prouidentia, ne incredulitati ſuæ prætexerent taciturnitatem Chriſti adiurati.*

Amodo, j. olim poſt hoc temporis; vel non ita multò pòſt, ſeu iam hinc, videbitis me & reſurgere, & ſedere ad DEI dexteram, atque orbem totum iudicare.

Aliquorum n. ſenſu, Pontifices territat Iudicij vltimi commemoratione, lupato optimo ruentibus ad malum.

Origenes, totum tempus, à Paſſione Chriſti, ad diem vſque iudicij, quaſi pro momento ſumi ait, reſpectu æternitatis.

Ex aliorum mente, loquitur de iudicio priuato, quod vnumquemque manet mox a morte. Vt vt ſit, dicti vtriſque finis idem.

Caiphæ ſeniori, nonnulliſque alijs, pes iam alter in cymba Charontis, ideóque illis iudicij memoria maximè opportuna, præſertim grauiſſimè hîc peccaturis.

Territat trifariàm:
1. *Iudicij ſuperioris metu.* Videbitis venientem in nubibus, &c.
2. *Iudicis læſi perſonâ*, hoc eſt ſua. Videbitis filium hominis, j. me.
3. *Vicinitate Iudicij illius.* Amodò, ſeu iam hinc, non ita multò pòſt videbitis, &c.

Hæc tria, multò omnium terribilium terribiliſſima; & homini-

hominibus auocandis aut reuocandis à peccato, aptiſſima.

Eccleſ. 7. *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.*

Pſal. 118. *Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Feci iudicium & iuſtitiam.*

Act. 24. Fœlicem Iudicem Ethnicum Paulus etiam terruit commemoratione iudicij.

Heliæ, Abbati illi magno, tria terribilia: *mori, occurrere Deo, & decretum illud vltimum, & ineuitabile fatum audire*

D. Hieronymus. *Siue comedam, ſiue bibam, ſiue aliud quid faciam, ſemper inſonare videtur auribus meis illa terribilis tuba, ſurgite mortui, venite ad iudicium. Quoties diem illum cogito, toto corpore contremiſco.*

Huius ille memoria, fractus ieiunijs, &c. Romaque auulſus, matronas ac tripudia, &c. contemſit.

„ Hac de re, nos fuſiſſimè, in eo opere, quod prelo ſenſim
„ paramus, *De finibus Bonorum & Malorum.*

Filium autem *hominis*, dicit modeſtiæ ſtudio; & verò etiam, vt propiùs ad illud Iudicium adluderet, quo iudicaturus eſt homo homines, & refricaret Danielis de ſe vaticinium.

Daniel. 7. *Ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis, &c.*

Vox ergo iuſtæ grandiloquentiæ hæc fuit; ac minimè formidantis.

Theophyl. in 26. *Matth.*

Indignatus tamen reſponſo Pontifex, de ſolio ſurrexit, diſſcidit veſtem iræ impatiens, & vt omnes, vno ore, illum conclamarent reum mortis, effecit.

Iratorum hoc more, qui pileos in terram abijciunt, ac calcant, &c.

III.

De nocti ludio in Chriſtum.

Ità diſcuſſus, ita iudicatus reus, datur militibus cuſtodiendus, ebrijs, & mero grauibus (*ex mente Theophyl. in Luc.*) qui à nocte concubia, ad Auroram vſque, ne indormiſcerent, illuſère Chriſto, ſoliti alias luſitare chartis, aleis, &c.

Digitized by Google

In tympanum, aut menſam, iactâſſent illi potiùs aleam, quàm in Chriſti faciem, os, oculos, aures, indigniſſima ſputa, ſcommata, verbera, & quæ cuique collibuit!

Inſolentia multiplex militum:
1. *Illuſio*, illudebant ei;
2. *Quaſſatio*, Cædentes;
3. *Conſputatio*, Expuerunt in faciem;
4. *Velatio oculorum*, Velauerunt eum;
5. *Colaphizatio*. Colaphis eum ceciderunt;
6. *Alapizatio*, Palmas in faciem eius dederunt;
7. *Sarcaſmi*, Prophetiza nobis, quis eſt qui te percuſſit? Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.

Diſtinxi alapas, à colaphis. Nam alapam dicimus, percuſſionem, quæ in genis, ac facie totâ, à palmâ aut volâ manus: colaphum, qui à pugno clauſo : & (ſi quibuſdam creditur) colaphizare, eſt bacillo maxillam alicuius, collũ, caputq; cædere, res apud Mauros Iudæosq; ; opprobrioſa.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut poſſit lachrymis æquare dolorem?

Creatori noctis ac quietis, nec mora, nec requies. Remige quolibet, moláque aſinariâ Chriſtus tunc inquietior.

Apud te (ô Pater hominumque Diuorumque) nox iſta Filij tui, Inferno ipſo acerbior, patrocinetur tot noctibus peſſimis filiorum hominum, tot peccatis quæ nocte, in cubilibus, fœdè perpetrantur, à coniugatis, à viduis, à ſolutis, &c.

Dura hîc, & opprobrioſa æquè omnia, illudi, quaſſari, ſputis infici, &c. neque enim ſaliuæ fûere, ſed excreationum fœdarum viroſum tabum.

Sibylla apud Lact. lib. 4. *inſtit. c.* 18. Virulentas ſaliuas vocat, ego & croceatas dixerim, à colore, extortas pulmonibus.

Caſtalion lib. 8. oraculorum Sibyllinorum. *Ad viroſa, genas præbebit ſputa, pudentes.*

Hircus, olim in lege, ità conſputatus.

Deut. 25. Conſpuit vidua in faciem fratris viri ſui ; nolentis

lentis ſuſcitare mortui ſemen.

Plautus in Captiuis Egio loquitur. *Ne vetere, multos iſthic morbus homines macerat.*

Quibus inſputari ſaluti fuit: atque ijs profuit.

Valer. Max. lib. 5. cap. 1. Magnæ improbitatis loco narrat, quòd in Piſiſtratum Athenienſium Tyrannum, Thraſippus temulentus inſpuerit.

Sed en tibi Chriſtum, ſputis cohortis, miniſtellorum, ac ſtrumæ ciuitatis expoſitum.

Ita verò his fœdata illa olim pulcerrimi facies, vt hinc, Iſaias præſcius, leproſum illum æſtimârit. *Iſa.* 53.

Et velauerunt eum.

Velandæ faciei Chriſti cauſa biceps:

1. *Horror ſputorum.* Nauſeam, etiam ipſis ſpectatoribus, fœditas illa prouocabat. Illinc quanta fuerit, tu cenſeas.
2. *Splendor vultus reuerendi.* Pſal. 44. Specioſus .n. formâ, præ filijs hominum; facie erat tam liberali, & tam regiâ, vt omnes adliceret, vel ad amandum, vel reuerendum, vt conſtat ex ep. Lentuli ad Senatum Rom.

QVÆ N. QVIDAM BONÆ-SPEI TRECENſis, additamento primo ad ſuum libellum, cui diuinatum Epiſtolarum fecit nomen, de IESV CHRISTI D. N. pulcritudine admirandâ, habet, huc tibi transferri, bone Lector, non putaui importunum, pauculis caſtigatis.

Titulus ergò apud illum talis.

CHRISTI DESCRIPTIO SECVNDVM GENTILES.

LEGITVR *in libris Annalibus apud Romanos exiſtentibus, quòd Dominus* IESVS CHRISTVS, *qui dictus fuit à Gentibus Propheta Veritatis, ſtatura fuit procerus, medıocris & ſpe-*

Digitized by Google

& ſpectabilis, vultum habens venerabilem, quem poſſent intuentes & diligere & formidare: Capillos habens nucis auellanæ præmatura, & planos ferè vſque ad aures, ab auribus cincinnos criſpos aliquantulum cæruliores & fulgentiores, ab humeris ventilantes; diſcrimen habens medio capitis iuxta morem Nazaræorum; frontem planam & ſereniſsimam, cum facie ſine rugâ & maculâ, quam rubor moderatus venuſtauit. Naſi & oris nulla prorſus fuit reprehenſio. Barbam habens copioſam, puberem, capillis concolorem, non longam ſed in medio parùm bifurcatam: Aſpectum ſimplicem & maturum, oculis glaucis, & varijs & claris exiſtentibus: In Increpatione terribilis: In Admonitione blandus, & amabilis: Hilaris, ſeruata grauitate. Aliquando fleuit, ſed nunquam riſit. In ſtatura corporis, propagatus & rectus. Manus & brachia viſu delectabilia. In colloquio, Grauis, Rarus, & Modeſtus. Ideò meritò ſecundum Pſalmiſtam, Specioſus formâ præ filijs hominum.

Valde conſonant iſta his, quæ leguntur in Epiſtolâ P. Lentuli Romani pro Conſ. ſcripta Jeroſolymis ad S. P. Q. R. & nuſquam alibi lego, quàm in hortulo Animæ.

Jta facies Chriſti, & tota corporis compoſitio, ſanè pulcerrima, digniſſima imperio, imo Filio Dei, digna quàm nemo *præter Appellem*

Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra.

Vnius itius *vultum ſimulantia*: digna ſemper fixis omnium oculis videri, indigniſſima cædi, conſputari, & ſic, à tortoribus iſtis obuelari.

Res potens, forma egregia, & facies digna imperio.

Saxo Grammaticus lib. 8 hiſt Dan. Mihi autor, Suauildam Reginam, tam liberalis fuiſſe formæ, vt iniquè damnatam, datamque, nudo & vincto corpore, equorum pedibus conculcandam, equi ipſi ſint reueriti, locoque fixi conſtiterint.

Paradinus in illud, Vel in arâ, Galeatum Mariam, Ducem Mediolanenſium, egregiâ ſua forma, hoſtes ſuos, ab aulis crudelibus abſterruiſſe, commemorat.

Meduſæ formoſiſſimæ ſpectatores, ſecundum aliquos, lapiduerunt.

Non poterant olim Iſraelitę in faciem Moyſi intendere,

propter

propter nimium illius ſplendorem, conceptum ex conſortio ſermonis Dei in monte.

Mithridates Rex Ponti, & Marius Cos. Romanus, percuſſores ſubmiſſos ſolis vultibus terruerunt.

Cæſar Auguſtus fuit toto corpore pulcher, ſed oculis magis, quorum aciem clariſſimorum ſyderum modo vibrans, libenter accipiebat cedi ab intendentibus, tanquam Solis radijs, aſpectu ſuo: a cuius facie dum quidam miles oculos auerteret, & interrogaretur ab eo, cur ita faceret, reſpondit: *Quia lumen oculorum tuorum ferre non poſſum.* Eutrop lib. 7. de geſtis Rom. in Aug. et Sext. Aurel. Victor in Auguſto.

De Tamerlane pænè idem narrat Io. Becanus in eius vitâ Gall.

Quam radiantes oculos habere debuit Chriſtus Cœli Cæſar Auguſtiſſimus, non ex conſortio ſermonis DEI, ſed inhabitantis plenitudinis Diuinitatis in ipſo corporaliter?

Reſplenduit facies eius ſicut Sol, non ſemel tantùm in mõte ſancto; ſed quoties libuit, & decuit. *Matth* 17.

Territamento nonnunquam, vt in templo, cùm inde profanum vulgus abigebat; nonnunquam amoris ac venerationis irritamento, tanto ſplendore vultûs atque oculorum ſpectabilem ſe præbuit, vt in monte Thabor, & hîc quoque fortaſſis.

Illi ergò, vel ne terribilibus eius oculis à feritate abſterrerentur, vel ne iiſdem tam venerabilibus, & perſuaſtrice formâ Chriſti admiranda, eius miſereſcerent vel inuiti, ſed ſæuirent latiùs, faciem illam illectricem obnupſere.

D. Hieronymo in c. 14. *Marci*, hoc cauſæ.

Velâtur horror, velâtur ſplendor, crudelitatem certè velantium, velum hoc non velat, ſed reuelat, qui eousq; Sole pulchriorem conſpuere, vt ferre ipſi non poſſent, aut, ideò velârunt pulcerrimum, vt latiùs ſæuiendo effunderentur. Huccine rerum?

Quis dicat alapas, palmarum ictus, colaphos?

Colaphis illi tubet totum caput, facies liuida, fortè & excuſſi dentes, a dentifrangibulis illis, riuique ſanguinis eliciti, &c.

Adde acerbiores omnibus illuſiones, ſarcaſmos, hoſticas irriſiones, & felle miſtos iocos.

Matth 26. *Prophetiza nobis Chriſte, qui eſt qui te percuſſit? Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.*

Virgil. 2. Æneid. ——— *referes ergo hæc, & nuntius ibis*
Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta
Degeneremq́; Neptolemum narrare memento.

Idem alibi. *En agros, & quam bello, Troiane, petiſti,*
Heſperiam metire iacens.

Irriſiones autem, graues magnanimis æquè ac puſillanimis, adeò vt plerique, hoc mali, morte conſcitâ ſibi, præuenerint.

1. *Reg. vlt*. Saul, deletis copijs, armigero, *Percute me*, ait, illo autem detrectante, ſeipſe occidit, has vitans.

Iuba, Rex Mauritaniæ Pompeianorum cõſtantiſſimus, commiſſo prœlio victus, nullâ ſpe reliquâ, magnificè epulatus cum Petreio mutuis vulneribus concurrens, cecidit.

M. Cato Vticenſis, Vticæ deſperatis rebus, etiam ſeipſe occîdit.

Annibalem quoque hauſto, quod in annuli gemma circumferebat, veneno, mortem ſibi conſciſſe volunt nonnulli: credo omnes hoc adſpectu, vt, ne victi, victoribus ludibrio, eſſent, triumphati, ære & vinclis graues.

Paupertati duriſſimæ nihil duriùs, quàm rideri.

Iuuen. ſat. 3. *Nil habet infœlix paupertas durius in ſe,*
Quàm quòd ridiculos homines facit.

Chriſto igitur, illuſio ac ſubſannatio, omnium acerborum propè acerbiſſima, etſi fortiter lata.

Iſai. 50. *Corpus meum dedi percutientibus, &c. Faciem meam non auerti, ab increpantibus, & conſpuentibus in me.*

Ah! Milites! Quàm neſcitis, cui illuditis! Itáne is ludibrio dignus, quem cæli cardines, quem Dæmones ipſi contremiſcunt? quem hierarchicæ tremunt poteſtates? Conſputandáne illa facies fuit, aut velanda, in quam Angeli deſiderant proſpicere? & quam olim tot Prophetæ intueri totis votis exoptarunt?

Pſal. *Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.*

Pſal. 142. *Ne auertas faciem tuam à me.*

Digitized by Google

Pſal. 26. *Faciem tuam, Domine, requiram.*

Luc. 10. *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Multi Prophetæ & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt.*

Itáne vos noctuæ, aut lippi, vt Solis huius radios ferre nequeatis?

Itáne cætera circumquaque munda, & facies illa tam immunda, vt ſputis veſtris non ſit aptior locus?

Ariſtippus, cum à Phryge quodam, Quæſtore Dionyſij, eſſet inductus in domum, ſplendido inſtructam adparatu, precioſiſque ſtratam pauimentis, velletque excreare, in faciem hoſpitis magnifici inſpuit, indignantique reſpondit, nullum ſe, in quem exſpueret; viliorem locum inueniſſe.

Et Diogeni id quidam tribuunt.

Adeóne ergo vobis ſorduit facies illa decora, vt in eam, quaſi in ſentinam, aut cloacam omnes excreationes inſpuatis?

Tempus erit, quo hæc, cæteraque vniuerſa, infecta nequidquam cupietis, dicetiſque: *Hic eſt, quem aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij, cuius vitam æſtimabamus inſaniam, &c.* Sap. 5.

Et vultum eius obnubitis, vt latiùs ſæuiatis, ô noctuæ Solis inimicæ!

Quàm optabitis olim, ſplendorem vultus eius intueri, &c.

NOTÆ

CONCIONIS XXV.

Fer. 4. poſt Lætare.

THEM. *Principes Sacerdotum, & omne concilium, quærebant falſum teſtimonium, contra* IESVM, *&c.*

Facta repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie
- 1. *Quid boni huic Concilio & quid mali.*
- 2. *Teſtis falſus quis quantùm, & in quos peccet.*
- 3. *Vt is internoſcendus, ne fallatur Iudex.*

AVE.

I.

Quid boni huic Concilio, & quid mali.

Nihil ex omni parte beatum, neque vndequaque miſerum.

Malo iſti Concilio hæc inſunt bona
- 1. *Multitudo* Ibi ſalus, vbi multa conſilia. Plura vident oculi, quam oculus, &c.
- 2. Dignitas triplex, quâ ab
  - 1. *Sacris.* Nam ibi Sacerdotes, ijque proceres.
  - 2. *Literis.* Nam ibi Scribæ, Doctores, literarum SS Profeſſores.
  - 3. *Ætate ſenectutis.* Nam ibi Seniores.

Senes conſilioſi. In ſenibus, prudentia, experientia, viſque exemplorum *Rara datur longo prudentia temporis vſu*, ait ille tertius Cato de cœlo lapſus

Conſilio iuuenum fidis Melibæe, ruinam
Expectare potes.

3. *Reg.* 13. Hieroboam conſilio iuuenum vſus, regni decem partes amiſit.

Concilij huius exemplo, autor ego, ad concilium etiam bellicum non ſolum palliatos aut paludatos aduocandi, ſed & togatos, ac imbelles ſenes.

At Dux & miles inquis, experientia melior. Certè, ſed non rum omnium. Quî enim? Nam paucis annis, quiſque militauit, & ſi vita totâ. *Vita breuis, ars verò longa*, ait Medicus.

Lite-

Literati autem, helluonesque librorum, è libris, omnia, omnium temporum, experimenta in promtu habent, ſtratagemata Alexandrorum, Annibalium, &c. legant: pleraque ab ipſis ſcripta, qui aut geſſere, aut, cum gererentur, interfuere.

Literati narrent, armati omnia audiant, ſeligant commodiſſima, & efficiant. Delectum habeant, non modò militum, ſed & conſiliorum.

Literati, oculos, armati, manus reipub. commodent. *Vide concionem* 18 *ex ijs, quas ſcripſimus, de Ioan. Baptiſta apud Herodem oris libertate.*

Lampridius in Seuero. *Nullam conſtitutionem ſacrauit, ſine viginti iuriſperitis, & doctiſſimis ac ſapientibus viris, ijs denique diſertiſſimis, quinquaginta, &c.*

Senes etiam, etſi non Senatores, in concilium, de re graui, & Annibale ad portas, velim in Senatum vocari, imò, ſi opus, aut carpento vehi, aut ſella deferri.

Terent. in Andr. *Seni verba dare, difficile eſt.*

In paucis paruiſque delirus, in multis, magniſque ſenex ſapit. Senes ſi audiſſet Troia, de Helena, ſuperſtaret, Priamique arx alta maneret.

Sæpe, & olitor opportuna loquutus.

Centumuiri apud Romanos, cur tanto numero, litibus iudicandis, conſtituti?

Vnde illud: *Et firmare iubet centeno iudice cauſas.*

Quingentumuiratum etiam Iudici adſtitiſſe, repertum mihi. *Demoſthenes pro Cteſiphonte.*

Macrob lib 1 *Saturnal c* 11. Et ab ancillæ Tutelæ cõſilio, Romanis olim ſalus. Illa enim, cum cæteris ancillis, habitu matrumfamilias virginumque ſumto, ad hoſtes, qui matresfamilias virgineſque dedi popoſcerant, profecta, Romanis victoriæ viam aperuit.

Mala verò illi, à

1. *Tempore*: Nocte enim coitum eſt.
2. *Loco*: In domo priuata Caiphæ.
3. *Modo*: Non inuocata Numinis ope.
4. *Præcipitantiâ*: Vixdum bene captus, iudicatus eſt, etiam ante auroram.
5. *Affectibus*: Iras enim & odia, ſequutus quiſque.

6. *Ial-*

6. *Falſi ſtudio*: Quæſiti enim ſtudioſè falſi teſtes.

* j. *TEMPORE*. Noctis negotia ſuſpecta, cùm nihil nocet mora exſpectatæ lucis, vt hic.

Qui malè agit, odit lucem.

Job. *Oculus adulteri obſeruat caliginem.*

Varronis ſanctio fuit, S. C. ante exortum, aut poſt occaſum Solis factum, ratum non eſſe.

Senec. l. 1. de tranquil. vitæ c. 14. *Maiores noſtri nouam relationem poſt horam decimam fieri vetabant.*

Nox profundior, & cæna lautior ac lętior, ab agno Paſchali, Iudices hos faciebat ſomno graues, dormitabundos, & ad cenſuram tantam ineptos.

Plutarch. in apopht. Benè Machętes quidam, qui, à Philippo ad Philippum, damnatam cauſam adpellauit, quòd pro tribunali ſedens Rex dormitabundus, nec ſatis ad cauſæ æquitatem adtentus iudicaſſet.

Stob. ſer. 13. Et anus illa non malè, quæ pari fortuna, ad Philippum adpellauit vigilantem.

Si Areopagitas noctu vt plurimum iudicaſſe ais: ego reſpondero, hoc eo id feciſſe eos, vt ne adfectus vllus cognitos reos, temere aut abſolueret, aut premeret. Quo fine, adpicti olim Judicibus oculi conniuentes.

Rurſus, hoc illos ex more feciſſe: nos verò loqui de ijs, quibus etſi inuſitata nocturna comitia, nocte tamen conuenire, adfectus pręceps imperitat.

* ij. *LOCO*. Nam in domibus priuatis Annæ, Caiphæ.

Judæorum veteri more, in portis vrbium iudicatum.

Romanorum vet. iudicia, in agro.

Propert. lib. eleg. de antiquâ Româ. *Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites,*

Centum illi prato, ſæpè Senatus erat.

Areopagitæ, ſub dio, iudicauere.

Publicum amat, quod decorum.

Plutarch in apopht. Regiè Antigonus, Marſyæ fratri, poſtulanti, de ſua cauſa, domi cognoſci: *Si nihil*, inquit, *præter ius agimus, meliùs fiet in foro, cunctiſq; audientibus.*

Sed,

Sed, nec Romanis quidem locus quiſlibet publicus, iuſtus locus Senatus habendi, ſed templa tantum, neque vniuerſa, id eſt, omnis alicuius *Dei* ædes.

Zonaras inſinuat: *Nam*, Vulſinenſium legatos clam miſſos Romam, ægrè impetraſſe narrat, vt in ędibus priuatis (ne eorum legatio euulgaretur) Senatus conueniret.

Et Dion. lib. 54. *Vltimis temporibus cùm in Rempub. inuaſiſſet Octauianus decreuit vt & Senatores ture, ac mero ſupplicarent illi Deo in cuius templo Senatus habebatur.*

Lampridius in vita Seueri, ait, Senatum frequentem in Curiam, hoc eſt, in ędem Concordiæ templum inauguratum conueniſſe.

Concilia Romanis, potiſſimum in Deorum immortalium templis, vt, veneratione quoque loci, Senatores, à prauis cogitationibus abducerentur.

Seruius in illud 7. Æneid. auguſta ad mænia, &c. Niſi in auguſto, (*j. augurio conſecrato*) loco Senatus conſilium habere non poterat.

Vnde, templum Veſtę non fuit augurio conſecratum, nè illuc conueniret Senatus, vbi erant virgines: Nam hæc fuerat Regia Numæ Pompilij. Ad atrium autem Veſtę conueniebatur, quod à templo remotum fuerat.

Lucanus, de Senatu à Cæſare coacto. ——*Phœbæa palatia complet*
Turba Patrum, nullo cogendi iure ſenatus.
E latebris educta ſuis.

* iij. *MODO.* Non primum implorato Deo, niſi valde ſerò, cum dixit: *Adiuro te, &c.*

Varro & Appian. l. 2. Priſcus mos, vt Magiſtratus Senatū habiturus, hoſtiam immolaret, auſpicareturque.

Dion. lib 54. Octauiani decreto cautum; vt & Senatores ture ac mero ſupplicarent illi Deo, in cuius templo Senatus habendus.

Sueton. in vita Aug. *Quo autem lectiprobatiq́;, & religioſius, & minori moleſtia, ſenatorio munere fungerentur, ſanxit Auguſtus, vt priusquam cōſideret quiſquam, ture ac mero ſupplicaret apud aram eius Dei, in cuius templo coiretur.*

Certè, ſi reliquarum rerum agendarū à Dijs capienda exordia,

ordia, maxime iudiciorum, criminum inſectandorum, & fati de vita ac nece.

Ab hoc fortè ritu eſt, quòd à PP. Minoribus, ipſo Comitiorum ſuorum die, Miſſæ tres decantentur, & ipſo Electionis noui Miniſtri articulo, hymnus, *Veni creator &c.*

Virgil. *Ab Ioue principium Muſa.*

* iiij *PRÆCIPITANTIA.* Vixdùm benè vna hora captus Iesus, iudicatur, damnatur. Coniurationi id ſimilius; quàm concilio.

Quantulum temporis, horula, ad deliberandum cenſendumque, de morte, ac quidem viri tam illuſtris?

Iuuenal. ſatyr. 6. *Nulla vnquam, de morte hominis, cunctatio longa eſt.*

Mors inflicta non profligatur.

Plutarch. in Laconicis. Prudenter Lacedæmoniorum ſenes, qui plures dies poſcerent, cognoſcendis cauſis de capite, quod ſc. ſi hic error, nullus correctioni locus: ſin verò indulgentijs quis abſolutus, liceat rectiùs poſtea ſtatuere.

Vt in bello, ita in damnatione capitis ſemel erraſſe; plus ſatis.

Anton. ſer de incorruptis Iudicibus. Democrito, iure is Iudex probatus, qui citò intelligit, & lentè iudicat.

Senatores Rom. in foro voluère ſex horas accuſatori; reo nouem dari: ne paucioribus clepſydris tempore præſcripto, cauſæ præcipitarentur.

Cn. Compeij iuſſo, tandem reſciſſus hic numerus, atq; accuſatori duæ horæ, tres reo relictæ.

* v. *ADFECTIBVS.* Hos illi conſiliarios peſſimos ſequuti. *Perit .n. omne iudicium, cum res tranſijt in adfectum.*

Nam, *Exurgens Pontifex ſcidit veſtimenta ſua.* Furor itaque mentem præcipitat.

Iræ æſtus, Pontificem, de throno, deturbauit, & furor veſtem conſcidit.

Ab irato Alexandro, ad non iratum Alexandrum olim prouocatum; nunc, à Caiphâ ad Caipham, etiam prouocandi iuſta cauſa.

Sed

Sed omnes, vnam, vnius hominis bacchantis vocem ſequuti, eodem inuidiæ morbo omnes ægri, in partem eius tranſiere.

Virgil. 2 Aeneid. — *Et quæ ſibi quiſque timebat, Vnius in miſeri exitium conuerſa tulere.*

* vj. *FALSI STVDIO.* Ipſi Iudices, falſos teſtes aucupati.

Principes Sacerdotum, & omne concilium quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum &c ait Euang.

Ariſt. lib. 3. Rhet. *Iudicem & aram, idem eſſe aiebat Archytas.*

I I.

Teſtis falſus, quis, quantùm & in quos peccet.

Teſtis falſus, is mihi

1. *Largè*, qui mentitur, verbo ſonoro, contra tacitum mentis verbum teſtans.
   D. Aug. lib. de mendacio Non falſum teſtimoniũ dices, ait amplecti omne mendaciũ. De quo, nihil modò.
2. *Arctiùs paulò*, qui ſlibet, cauſæ falſæ religionis, moriẽs Nam is, fuſo ſanguine, verã profitetur, quæ falſa eſt. Falſi ergò martyres, cacomartyres Caluiniſmi.
3. *Arctiſſimè*, qui apud Quæſitores, Iudices que legitimos, in iudicio, falſum eloquitur, intentione fallendi, aut nutu, aut epiſtolijs, &c. Si extra iudicium, non item.

Peccat mortaliter qui vltimi generis.

Exod. 20. *Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.*

Exod. 23 *Non ſuſcipies vocem mendacij nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falſum teſtimonium.*

Peccat is in
- *Deum,*
- *Iudicem,*
- *Reum,*
- *Rempub.*

* j IX

*j. IN DEVM, dupliciter { 1. *Legem eius ſpernens,* 2. *Teſtem eum falſitatis interponens.* }

Cic. de off. *Quum verò iurato ſententia dicenda ſit, meminerit, Deum ſe habere teſtem.*

Iſidor. lib. 3. de ſummo bono c. 59. *Teſtis falſidicus tribus eſt perſonis obnoxius, primò Deo, quem periurando contemnit, conſequenter Iudici, quem mentiendo fallit: poſtremò innocenti, quem falſo teſtimonio lædit.*

Dixi periurando; Nam non, niſi præſtito, aut ſubaudito iuramento, admittitur teſtis.

D. Auguſt. in Matth. 26. in illud: Quid vultis mihi dare. *Qui pro munere falſum teſtimonium dicunt, Chriſtum, qui veritas eſt, vendunt.*

V. Bed. 3, & ponitur in cap. 11. q. 3. abijt, vbi ſic. *Multi hodie Iudæ ſcelus, qui Deum ac Dominum, Magiſtrumq́; ſuum pecunia vendidit, velut nefarium execrantur, nec tamen cauent. Nam cùm muneribus, falſum contra quemlibet teſtimonium dicunt, profectò quià veritatem pro pecunia negant, & Deum pro pecunia vendunt. Ipſe enim dixit: Ego ſum veritas. cùm etiàm ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte maculant, Deum produnt, quià Deus charitas eſt.*

*ij. *IN IVDICEM*; fallens, &, quà poteſt, eum perdens

Nàm; qui aut innocentem plectunt, aut nocentem temerè abſoluunt, ipſi ſibi damnationem adquirunt.

Quàm frequens Judicibus errare, deceptis falſorum teſtium nequitia!

D. Ambr. ep. 20. ad Horontianum. *Cauſam dicere compelluntur Iudices, ſecundum audita & probata.*

Falſi teſtis fraude, vileſcit thronus Dei, *j.* Iudex ipſe, cui inſidet Deus, Iudicis ore Judicans, manu ſubſignans, & gladio vindicans.

Judex organum, oraculum, & interpres eſt Dei.

2. Paral. 19 *Videte, Judices, quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini.*

*iij. *IN REOS*, ſeu innoxios, ſeu nocentes. In innoxios variè.

His enim famam, his vitam, his ciuitatem, his bona, &c. eripit.

Jn nocentes peccat bifariàm	1. *Priuatione boni pœnæ*, veterum delictorum. 2. *Incentiuo*. Jmpunitas enim incentiuum delinquendi.

* iiij. *IN REMPVB.* quam ſine iudiciorum priuat, nempe ciuium pace. Læditur illa candida Pax, cùm Judex innoxium damnat, nocentem abſoluit, regulam teſtium ſequutus.

Vt is corpori meo iniurius, qui brachium ſanum ſecet; aut vrat: ità vrbi, qui vrbe pellit, vel vrbi morte aufert ciuem bonum.

Vt is quoque corpori meo noxius, qui membrum iã putridum non recìdit, aut chirurgo autor eſt non ſecandi, aut vrendi, cùm opus (nàm hinc, ſanis corporis reliquijs, periculum:) ſic, qui falſo teſtimonio, Judici vt nocentem abſoluat, autor eſt, vrbi eſt, orbique toti iniurius.

Ouid. lib. 1. Metam. *Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus.*

Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Claudianus in Eutropium. *Vlcera poſſeſſis altè ſuffuſa medullis*

Non leuiore manu, ferro ſanantur, & igni.

Ideò olim Rom. Conſſ. prælati faſces, hoc eſt virgæ ſecuribus adligatæ, quibus idem ſignificatum, virgæ enim corrigunt, ſecures abſcindunt.

Ergò, tu teſtis future, audi:

Juuenal. ſat. 8. ——*ambiguæ, ſi quandò citabere teſtis,*

Incertæq; rei; Phalaris licèt imperet, vt ſis
Falſus, &, admoto, dictet periuria, tauro:
Summum crede nefas, animam præferre pudori,
Et, propter vitam viuendi perdere cauſſas.

I I I:

Vt is internoſcendus, ne Iudex fallatur.

V Cæte-

Cæterum, ne hinc fallare , ô Judex , hæ tibi erũnt artes.

Ars quadruplex internoſcendi falſum teſtem à vero

- *1. Conditionem diſcute.*
- 2. *Terre,*
  - *1. Talionis metu,*
  - *2. Sceleris magnitudine,*
  - *3. Solennitate rituum,*
  - *4. Adſpectu ſupplicorum Rei.*
- 3. *Lictorem eſſe iube teſtẽ ipsũ,*
- 4 *Segrega.*

* 1. *CONDITIONEM DISCVTE* , ſeruusne an liber, ingenuus, auarúſne an iracundus, &c. Mores; an ebrioſus; an voluptarius, &c. maximè, an inimicus Reo. denique & ætatem, an puer, an delirus ſenex.

Suſpecta mihi, ſeruorum in Dominos , teſtimonia; quòd Domini ferè ſeruis odioſi, nunc iure , nunc iniuria.

Et dedecorum, ſeruo in Dominum eſſe ius vitæ, neciſque.

Et: *Seruo deterius nihil, ne bono quidem.*

Si aurus, certè, linguæ venales auarorum.

Juuenal. ſat 14. *Falſus erit teſtis, vendet periuria, ſummâ*
Exigua Cereris tangens aramque pedemque.

Auro venalia iura.

Si ebrioſus, facilis deceptu eſt.

Hiſpanorum moribus, fas reo reprobare teſtem, vel viſæ ebrietatis conuictum.

Horat . *Quid non ebrietas deſignat? operta reuelat.*

Emota mens ebriorum plerumque, & hauſtu vini, quaſi canem, aut Cerberum, offa aliqua frugibus medicata illos euincas, vt ſileant, & latrent, cum iuſſeris.

Si voluptarius, & inſanis amoribus ſeruiens, quàm parua illius fides!

Amantium, leuis ac volubilis fides, iuramenta ac periuria, ſuſque deque habent.

Ex fraude, fallacijs , mendacijs conſtare toti videntur.

Plaut. in Aulul. *Pactum non pactum eſt ; non pactum pactum eſt, cùm illis lubet.*

Non

Non ego iuraui, legi iurantia verba, ait Cydippe Acontio, apud Ouid in ep. Heroid.

Iurauit lingua, mentem iniuratam gero.

Geneſ. 39. Vxor Putiphatis quam in Joſeph teſtis falſa!

Dan. 13. Et ſenes illi ſudantes in Venerem, falſi Suſannæ delatores.

Si inimicus Rei, audi quid dicat, Bonum, an Malum.

Si bonum de hoſte, recipe; nam teſtimonio hoc nullum grauius.

Chryſoſt. homil. 82. in 18. Joan. *Maximum veritatis argumentum, inimicos in teſtimonium adducere.*

Si malum: tunc ſuſpectum eſto.

D. Ambroſ. epiſt. 66. *Duobus aut tribus teſtibus ſtat omne verbum, ſed illis teſtibus, qui ante diem heſternum, aut nudiuſtertius non fuerunt inimici, ne irati nocere cupiant, ne læſi vlciſci ſe velint. Inoffenſus igitur adfectus teſtium quæretur.*

Ex Stob. ſer. 44 Demoſthenis *optimus ille teſtis eſt, qui beneficijs non fuerit obſtrictus, ſed abſque beneuolentiâ in alios coram Iudicibus loquitur.*

Si puer, incorruptum æſtimabis.

Jſidor lib. 3. de ſummo bono. *Nihil eſt puero teſte certius vtique quinquenni. Nam & ad eos peruenit, vt intelligat; & ad eos, quibus fingere non valet.*

Prouerbium noſtras. *A pueris ebrijſq; veritas.*

Tamen pueros produci teſtes, extra morem Iudiciorum eſt.

Si mulier, audies Vlpianum.

Vlpianus digeſtor. l. 28. tit. 1. lege viceſimâ. *Mulier teſtimonium dicere in teſtamento quidem non poterit. Aliàs autem. poſſe teſtem eſſe mulierem. &c.*

Teſtimonium dicere qui valeant, diſces, ſi voles, ex Concilio Lateran. ſub Alex. 3. celebrato Tit. de Teſtibus, & C de teſtibus.

Item Panormitano ſup cap. Cum Eccleſia, De cauſis poſſeſſionum & proprietatum, & cap Cum nuntius, De teſtibus, necnon Gratiano 2 quaſt cap. Præſul, & 2. quaſt. 5. per totum.

* ij. *TERRE* teſtem { 1. *Talionis metu*, 2. *Sceleris magnitudine*;

 Pro-

probandum ⟨ 3. *Solennitate rituum,*

⟨ 4 *Adſpectu ſuppliciorum Rei.*

* 1. *TALIONIS METV.* Dic, pænam paratam reo, iure in teſtem ruere, qui decipit.

Deut. 19. *Si ſteterit teſtis mendax contra hominem, accuſans eum præuaricationis, ſtabunt ambo, quorum cauſa eſt, ante Dominum in conſpectu Sacerdotũ & iudicum, qui fuerint in diebus illis. Cumq; diligentiſſimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem, dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere Non miſereberis eius, ſed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.*

Adrianus Papa. *Qui non probauerit, quod obiecerit, pœnam quam ipſe intulerit patiatur,* & ponitur in cap. 2. q. 3. qui non.

Damaſus ib. *Calumniator, ſi in accuſatione defecerit, talionem recipiat.* Propriam illam accuſatorum pænam, etiam in falſos teſtes ego deflexerim.

Lib. 3. Rub. 1. Ordinationum Imp. ac ſtatutorum regalium ſtrangulari iubetur falſus teſtis.

Concilium Elibert. c. 74. & Agath. c. 37. priuat communione Eccleſiaſtica.

Daniel. 13. Senes Suſannam calumniati; plecti iuſſi.

Eſther 6. Et Aman, in eam crucem actus; quam parârat Mardochæo.

Iubeam quoque, ipſos falſos teſtes, deteſtari ex theatro teſtimonium priùs (aut alium quemlibet, ipſis præſentibus, recantare, atque infames proclamare) ac mox pœnas dare: pænas inquam, legi violatæ; recantationem, famæ læſi.

Quam aptè olim pendebat laqueus, è collo dicturi teſtimonium!

Plutarch. tom. 1. moral. tract. de quæſt. græcis q. 28 *Tenæ fanum tibicini intrare non licet, quòd cum Nouerca Tenem hunc ſolicitaſſet de inceſto concubitu, Molpus tibicen falſum teſtimonium contra Tenem dixerit.*

* 2. SCE-

* 2. *SCELERIS magnitudine*, in { 1. *Deum*, 2. *Iudicem*, 3. *Reum*, 4. *Rempub.* } *de quib. ſup.*

* 3. *ET RITVVM SOLENNITATE.*

Olim in more, aram tangere, ac è Diuis aliquem.

Iuuenal. ſat. 14.——*vendet periuria ſumma*
Exigua, Cereris tangens aramq; pedemq;.

Ergò, non elata tantùm, in cælum & ad Superos, manu, teſtimonium dicere iubeto, ſed contacto quoque S S. Euangeliorum libro, adhibito etiam, non dumtaxat ſubaudito, iureiurando; omnia denique, ſumma pompa, agi curato, vt ſapiat teſtis, rerum attonitus Maieſtate.

* 4. *ADSPECTV ſuppliciorum Rei.* Mihi videat inſidentem equuleo, & diſtractum Reum, contra quem eſt dicturus, at (ne id in fraudem teſtis) occultè, cancelliſque interiectis, ne illum reus, aut amici agnoſcant.

Adſpectus ille tormentorum, quibus obijcit innoxium, credo, animum perditiſſimi cuiuſque emolliet.

Salomonis Regis ars ferè iſta, iubentis, coram matre vtraque, ſecari infantem viuum, vt à commiſeratione, germanam matrem agnoſceret.

* iij *LICTOREM eſſe iube teſtem ipſum.* Quidni, etſi non in more? Nam Juſtitiæ opus honorificum.

Et, priſcus is mos Judæorum, apud quos; teſtes ipſi, primi nocentes lapidabant.

Act. 6. 7. Sic Stephanum ipſi teſtes lapidaſſe leguntur.

* iiij. *SEGREGA* alterum teſtem, ab altero, atque ita audi.

Iſidor. 3. de ſumno bono. *Teſtibus falſis coniunctis, tardè falſitas mendacij reperitur. Quod ſi ſeparati fuerint, examine Iudicis citò manifeſtantur.*

Nam ſicut in vnitate prauorum grandis eſt fortitudo, ita in ſeparatione, maior infirmitas

Daniel. 13. Hac arte Danieli doli Senum deprehenſi.

Et inſuper, in Aulâ, & ab Aulâ, caſus multi.

Exeat aula inquiunt qui volet eſſe pius.

Sed *Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdin*, ingreſſus Pontificis domum, interceſſione Ioannis Euang.

Et malum! acceſſit ad ignem, verſatusque eſt, inter ſeruolorum, & militum greges.

Frigus enim illi a

1. *Tempore.* Nam æquinoctium erat vernale, quo, nox dieſq; humidiores, ac frigidiores. Et alta nox erat. Noctes autem diebus humidiores, & frigidiores Hinc poëtis *frigida nox, &c.*

2. *Timore,* qui ſanguinem, à finibus corporis, in quoddam quaſi Capitolium ac meditullium cordis auocat, ac ſæpè, vt gelu, glaciat, *gelidusq; per ima, cucurrit, oſſa, tremor.* 2. Æneid.

3. *Adfectu*, Refrixerat ille priſtini amoris ardor in Chriſtum, & vigor ille animi, totus iam deferbuerat. Patitur & amor æſtus ſuos, ſua frigora, ac teporem ſuum.

Apoc. 3. *Vtinam frigidus eſſes, aut calidus, &c.*

Amore intùs æſtuante, foris frigora parum moleſtant.

Potens, amoris hypocauſtum.

D. bonau. in vita D. Franc. D. Franciſco, frequens iſthoc in ore: *Si amore in Deum corda inflammarentur, perparùm, aut nihil, vim frigorum corporibus nocituram.*

Quidni? at carnis amor id præſtat.

Leander Heroni, in ep. Heroid. *Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi* (dum tranaret ſc.)

Qui calet, in cupido pectore, præſtat amor.

Cantic. 5. *Caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*, inquit amans dilectæ, & patienter ferens.

Cæteroquî cur face armatus dicatur Cupido?

Parum igitur amans Petrus, calefecit ſe, modo adſtans, modò

dò cæteris adſidens, incompoſitus motu à metu.

Audit fortè interim
1. *Hunc iactantem : Vt ego oppidò citò Nazarenum illum in terram deieci.*
2. *Alterum: Vt ego, in torrentem Cedron egregiè impuli.*
3. *Tertium : Vt ego ſonoram illi alapam impegi! &c.*

Quid faciat Petrus? pallet, gemit, ac, fortè, etiàm lachrymatur, nec mutire tamen tutum putat. Cæterùm ipſis ſignis, tantoque, inter tot tamquè loquaces tabulas, ſilentio, amicum ſe vincto, prodit ſatis.

Et malùm! muliercula ancilla, Petrum ſubpallidum intuens, fortè iniectâ in os eius lucerna, vel Petri facie, ab ignis ſplendore, percuſſa, dixit eum captiui diſcipulum, &c. Negat, & pernegat homo trepidus, ſecundò & tertiò, modò iuratus, modò diris ipſum ſe deuouens, &c.

Fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

Vnoq; admiſſo abſurdo, multa ſequuntur abſurda.

II.

Quæ Petri crimen grauent.

Petri crimen grauant

1. *Numerus*. Nam trina negatio. Saxa memor retulit rurſus ad icta pedem. Lapſus, ac relapſus toties, ad eundem lapidem offendit.
2. *Tempus*. Nam breuiſſ. ſpatio : *Facto interuallo quaſi horæ vnius*, ait Euang.
   Si ſepties in die cadit iuſtus, ſeptuagies ſepties caſurus iam fuerat iniuſtus Petrus, ni Chriſtus miſereſceret.
3. *Perſona*. Nam fœminæ, nam ancillæ, nam ſeruoli terruêre virum. *Dux fæmina facti.*
4. *Loquendi modus*. Interrogatione enim vſa ancilla, vt & pleríque ſeruolorum, *Nunquid & tu ex diſc.* &c.

*j, IN DEVM, dupliciter { 1. *Legem eius ſpernens.* 2. *Teſtem eum falſitatis interponens.* }

Cic. de off. *Quum verò iurato ſententia dicenda ſit, meminerit, Deum ſe habere teſtem.*

Iſidor. lib. 3. de ſummo bono c. 59. *Teſtis falſidicus tribus eſt perſonis obnoxius, primò Deo, quem periurando contemnit, conſequenter Iudici, quem mentiendo fallit: poſtremò innocenti, quem falſo teſtimonio lædit.*

Dixi periurando; Nam non, niſi præſtito, aut ſubaudito iuramento, admittitur teſtis.

D. Auguſt. in Matth. 26. in illud: Quid vultis mihi dare. *Qui pro munere falſum teſtimonium dicunt, Chriſtum, qui veritas eſt, vendunt.*

V. Bedam, & ponitur in cap. 11. q. 3. abijt, vbi ſic. *Multi hodie Iudæ ſcelus, qui Deum ac Dominum, Magiſtrumq; ſuum pecunia vendidit, velut nefarium execrantur, nec tamen cauent. Nam cùm muneribus, falſum contra quemlibet teſtimonium dicunt, profectò quià veritatem pro pecunia negant, & Deum pro pecunia vendunt. Ipſe enim dixit: Ego ſum veritas. cùm etiàm ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte maculant, Deum produnt, quià Deus charitas eſt.*

*ij. *IN IVDICEM*; fallens, &, quà poteſt, eum perdens

Nàm; qui aut innocentem plectunt, aut nocentem temerè abſoluunt, ipſi ſibi damnationem adquirunt.

Quàm frequens Judicibus errare, deceptis falſorum teſtium nequitia!

D. Ambr. ep. 20. ad Horontianum. *Cauſam dicere compelluntur Iudices, ſecundum audita & probata.*

Falſi teſtis fraude, vileſcit thronus Dei, *j.* Iudex ipſe, cui inſidet Deus, Iudicis ore Judicans, manu ſubſignans, & gladio vindicans.

Judex organum, oraculum, & interpres eſt Dei.

2. Paral. 19 *Videte,* Judices *quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini.*

*iij. *IN REOS,* ſeu innoxios, ſeu nocentes. In innoxios variè. Hi

His enim famam, his vitam, his ciuitatem, his bona, &c. eripit.

Jn nocentes peccat bifariàm { 1. *Priuatione boni pana*, veterum delictorum.
2. *Incentiuo*. Jmpunitas enim incentiuum delinquendi.

* iiij. *IN REMPVB.* quam ſine iudiciorum priuat, nempe ciuium pace. Læditur illa candida Pax, cùm Judex innoxium damnat, nocentem abſoluit, regulam teſtium ſequutus.

Vt is corpori meo iniurius, qui brachium ſanum ſecet; aut vrat: ità vrbi, qui vrbe pellit, vel vrbi morte aufert ciuem bonum.

Vt is quoque corpori meo noxius, qui membrum iã putridum non recîdit, aut chirurgo autor eſt non ſecandi, aut vrendi, cùm opus (nam hinc, ſanis corporis reliquijs, periculum:) ſic, qui falſo teſtimonio; Judici vt nocentem abſoluat, autor eſt, vrbi eſt, orbique toti iniurius.

Ouid. lib. 1. Metam. *Cuncta prius tentanda; ſed immedicabile vulnus.*

Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Claudianus in Eutropium. *Vlcera poſſeſſis altè ſuffuſa medullis*

Non leuiore manu, ferro ſanantur, & igni.

Ideò olim Rom. Conſſ. prælari faſces, hoc eſt virgæ ſecuribus adligatæ, quibus idem ſignificatum; virgæ enim corrigunt, ſecures abſcindunt.

Ergò, tu teſtis future, audi:

Juuenal. ſat. 8. ——— *ambigua, ſi quandò citabere teſtis,*

Incertæq; rei; Phalaris licèt imperet, vt ſis
Falſus, &, admoto, dictet periuria, tauro:
Summum crede nefas, animam præferre pudori,
Et, propter vitam viuendi perdere cauſſas.

III.

Vt is internoſcendus, ne Iudex fallatur.

V Cæte-

*j. IN DEVM, dupliciter { 1. *Legem eius ſpernens,* 2. *Teſtem eum falſitatis interponens.* }

Cic. de off. *Quum verò iurato ſententia dicenda ſit, meminerit, Deum ſe habere teſtem.*

Iſidor. lib. 3. de ſummo bono c. 59. *Teſtis falſidicus tribus eſt perſonis obnoxius, primò Deo, quem periurando contemnit, conſequenter Iudici, quem mentiendo fallit: poſtremò innocenti, quem falſo teſtimonio lædit.*

Dixi periurando; Nam non, niſi præſtito, aut ſubaudito iuramento, admittitur teſtis.

D. Auguſt. in Matth. 26. in illud: Quid vultis mihi dare. *Qui pro munere falſum teſtimonium dicunt, Chriſtum, qui veritas eſt, vendunt.*

V. beda, & ponitur in cap. 11. q. 3. abijt, vbi ſic. *Multi hodie Iudæ ſcelus, qui Deum ac Dominum, Magiſtrumq́; ſuum pecunia vendidit, velut nefarium execrantur, nec tamen cauent. Nam cùm muneribus, falſum contra quemlibet teſtimonium dicunt, profectò quià veritatem pro pecunia negant, & Deum pro pecunia vendunt. Ipſe enim dixit: Ego ſum veritas. cùm etiàm ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordia peſte maculant, Deum produnt, quià Deus charitas eſt.*

*ij. *IN IVDICEM*; fallens, &, quà poteſt, eum perdens

Nàm; qui aut innocentem plectunt, aut nocentem temerè abſoluunt, ipſi ſibi damnationem adquirunt.

Quàm frequens Judicibus errare, deceptis falſorum teſtium nequitia!

D. Ambr. ep. 20. ad Horontianum. *Cauſam dicere compelluntur Iudices, ſecundum audita & probata.*

Falſi teſtis fraude, vileſcit thronus Dei, j. Iudex ipſe, cui inſidet Deus, Iudicis ore Judicans, manu ſubſignans, & gladio vindicans.

Judex organum, oraculum, & interpres eſt Dei.

2. Paral. 19 *Videte,* Judices *quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini.*

*iij. *IN REOS*, ſeu innoxios, ſeu nocentes. In innoxios variè. H.

His enim famam, his vitam, his ciuitatem, his bona, &c. eripit.

Jn nocentes peccat bifariàm { 1. *Priuatione boni pænæ,* veterum delictorum. 2. *Incentiuo.* Jmpunitas enim incentiuum delinquendi.

* iiij. *IN REMPVB.* quam ſine iudiciorum priuat, nempe ciuium pace. Læditur illa candida Pax, cùm Judex innoxium damnat, nocentem abſoluit, regulam teſtium ſequutus.

Vt is corpori meo iniurius, qui brachium ſanum ſecet; aut vrat: ità vrbi, qui vrbe pellit, vel vrbi morte aufert ciuem bonum.

Vt is quoque corpori meo noxius, qui membrum iã putridum non recìdit, aut chirurgo autor eſt non ſecandi, aut vrendi, cùm opus (nàm hinc, ſanis corporis reliquijs, periculum:) ſic, qui falſo teſtimonio; Judici vt nocentem abſoluat, autor eſt, vrbi eſt, orbique toti iniurius.

Ouid. lib. 1. Metam. *Cuncta prius tentanda; ſed immedicabile vulnus.*
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Claudianus in Eutropium. *Vlcera poſſeſſis altè ſuffuſa medullis*
Non leuiore manu, ferro ſanantur, & igni.

Ideò olim Rom. Conſſ. prælati faſces, hoc eſt virgæ ſecuribus adligatæ, quibus idem ſignificatum; virgæ enim corrigunt, ſecures abſcindunt.

Ergò, tu teſtis future, audi:

Juuenal. ſat. 8. ——— *ambiguæ, ſi quando citabere teſtis,*
Incertæq; rei; Phalaris licèt imperet, vt ſis
Falſus, &, admoto, dictet periuria, tauro:
Summum crede nefas, animam præferre pudori,
Et, propter vitam viuendi perdere cauſſas.

I I I.

Vt is internoſcendus, ne Iudex fallatur.

V Cæte-

Cæterum, ne hinc fallare , ô Judex , hæ tibi erunt artes.

Ars quadruplex internoſcendi falſum teſtem à vero
- 1. *Conditionem diſcute.*
- 2. *Terre,*
  - 1. *Talionis metu,*
  - 2. *Sceleris magnitudine,*
  - 3. *Solennitate rituum,*
  - 4. *Adſpectu ſupplicorum Rel.*
- 3. *Lictorem eſſe iube teſtē ipsū,*
- 4 *Segrega.*

*1. *CONDITIONEM DISCVTE* , ſeruusne an liber, ingenuus, auarúſne an iracundus, &c. Mores; an ebrioſus; an voluptarius, &c. maximè, an inimicus Reo. denique & ætatem, an puer, an delirus ſenex.

Suſpecta mihi , ſeruorum in Dominos , teſtimonia; quòd Domini ferè ſeruis odioſi , nunc iure , nunc iniuria.

Et dedecorum, ſeruo in Dominum eſſe ius vitæ , necisque.

Et: *Seruo deterius nihil, ne bono quidem.*

Si aurus, certè, linguæ venales auarorum.

Juuenal. ſat 14. *Falſus erit teſtis, vendet periuria, ſummâ*
Exigua Cereris tangens aramque pedemque.

Auro venalia iura.

Si ebrioſus, facilis deceptu eſt.

Hiſpanorum moribus, fas reo reprobare teſtem, vel vnius ebrietatis conuictum.

Horat. *Quid non ebrietas deſignat? operta reuelat.*

Emota mens ebriorum plerumque, & hauſtu vini, quaſi canem, aut Cerberum, offâ aliqua frugibus medicata illos euincas, vt ſileant, & lateant, cum iuſſeris.

Si voluptarius, & inſanis amoribus ſeruiens, quàm parua illius fides!

Amantium, leuis ac volubilis fides, iuramenta ac periuria, ſuſque deque habent.

Ex fraude, fallacijs , mendacijs conſtare toti videntur.

Plaut. in Aulul. *Pactum non pactum eſt , non pactum pactum eſt, cùm illis lubet.*

Non

Non ego iuraui, legi iurantia verba, ait Cydippe Acontio, apud Ouid in ep. Heroid.

Iurauit lingua, mentem iniuratam gero.

Geneſ. 39. Vxor Putiphari quam in Joſeph teſtis falſa!

Dan. 13. Et ſenes illi ſudantes in Venerem, falſi Suſannæ delatores.

Si inimicus Rei, audi quid dicat, Bonum, an Malum.

Si bonum de hoſte, recipe; nam teſtimonio hoc nullum grauius.

Chryſoſt. homil. 82. in 18. Joan. *Maximum veritatis argumentum, inimicos in teſtimonium adducere.*

Si malum: tunc ſuſpectum eſto.

D. Ambroſ. epiſt. 66. *Duobus aut tribus teſtibus ſtat omne verbum, ſed illis teſtibus, qui ante diem heſternum, aut nudiuſtertius non fuerunt inimici, ne irati nocere cupiant, ne læſi vlciſci ſe velint. Inoffenſus igitur adfectus teſtium quæretur.*

Ex Stob. ſer. 44 Demoſtheni *optimus ille teſtis eſt, qui beneficijs non fuerit obſtrictus, ſed abſque beneuolentiâ in alios coram Iudicibus loquitur.*

Si puer, incorruptum æſtimabis.

Iſidor lib. 3. de ſummo bono. *Nihil eſt puero teſte certius vtique quinquenni. Nam & ad eos peruenit, vt intelligat; & ad eos, quibus fingere non valet.*

Prouerbium noſtras. *A pueris ebrijsq; veritas.*

Tamen pueros produci teſtes, extra morem Iudiciorum eſt.

Si mulier, audies Vlpianum.

Vlpianus digeſtor. l. 28. tit. 1. lege viceſimâ. *Mulier teſtimonium dicere in teſtamento quidem non poterit. Aliàs autem. poſſe teſtem eſſe mulierem. &c.*

Teſtimonium dicere qui valeant, diſces, ſi voles, ex Concilio Lateran. ſub Alex. 3. celebrato Tit. de Teſtibus; & C. de teſtibus.

Item Panormitano ſup cap. Cum Eccleſia, De cauſis poſſeſſionum & proprietatum, & cap Cum nuntius De teſtibus, necnon Gratiano 2 quæſt cap. Praſul, & 2. quæſt. 5. per totum.

ij. TERRE teſtem { 1. *Talionis metu,*
2. *Sceleris magnitudine;*

 pro-

probandum ≺ 3. *Solennitate rituum,*
≺ 4 *Adſpectu ſuppliciorum Rei.*

* 1. *TALIONIS METV.* Dic, pænam paratam reo, iure in teſtem ruere, qui decipit.

Deut. 19. *Si ſteterit teſtis mendax contra hominem, accuſans eum prævaricationis, ſtabunt ambo, quorum cauſa eſt, ante Dominum in conſpectu Sacerdotũ & iudicum, qui fuerint in diebus illis. Cumq; diligentiſſimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem, dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere Non miſereberis eius, ſed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.*

Adrianus Papa. *Qui non probauerit, quod obiecerit, pœnam quam ipſe intulerit patiatur,* & ponitur in cap. 2. q. 3. qui non.

Damaſus ib. *Calumniator, ſi in accuſatione defecerit, talionem recipiat.* Propriam illam accuſatorum pænam, etiam in falſos teſtes ego deflexerim.

Lib. 3. Rub. 1. Ordinationum Imp. ac ſtatutorum regalium ſtrangulari iubetur falſus teſtis.

Concilium Elibert. c. 74. & Agath. c. 37. priuat communione Eccleſiaſtica.

Daniel. 13. Senes Suſannam calumniati ; plecti iuſſi.

Eſther 6. Et Aman, in eam crucem actus ; quam pararat Mardochæo.

Jubeam quoque, ipſos falſos teſtes, deteſtari ex theatro teſtimonium priùs (aut alium quemlibet, ipſis præſentibus, recantare, atque infames proclamare) ac mox pœnas dare: pænas inquam, legi violatæ; recantationem, famæ læſi.

Quam aptè olim pendebat laqueus, è collo dicturi teſtimonium!

Plutarch. tom. 1. moral. tract. de quæſt. græcis q. 28 *Tene fanum tibicini intrare non licet , quòd cum Nouerca Tenem hunc ſolicitaſſet de inceſto concubitu, Molpus tibicen falſum teſtimonium contra Tenem dixerit.*

* 2. SCE-

* 2. *SCELERIS magnitudine*, in { 1. *Deum*, 2. *Iudicem*, 3. *Reum*, 4 *Rempub.* } *de quib. ſup.*

* 3. *ET RITVVM SOLENNITATE.*

Olim in more,aram tangere,ac è Diuis aliquem.

Iuuenal.ſat.14.——*vendet periuria ſumma*
Exigua,Cereris tangens aramq; pedemq;.

Ergò,non elata tantùm,in cælum & ad Superos, manu, teſtimonium dicere iubeto , ſed contacto quoque S S. Euangeliorum libro,adhibito etiam,non dumtaxat ſubaudito,iureiurando; omnia denique,ſumma pompa, agi curato,vt ſapiat teſtis,rerum attonitus Maieſtate.

* 4. *ADSPECTV ſuppliciorum Rei.* Mihi videat inſidentem equuleo,& diſtractum Reum,contra quem eſt dicturus , at(ne id in fraudem teſtis) occultè,cancelliſque interiectis,ne illum reus,aut amici agnoſcant.

Adſpectus ille tormentorum,quibus obijcit innoxium, credo,animum perditiſſimi cuiuſque emolliet.

Salomonis Regis ars ferè iſta,iubentis, coram matre vtraque, ſecari infantem viuum, vt à commiſeratione, germanam matrem agnoſceret.

* iij *LICTOREM eſſe iube teſtem ipſum.* Quidni,etſi non in more? Nam Juſtitiæ opus honorificum.

Et,priſcus is mos Judæorum, apud quos; teſtes ipſi , primi nocentes lapidabant.

Act. 6. 7. Sic Stephanum ipſi teſtes lapidaſſe leguntur.

* iiij. *SEGREGA* alterum teſtem , ab altero, atque ita audi.

Jſidor.3. de ſumno bono. *Teſtibus falſis coniunctis , tardè falſitas mendacij reperitur . Quod ſi ſeparati fuerint,examine Iudicis citò manifeſtantur.*

Nam ſicut in vnitate prauorum grandis eſt fortitudo, ita in ſeparatione, maior infirmitas

*Daniel.*13.Hac arte Danieli doli Senum deprehenſi.

Digitized by Google

NOTÆ
CONCIONIS XXVI.

Feria 5. poſt Lætare, quo die occurrebat feſtum Annuntiationis B. MARIAE ſemper Virginis.

THEM. *Petrus autem ſedebat foris in atrio, &c. acceſſit ad eum vna ancilla, &c.*

Ingentem hunc cætum, & ſolito maiorem, adduxit (reor) veſtra in B. Mariam pietas, ac religio, cuius hodie Annuntiatio.

Et ſperatis (opinor) de B. Virgine dicturum me. Paſſione Filij tantiſper intermiſſa.

Dicerem ſanè. Sed quoniã, anno ſuperiori, hac de ſolennitate, à me eſt dictũ: & iã parũ reſtat temporis Paſſioni enarrandæ, bona pace Virginis, de Virgine nunc ſilebo, non quia deſit etiam ſecundæ, de ea, concioni argumentum (nam quis abyſſum laudum eius exhauriat?) ſed quià viſum properare, &c.

Neque indignabundè mater ceſſura Filio, in quam Filij laus reſultat.

Huic Ancillæ Domini (talem enim ſe, apud Angelum, ipſa vocat) tàm modeſtæ, non fuerit graue, duas ancillas, eiurationis Petri autrices, in eius hodie locum ſuccedere.

Facta tum heſternorum repetitio, ac deinde ità propoſitum:

Dicendum ergo nunc,
1. *Quo fine Petrus intrò in atrium Caiphæ ingreſſus*
2. *Quæ Petri crimen grauent.*
3. *An fas, negare Chriſtum oretenùs, extremo vitæ diſcrimine.*

AVE.

I. *Quo*

J.

Quo fine Petrus intrò in atrium Caiphæ ingreſſus.

Plutarch.in apopht. Antigonus aliquandò cedens hoſtibus i mmi..entibus,non fugere ſe, ſed opportuniratem à tergo ſitam quærere,aiebat.

*Idem in Demoſt.*Demoſthenes in militiam proficiſcens, clypeo literis aureis inſcripſerat(*Bona fortuna:*) ſed is tamen,aduerſo prælio, fugit clypeo abiecto: quod cum illi poſteà improperaretur,reſpondit: *vir fugiens redintegrabit prælium*, id eſt, alias ſæpè poterit patriæ præliando prodeſſe.

Virgil 2.Æneid.*Victores,victiq; cadunt, victiquè reſurgunt.*

Prou.gall. Rerrocedendum quandoque long ùs ſaltaturo.

Cæterum,peſſimi ſemper exempli fuga.

Et ſæpè, *error nouiſſimus,peior priore,*
Nouiſſima,peiora prioribus.

Neque ſemper, *Debile principium melior fortuna ſequetur*, vt Lucanus ait.

Vno admiſſo abſurdo,multa ſequuntur abſurda,ait Schola.

Flacceſſit,deſipit timore, qui fugit, & qui inſequitur, fugientis fugâ fit fortior.

A Petro fugace,iàm hic diſces.

Fugit:voluit red integrare prælium, ſeipſe fugæ arguens,dixit: Cur fugi? Quin redeo ad ſigna,ad Ducem, vbi vbi ſit, fugæque maculam, noua eluo conſtantia? Jbo: fixum potius nunc mori,quàm ducem non ſequi.

Iuuenal. ſat. 8. *Et propter vitam,viuendi perdere cauſſas.*

Ratus(opinor)Petrus,fore ſe in Curia fortiorem, quàm n orto.

Sed ſecum ſe gerebat miſer.

Cœlum locumque mutabat,non animum.

Cœlum non animum mutant,qui trans mare currunt:

Digitized by Google

Et inſuper, in Aulâ, & ab Aulâ, caſus multi.

Exeat aula (inquiunt) qui volet eſſe pius.

Sed Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdin, ingreſſus Pontificis domum, interceſſione Ioannis Euang.

Et malum (adceſſit ad ignem; verſatusque eſt, inter ſeruolorum, & militum greges.

Frigus enim illi a

1. *Tempore.* Nam æquinoctium erat vernale, quo, nox dieſq; humidiores, ac frigidiores. Et alta nox erat. Noctes autem diebus humidiores, & frigidiores. Hinc poëtis *frigida nox, &c.*
2. *Timore*, qui ſanguinem, à finibus corporis, in quoddam quaſi Capitolium ac meditullium cordis auocat, ac ſæpè, vt gelu, glaciat, *gelidusq; per ima, cucurrit, oſſa, tremor. 2.* Æneid.
3. *Adfectu*, Refrixerat ille priſtini amoris ardor in Chriſtum, & vigor ille animi, totus iam deferbuerat. Patitur & amor æſtus ſuos, ſua frigora, ac teporem ſuum.

   Apoc.13. *Vtinam frigidus eſſes, aut calidus, &c.*

Amore intùs æſtuante, foris frigora parum moleſtant.

Potens, amoris hypocauſtum.

D. Bonau. in vita D. Franc. D. Franciſco, frequens iſthoc in ore: *Si amore in Deum corda inflammarentur, perparùm, aut nihil, vim frigorum corporibus nocituram.*

Quidni? at carnis amor id præſtat.

Leander Heroni, in ep. Heroid. *Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi* (dum tranaret ſc.)

Qui calet, in cupido pectore, præſtat amor.

Cantic. 5. *Caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*, inquit amans dilectæ, & patienter ferens.

Cæteroquî cur face armatus dicatur Cupido?

Parum igitur amans Petrus, calefecit ſe, modo adſtans, modò

dò cæteris adſidens, incompoſitus motu à metu.

Audit fortè interim
1. *Hunc iactantem : Vt ego oppidò citò Nazarenum illum in terram deieci.*
2. *Alterum: Vt ego, in torrentem Cedron egregiè impuli.*
3. *Tertium : Vt ego ſonoram illi alapam impegi ! &c.*

Quid faciat Petrus? pallet, gemit, ac, fortè, etiàm lachrymatur, nec mutire tamen tutum putat. Cæterùm ipſis ſignis, tantoque, inter tot tamquè loquaces rabulas, ſilentio, amicum ſe vincto, prodit ſatis.

Et malùm! muliercula ancilla, Petrum ſubpallidum intuens, fortè iniectâ in os eius lucerna, vel Petri facie, ab ignis ſplendore, percuſſa, dixit eum captiui diſcipulum, &c. Negat, & pernegat homo trepidus, ſecundò & tertiò, modò iuratus, modò diris ipſum ſe deuouens, &c.

Fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

Vnoq; admiſſo abſurdo, multa ſequuntur abſurda.

II.

Quæ Petri crimen grauent.

Petri crimen grauant
1. *Numerus*. Nam trina negatio. Saxa memor retulit rurſus ad icta pedem. Lapſus, ac relapſus toties, ad eundem lapidem offendit.
2. *Tempus*. Nam breui ſpatio : *Facto interuallo quaſi hora vnius*, ait Euang. Si ſepties in die cadit iuſtus, ſeptuagies ſepties caſurus iam fuerat iniuſtus Petrus, ni Chriſtus miſereſceret.
3. *Perſona*. Nam fœminæ, nam ancillæ, nam ſeruoli terruêre virum. *Dux fœmina facti.*
4. *Loquendi modus*. Interrogatione enim vſa ancilla, vt & pleriquè ſeruolorum, *Nunquid & tu ex diſci*&c.

Digitized by Google

Nonne ego te vidi in horto, &c. Dubitat adhuc, qui interrogat, & facilè, qui dubitat eluditur.

Quin etiam ancillæ vox, commiſeratantis fuit, ſecundum quoſdam.

5 *Præuia iactantia*. Etſi omnes ſcandalizati, &c. Etſi oportuerit me mori tecum, &c.

Leo in menſâ ac vmbrâ, lepus in prælio.

A perſonis inquam, graue Petri peccatum.

Matthæo & Marco, ad vocem duarum ancillarum, primo ac ſecundò negauit; tertiò, ad vocem virorum.

D Aug. lib. 3. de conſenſ. Euang. c. 6. *Secunda negatio, ab ancilla & viro.*

Turpia hîc multa:

1. *Quòd ſexus fœmineus, virili terribilis.*
2. *Quod fœmina vnica*, Iudith. 4 *Vna mulier Hebræa fecit confuſionem, in domo Regis Nabuchodonoſor.*
3. *Quòd iterum ſecundò ab eodem ſexu victus*, videlicet cum alia ancilla, &c.
4. *Quod à ſerua victus.* Nam, ſi à matronâ, Pontificis vxore, aut Heroinarum vnâ, ferendum.
5. *Quòd ab oſtiaria, officij penè vltimi.*
6. *Quòd à ſeruolis aliquot.*

Et à loquendi modo Nam a nemine dictum: Tunc etiam proditoris huius, ac Prophetæ turbulenti, aſſecla, ac coniuratus? &c.

D. Chryſoſt. homil. 82. *in Ioan.* 18. Tanquam miſerando loquutam ancillam putat.

At inquis: *Leo ſer. 9. de Paſſ.* dicit calumniatam.

Diſtinguamus, & ancillas duas fuiſſe adnotemus, quarum ſi altera calumniata, Leoni; certè altera miſerata, Chryſoſtomo.

Et viri ipſi, qui Petrum tentauêre, ſerui viles, non Pontifices, non milites, non tortores, equuleo, aut pugione minaces.

Poſt-

Poſtquam ſemel negauit, mox, quaſi deſerturus loca, vitæ ac conſcientiæ ſuæ infeſta, *exijt foras ante atrium.*

Ibat, ſtabat, abibat, redibat homo Euripo ſimilis, animique parum quieti.

Illum metus ille abire, illum metus alius redire cogebat. Ille, ne ibi aut interiret, aut peccaret grauiùs; alius, ne fugâ ac ſolitate, ſeruis fieret ſuſpectior. Itque reditque viam toties.

Tandem, Petrus, quadrifariâ, machinâ, grauiſſimè impugnatus

1. *Cognatione.* Nam cognatus Malchi exauriti cæpit loqui, memor cædis.
   Prou. *Scribitq; in marmore læſus.*
2. *Viſu*, Nonne ego te vidi? &c.
   Plaut. Truc. *Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti decem, qui audiunt, audita dicunt: qui vident planè ſciunt.*
3. *Patria.* Nam & Galilæus es (ait) vti & captiuns.
4. *Idiomate.* Nam & loquela tua manifeſtum te facit.

Quanquàm Galilæi, etiam Iudaicè loquerentur, diſtinguebantur tamen dialecto, verbis nonnullis, flexu, accentu, aut alio quouis modo, vt fit apud nos Valones, quibus omnis etſi vna eademque lingua, notis tamen quibuſdam diſtinguas Arteſium ab Hannonio, Namurcenſi, &c. imò vrbis & vrbis, aliæ atque aliæ voces, & ſoni, &c.

Sic lingua Græcorum quinquepartita, in

1. *Communem,*
2. *Atticam,*
3. *Ionicam,*
4. *Doricam,*
5. *Æolicam,*

Vt vina, ſic linguæ, natiuum ſemper ſolum ſapiunt.

Ab idiomatis diſtinctione, agnitus Petrus.

Fortiùs tùm adpetitus, fortiùs miſellus reſtitit, addidit negationi iuramentum, diras, anathemata, & quid non?

Vim, vi, quâ potuit, repulit.

Fortè

Fortè Hebræo more dixit: *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, &c.*

Cherem eſt Hebræis; execrabilem maledictionem ſibi, & excommunicationem imprecatur, ſi nôrit virum.

Virgil. 4. Æneid. *Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiſcat,*
Aut pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctemq; profundam, &c.

His ſimilia ſibi imprecatus.

Næ ſtultus imprimis, qui vt corpus redimeret, animæ iacturam fecit. Ah! propter vitam, viuendi perdere cauſſas? *Iuuenal ſat.* 8.

Matth. 16. *Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam.*

Ibid. *Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem, pro animâ ſuâ?*

Matth. 10. *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.*

Hinc mala Chriſti, malis grauioribus cumulantur, vnda ſuperuenit vndam.

A Malcho cæſus in facie, ſed, à Petro eiurante, multò læſus acerbiùs.

Erubeſcis Dominum, ſerue? homo, Deum, coram hominibus?

Petrum duo perdidêre
- 1. *Locus.* Curia, aula Caiphæ. Hîc Concionatori campus latè patens, In Curia, incuria, &c.
- 2. *Fœmina.* Ancillæ duæ. *Quantos leones domuit vna infirmitas delicata!*

D. Hieron. ep. ad Nepotianum. *Memento ſemper, quòd paradiſi colonum, de poſſeſſione ſuâ, mulier eiecit.*

Hîc tibi, vt Thebis, centum portæ, ad excurrendum, dicendumque latiſſimè.

Multos, hæc duo, cum Petro perdidêre, Curia & Fœmina.

Pietas, Sacerdotum Monachorumque propria, ruinæ proxima in Curijs.

2. Ti-

2. Timoth. 2. *Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit.*

An temerè: *Exeat aulâ, qui vult eſſe pius?*

Aula, & Curia Abbatum, Cura ouilis ſui.

D. Hieronymus ep. ad Heliod. *Qui facis in turba, qui ſolus es?*

Cur in Curia diutiùs Paſtor, quàm in Cura. Curia à curis, & Cura, ſed hæc, à ſpiritalibus; illa, à temporalibus. Quid è Cura, in Curiam euolans, & immorans, miſces cælum profundo? An cum Petro, etiam Chriſtum collibet negare, ſi non ore, certè opere?

Heu fuge crudeles terras fuge littus auarum.

Hier. 51 *Fugite de medio Babylonis.*

Fœmina etiam, & ancillæ duæ, nonnullis ruinæ.

Nomen vni *Caruncula*, vel *Carola*, j. carnis concupiſcentia: alteri nomen *Simoneta*, vel *Simonia*, & ipſa oſtiaria, quæ admittit ad beneficia, *in atria Domini, claudit, & nemo aperit; aperit, & nemo claudit*, ſuaſu tamen Joannis, j. gratioſi alicuius aulici, ac Secretarij (gall. *mignon de Court.*)

Jn Curijs Regum, quam ſæpè ancillæ oſtiariæ, meretrices aulicæ (gall. *Courtiſanes*) per quas, ſi quid impetratum voles, auferes, &c.

Ille negauit eum, coram omnibus, dicens: Non ſum, &c.

Quot modis negatur Deus.

Mihi quinque modis:

1. *Corde tantùm*, quo tamen prorumpere, eſt plus nimio. Tales Athei hoc æuo.
   Pſal. 13. *Dixit inſipiens in corde ſuo; non eſt Deus.* Benè, in corde Nam, quis ita Atheos aut Diagoræus, qui etiam ore audeat?
2. *Oretenùs*, vt hîc Petrus, qui in ſinu, & pectore, alius.
3. *Opere tantum*, & dupliciter
   1. *Vita Impia*
   2. *Idolatria externa.*

   Primi generis cenſeo Pſeudo-Chriſtianos, qui Chriſti nihil,

præter

præter nomẽ inane, præ ſe ferũt, vitâ Ethnici, nomine Chriſtiani. Pſal. 77. *Et dilexerunt Deum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei.* Geneſ. 27. *Vox quidem, vox Iacob eſt; ſed manus, manus ſunt Eſau.* Alterius, qui thura adhibẽt Deorum ſimulacris, vt olim Marcellinus PP. metu Diocletiani Imp. & qui Dæmones conſulunt, aut Diuinatores.

4. *Ore, & opere tantùm*, vt miles impius ſæpe, in cuius ore nil crebri⁹, quàm negare, abiurare Deũ, &c. à cuius moribus diſcas, illum nullò tangi ſenſu Diuinitatis.

5. *Corde, ore, opere*, vt Atheus Diagoras, qui Deos excluſit, &c.

Petrus certè, oretenùs dumtaxat Chriſtum negauit.

Fides in ſinu eius illæſa, prece Chriſti: *Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, &c.*

Leo ſer. 9. de Paſſ. *Vidit Dominus non fictam fidem, non dilectionem auerſam* (illam ſcilicet naturalem, quæ etiam in peccatore fideli reſtat) *ſed conſtantiam fuiſſe turbatam.*

III.

An fas negare Chriſtum oretenus extremo vitæ diſcrimine.

Licere adfirmant Helcheſetæ Hæretici.

Negant Patres Catholici. Et coacto Romæ Concilio Epiſcoporum 60. in Nouatum, ſub Fabiano Pontifice, iampridem Helcheſetarum iſte error exploſus.

Et ratio aduerſatur. Nam, ſi mendacium, etſi officioſiſſimum, & ſi vitandi lætalis peccati ergò, nullum licitum eſt, multò minùs iſtud, quod quidem vitæ tuæ officioſum, ſed quo nullum aliud peccatum tuum vitas; & inofficiosè; qua potes, tollis Deum.

Aug. Epiſt. 8. *Mentiri non licet, nec pro Dei laude.*

An liceat, in Dei manifeſtariam contumeliam?

Graui-

Grauitas peccati huius quadruplici viâ oſtenditur { 1. *Ratione, è Scripturis,* 2. *Magnitudine* } *Pænitentiæ Petri* 3. *Diuturnitate* } 4. *Ordine Decalogi.*

* j. *RATIONE, E SCRIPTVRIS.* A ſolâ lætali culpa damnatur homo. Sed omnium calculis, hæc culpa Petrum damnaſſet, ni deleſſet pænitudine. Ergo.

Maior nota, ex incurſantibus paſſim Scripturis.

Luc. 9. Minorem firmat vox Domini Ieſu: *Qui me erubuerit, & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet.* Erubeſcere dixit, nolle probare, velle perdere, eiurare eiurantem.

Et Rom. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem.* j. ſalutem optant; ore ac palàm profitendus Chriſtus, cuius in te, & apud te eſt fides, occaſione depoſcente. Ergò, vel oretenus tùnc inficiari, exitioſum.

Sic clam vt palam. Intus, & foris.

Cor in fronte, cor in ore tunc neceſſario præferendum.

Ad hoc vnctus, & Confirmationis Sacramento inauguratus es.

D. Aug. tract. 51. in Joan. *Cùm cauſæ articulus venerit, vt hæc conditio proponatur, aut faciendū eſſe contra Dei præceptū, aut ex hac vita emigrandum; quorum duorum homo ſi cogatur alterum eligere, comminãte mortem perſecutore, ibi eligat Deo dilecto emori, quàm Deo offenſo emori: ibi oderit in hoc mundo animam ſuam, vt in vitam æternam cuſtodiat eam.*

Cypr. ſer. 5. de lapſis. *Et Chriſtianum ſe putat, qui Chriſtianus eſſe aut confunditur, aut veretur?*

Petrus hîc noluit ſe fateri Chriſtianum, j. Chriſti diſcipulum, quod rogabatur.

Iuuen. ſat. 8. *Et propter vitam viuendi perdere cauſas* incępit miſer.

Seruum, ſeruatori vitam debere, ſuperiùs mihi dictum: Seruatori ſuo non debeat, ſeruatus Chriſtianus?

* ij. *MAGNITVDINE pænitentiæ Petri.* Egreſſus. n. foràs, fleuit amarè, ait Euang.

Aut letale hoc crimen, aut Petrus in ſe crudelior, tantillum errorem tàm grauiter multans.

Ex Damaſo

Ex Damaſo & Platina. Et niſi hoc letale, cur Marcellinus Petro ſede, errore, ac mærore ſucceſſor, Sinueſſam in Concilium 180. Epiſcoporum vênit, cilicio indutus, lachrymiſq; vbertim profuſis, ſcelus ſuum palàm cõfeſſus?

* iij. *DIVTVRNITATE pœnitentiæ Petri.*

Ex Clementis Jtinerario, traditioneque accepimus, Petrum deinceps ab hac culpa, ſurgere ſolitum ad orandum, à gallicinio ad Auroram, ac fleſſe largiter quoties nocturnos gallorum cantus inaudiret, quin etiam cùm diurnos: vnde, & genæ illi, à feruidis lachrymis, quaſi à cauterio, adustæ videbantur.

Ah! Petre! Cur hæc, & tamdiu, ſi peccatum tantillum hoc fuit?

* iiij. *ORDINE DECALOGI*, in cuius tabella priore lex prior, quæ, amari Deum anima tota, edicit.

Qui violat quamlibet legum; quæ in tabulis illis duabus ſit, ſe necat ac perdit. Grauiùs tamen, qui in leges primæ tabulæ (quòd ad Deum illæ ſpectent) peccauerit: grauiſſimè verò, qui in primam, & caput legum.

Jſne amat Deum, qui tollit, ac negat?

Si Deùm minus amaſſe peccatum eſt, tollere ac eiurare; an non ſcelus?

Gradus quatuor, peccantium in Deum ipſum {
1. *Neſcientium Deum.*
2. *Nec odientium; nec amantium cognitum.*
3. *Odientium cognitum*, non quià Deus, ſed quia vindex, &c.
4. *Negantium, aut tollentium cognitum.* Odij meta vltima, è medio tollere; & tollit, quia poteſt, qui negat.
}

Ne ergò (ô caræ animæ) apud vos leue eſto, aliquem in Anglia, Hollandia, aut Geneuæ, Chriſtianum aut Papalem, j. Catholicum inficiari.

Vter duorum ſceleratior, an {
1. *Negans ore, vel thure idolis dato,*
2. *Negans vita impia.*
}

Mihi, quod dicam, in vtramque partem.

Prio-

Priorem ſcelera-tiorem, tria oſtentant	{	1. *Obiectum,* 2. *Euidentia maior,* 3. *Pœna grauior.*

* j. *OBIECTVM*, a cuius granditate, culpa grandior. Sed, qui ore Deum negat, immediatè peccat in Deum, in primam tabulam, eiuſque legem primam: Qui verò impietate, aut opere ſceleroſo, is vt plurimum in homines, & in leges ſecundæ tabulæ peccat. Ergo.

Deinde, ſi fortè, peccatur in primam, à defectu potius, atque omiſſione, quàm ab exceſſu aut commiſſione (vt vocant) eſt culpa. Peccatum autem ab exceſſu, ferè grauius illo, quod à defectu, quòd hoc illo damnoſius. Ergò.

* ij. *EVIDENTIA MAIOR*. Nam, qui ore negat, vt Petrus, aut idolorum cultu, vt Marcellinus, euidenter eiurat Deum verum, & Chriſtum: ſed, qui quolibet alio ſcelere, longè obſcuriùs. Interpretatiuè.n. tantùm eiurat Deum.

Prior, tollere Deum apertè videtur, alter parùm Dei meminiſſe.

Clarè, ac ſine ambage, prior contrarius eſt fidei, de Deo & Chriſto, alter inuolutè.

Sed turpius, ignotare omninò rem ſciendam, quàm ſcitę parùm meminiſſe. Ergò.

* iij. *POENA GRAVIOR*. Maiores profectò pœnæ decretæ eiuranti Deum, aut blaſphemanti, quàm qualibet letaliter peccanti.

Leuit. 24. Blaſphemo, decreti lapides.

A Regibus priſcis, cauterium fronti, aut linguæ terebrum, &c.

Vide, hac de re, Monomachiam noſtram ſer. 39. *art.* 2. *pag.* 323. 324. 325. *editam Atrebati recuſam Duaci.*

Sceleratiorem, qui vitâ Chriſtum eiurat, demonſtrant	{	1. *Cauſa mouens.* 2. *Voluntarium,* 3. *Perfectio,* 4. *Significatio plenior.*

* j. *CAVSA MOVENS*, à cuius vi aut mollitie, culpa fit aut grauior, aut leuior. Sed voluptas iſtos ad peccandum ciens, debilior eſt mortis non ſiccæ metu, qui

eiuratores Dei facit. Ergò culpa eiurantium metu, mollior ac minor culpâ eiurantium vita impia.

* ij VOLVNTARIVM, quod vbi deeſt, peccatum non eſt, vbi parùm eſt, peccati parùm, vbi multum, peccati multùm.

D Aug. lib. de vera relig. cap. 14. *Vſqueadeò peccatum voluntarium malum eſt, vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium.*

Sed qui peccant alio genere, tota libertate peccant, eiuratoresve. ò, vt plurimùm coacti, te omnium terribilium terribiliſſima Ergò

* iij. PERFECTIO Opus vnius plenum ac perfectum, alterius mancum.

Qui ore tantùm eiurat Chriſtum, aut cultu idolorum externo, ita cogente Tyranno, is quodam modo eiurat, quodam modò minimè. Negat .n. foris ore, aut thure, ac dolens, at nobiliore ſui parte mente, & quidem auidiſſimè intùs Chriſto libat Alius in peccato eſt totus, quà corpore, quà mente, ac ſumma cum voluptate, quam etiam velit eſſe maiorem.

* iiij SIGNIFICATIO PLENIOR Pleniùs ſignificamus opere, quam ſermone; ſi tamen vtrumq; natum idem ſignificare.

D. Bernard. ſerm. 59. in Cant. *Validior operis, quàm oris vox.*

Amorem, & amicitiam pleniùs teſter, opere, operis, opibuſque commodatis, &c. quam dictis aut promiſſis.

Eiurans ore, minùs ſignificat ignorationem Dei, quàm qui factis negat. Ergo, & leuius peccat.

Cæterùm, ſub Iudice lis ſit. Videre interim vos volui vtriuſque culpæ molem, ne Petri negationem, quæ ab ore ſolo, nimiùm attollentes, vobis, alijſque, ſæpè factis Deum etiam eiurantibus, nimiùm blandulè indulgeatis.

NOTÆ

NOTÆ
CONCIONIS XXVII.

Fer. 6. poſt Lætare.

THEM. *Petrus autem ſedebat foris in atrio, &c. acceſſit ad eum vna ancilla, &c.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie mihi
1. *Petrúſne aliquà excuſari poſſit, à tanto, vel toto.*
2. *De quatuor ſcitu dignis, perſecutione graſſante.*
3. *Cùr Petrus ità labi permiſſus.*

AVE.

I.

Petrúſne aliquà excuſari poſſit, à tanto, vel toto.

Petrus, omnium cenſura, in vitio verè magno. Magnis enim, ac Magnatibus, non, niſi magna peccare, in more eſt.

Attamen, huic Patri Patrum, Patres nonnulli patrocinantur; ſic, vt peccati pondus ſaltem aliqua minuant, j. non à toto, ſed à tanto abſolui volunt.

Excuſandi Petri via duplex
1. *Amor, ac pietas nimia.*
2. *Amphibologia adfectata.*

* j. *AMOR, AC PIETAS NIMIA. Cyrillo lib* 11. *cap.* 41. *primam negationem exponenti.* Petrus non eiurauit Chriſtum, tam veritatis incuria, aut timore captiuitatis, quam fortaſſe deſiderio omnia perferendi, dum modò à Chriſti adſpectu non abeſſet.

Cecidit ille quidem, ſed amore Domini, ac pietate in eum, ſed non rectè, neque exquiſita ratione, probata.

Niſi eiuraſſet noſſe Chriſtum, eiectus excluſúſque

mox,neque vidiſſet, neque audiſſet Dominum, neque iudicio interfuiſſet, quorum omnium Petrus auidiſſimus.

Crimen amor veſtrum.

Ouid. ep. Heroid. Hypermneſtrâ. *Eſt mihi ſupplicij cauſa fuiſſe piam.*

Alicubi legi: *Sum pius, heu! doleo, nam mihi ſæpè nocet.*

Quid ergò? Non liceat eſſe pium? aut amore, ac pietate in Deum, offendatur Deus?

Amor Dei bifarius
1. *Internus in affectu.* Is nimiùs eſſe non poteſt.
2. *Externus in effectu.* Iſto peccati poteſt, aut vetitis, aut licitis immoderatè vacando, aut ordine non ſuo, &c.

Petri amor, quà internus laudatur, quà externus culpatur, ab ordine modoque non apto.

Non ſunt facienda mala, vt veniant bona.

Eſt *zelus, ſed non ſecundum ſcientiam.*

Petrus, hîc pyrauſtæ, ſimilis, aut illi papilionum generi, neſcio quo naturæ ductu ita lumen amantium, vt ſemper ambiant, dum amburantur, & pereant: Nam, & is tam Chriſti amans, vt etiam, ſuo periculo, ei ſemper adeſſe ambierit, ac ſæpè amore peccârit.

Crimina illius amoris ſunt: conatus reuocandi Chriſti à cruce: cædes Malchi; ipſa nunc eius eiuratio, &c.

* ij. *AMPHIBOLOGIA affectata.*

D. Ambroſius excuſat, ab ambiguitate, vel ambi dexteritate verborum, & exponit. Timiditate enim negâſſe ſentit, ſed itâ negationem interpretatur, v: Petrus inuolutè reſponderit, & verbis aliud intellexerit ipſe, aliud Auditores. Non, inquit, noui hominem; quia, re vera, Chriſtum nemo comprehendere, aut perfectè intellectu adſequi poteſt Incarnationis eius œconomiam.

Similiter illud, *Et tu cum Ieſu Nazareno eras*, negauit, intelligens verſarum ſe cum Dei filio.

Vt, ſi hominem natum Patre Valone, matre autem Flandrâ, Valonum quiſpiam tempori ſeruiens, Valonem illum mallet fateri, quàm Flandrum, à viro potiori generationis autore: ſic Petrus, Chriſtum genitum Patre Deo, qua Deus, genitum

genitum matre virgine, qua homo diſſimulato homine, Deum obſcurè fateri maluit.

Et quemadmodum, ſi cui bis naſci datum eſſet (quod de Baccho Poetæ fabulantur, vnde & *dimetωr* eſt dictus) oriundum loco nobiliori diceremus potius, quam obſcuro: ſic Petrus, Chriſtum cælo terraque (vt ſic dicam) oriundum ſciens, diſſimulatâ terrâ Galilææ, cœlo ortum maluit agnoſcere.

Sic de animalibus, quæ terra, aquaque paſcuntur (quæ Græci amphibia. Cic. 1. de nat. Deorum, ancipites beſtias vocat) modò diſſimulata terrâ, paſci aqua, modò tacita aquâ, terra nutriri, vere dici poſſit.

De Hermaphroditis idem iudicium.

Sed vtcunque res habeat, non à toto, ſed forte à tanto, ſic excuſetur.

D. Ambroſius, ipſe Petrum negaſſe metu, ac peccaſſe non diſſimulat.

Hilarius can. 32. in Matth. conſonat.

Et D. Hieron. in 26. Matth. hoc diuerticulum refellit: *Scio, aut, quoſdam, pij adfectus erga Apoſtolum Petrum ità interpretatos, non Deum negaſſe, ſed hominem: & eſſe ſenſum, neſcio hominem, ſed ſcio Deum, hoc quàm friuolum ſit, prudens lector intelligit. Sic defendunt Apoſtolum, vt mendacem faciant Deum: ſi enim iſte non negauit, ergo mentitus eſt Chriſtus qui dixit; Amen dico tibi, antequam gallus bis cantet, ter me negabis.*

Sic.n. viſus tantum eſſet negaſſe, nec tamen verè negaſſe, cum Chriſtus verè negaturum prædixerit.

Deinde, hoc diuerticulum locum habeat, vbi negatur pars altera etiam vera, ſed altera dumtaxat adfirmatur. vt, ſi roganti cuias ego, dixero Valonem me, quià è Patre Valone, nihil negando de maternâ gente, ſi illa alterius gentis: aut, ſi Hermaphroditus aliquis ſe virum dicat, non negans fœminam, cùm vtrumque ſit, non mentitur: Sed Petrus negauit partem vnum etiam veram (Chriſtus enim verè homo, verè Galilæus, etſi & Deus, & Cælo oriundus) alteram verò etiam veram tacens ſubaudiri voluit, quæ clarè fuerat adfirmanda, de alterâ ſilendo, ſi mendax haberi nollet.

Cyrillus rectè,qui, & ſi ex amore, tamen negaſſe conceſſit,idemque lib 12. tertiam exponent negationem, timuiſſe ſibi,& fragilitate peccaſſe ſubiungit.

Petri ergò turpitudinem totus non eluat Oceanus.

Æthiopem,aut carbonem lauat, qui Petrum excuſat, aut puluillum eius cubito ſubponit.

Namſi nullùm eius peccatum,cùr tàm amaræ,tamque frequentes eius poſteà lachrymæ?

Cur, trina confeſſione,medicata trina negatio!

Cur priua ad eum miſſa Indulgentiæ bulla? *Dicite diſcipulis eius & Petro,* &c.

II.

De quatuor ſcitu dignis, perſequutione graſſante.

Res delicatiſſimæ, pupilla oculi,virginitas,& negotia Religionis Chriſtianæ,quas vel puluiſculus offendat. Itaque ſeriò dicendum,quid vtile,quid non, cùm in fideles ſæuitum itur.

Quatuor contingunt,perſequutionis tempore	1. *Fugere,*	*Licitum quibuſdam,&*
	2. *Diſſimulare,*	*quandoq;*
	3. *Simulare,*	*Nunquàm, nec cuiquam fas.*
	4. *Negare.*	

* j. *FVGERE* fas, de fortitudine ſua ad tormenta perferenda deſperanti, maximè, ſi is ex ouium grege.

Paſtori quoque,cùm perſequutio perſonalis, & in caput vnum tota tempeſtas ſæuit.

* ij. *DISSIMVLARE, i.* ſe non detegere,ſeque, latendo,purè priuatiuè gerere,ius faſque eſt.

Sebaſtianus dudùm Chriſtianus, ſub armis, & in ſinu.

Joan 3. *Nicodemus* diſſimulans etiàm *venit ad Ieſum,* nocte.

Joan.19. *Ioſeph ab Arimathiâ diſcipulus Ieſu,occultus autem propter metum Iudæorum.*

* iij. *SIMVLARE* verò aliquid,aut eſſe, aut fieri contra religionem, nemini vnquam licet.

2. *Machab.* 6. Eleazarus,Antiocho iubente aut mori, aut veſci carnibus immolatis, imò ſaltē ſimulare id à ſe fa- [illegible]

ctum,

ctum, dignè Eleazaro reſpondit : *Non enim ætati noſtræ dignum eſt fingere: vt multi adoleſcentes, arbitrãtes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus, decipiantur.*

Simulatio illa vitanda, propter
1. *Offendiculum*, & mali exemplum ſimplicioribus.
2. *Mendacium inhærens*. Nam, ſi nutu ſignisque loquimur, etiam nutu ſignisque mentimur.

Mentiri autem vnquam nemini licet, ergò nec ſimulare.

★ iiij. *NEGARE* multò minus. Petri lachrymæ teſtes huius, & Marcellini cilicium, & quæ ſuperiùs dicebamus.

Quod ſis, eſſe velis, nihilq; malis.
Fatere aut ne ſis.

I I I.

Cur Petrus ità labi re, ac labi permiſſus.

Permiſſionis lapsûs Petri fines duo
1. *Vtilitas lapſi*,
 1. *Modeſtia*,
 2. *Clementia*.
2. *Vtilitas noſtra*.

★ j. *MODESTIA*, lapſi vtilitas prima, vt modeſtior de ſe ſenſus in poſterum eſſet, homini hactenùs arroganti.

Animos frangit lapſus, aut ruina.

D. Aug. lib. 14. cap. 13. *Audeo dicere, ſuperbis eſſe vtile, cadere in aliquod apertum manifeſtumq; peccatum, vnde ſibi diſpliceant, qui iam ſibi placendo ceciderant. Salubrius enim ſibi Petrus diſplicuit, quandò fleuit, quàm ſibi placuit, quandò præſumſit.*

Meretricem modeſtam, virgini mente, etſi non ventre, tumeſcenti prætulerim:

Et Magdalenam peccatricem, retrò ſecus pedes Ieſu proiectam, amplexantem, irrorantem pedes, & crine detergentem, virgini adroganti.

Ventrem tumidum malo, quàm mentem.

Et tolerabiliùs venter ab homine, quàm mens à Dæmone grauidatur.

D. Aug. lib. 1. *Ciuit. cap.* 28. Romæ, inſolentiùs ſtupratas virgines quaſdam putat, a victoribus barbaris, vel quod iam antea de virginitate ſuperbierant, aut alias aliundè fortè ſuperbiſſent, ſi humiliationis hoc genus, in vaſtatione illa, euaſiſſent.

Luc. 18. Publicanus à peccatis modeſtus, iuſtior Phariſæo a iuſtitia iactabundo.

* 2. *CLEMENTIA.* Vt is Pontifex, & Iudex à confeſſionibus orbis vniuerſi futurus, inde fieret humanior, humanitatis aliquando & ipſe indigus. Neque miraretur, excrearet, expueret, &c. blaſphemias, iuramenta, &c. & in eadem relapſationes creberrimas, ex confeſſione audiens, in ſimilia & ipſe 2. & 3. lapſus, fortè etiam ſæpiùs, aut in grauiora, relapſurus, niſi illum miſericors Domini Ieſu oculus, reſpiciens, ex atrio emiſiſſet.

D. Gregor. homil. 21. & recitatur in decret. diſt. 50. Conſiderandum. *Conſiderandum nobis eſt, cur Chriſtus Petrum, quem Eccleſiæ ſuæ præficere in paſtorem diſpoſuerat, ancillæ vocem pertimeſcere, & ſeipſum negare permiſit. Sed hoc, inquit, factum eſt, magnæ pietatis diſpenſatione, vt qui futurus erat paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet.*

1. Æneid. *Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.*

Pontifices ſummos, Chriſtum & Petrum, voluit Deus eſſe clementes.

Hebr. 4 *Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris*, de Chriſto ſcriptum.

Iſaias vocat *virum dolorum, & ſcientem infirmitatem.*

Ah! ſi Angelos, Confeſſionibus excipiendis, Deus præfeciſſet, abſtemios, inſomnes, ſine corpore, adgrauante animam, veſtram fidem Auditores! quantò fuiſſet acerbior Confeſſionis lex, quam etiam nunc perhorreſcimus, hominem homini, peccatorem peccatori Petro ſubijcientem!

Diceret quislibet, Egóne meas execrationes Angelo? expuet, excreabit, cruces ingeminabit, ac peccata mea ſingula.

Homi-

Homines ergò, ijque peccatores, Confeſſionibus præfecti, ad minuendum auricularis Confeſſionis horrorem.

D. Chryſoſt lib. de Sacerdotio hanc rationem adfert, cur omnis Pontifex, aut Sacerdos, ex hominibus adſumtus.

Miſericordiam, & iudicium volebat in Petro Dominus, ab hoc lapſu.

Itaque, nihil mirandum, Clementem VIII. lapſus Petri memorem, Regi lapſo ac relapſo clementiſſimè indulſiſſe pænitenti.

* ij. *VTILITAS* *NOBIS* à lapſu Petri, ad { 1. *Timorem,* 2. *Spem,* 3 *Eruditionem.* }

* 1. *AD TIMOREM.* Quis enim tàm fidelis, & tàm Sanctus, qui audito Petri lapſu, de ſe alta ſperet, aut iactet?

Petrus excelluit { 1 *Fide,* 2. *Ardore,* vel effectu, 3. *Amore,* vel affectu, 4 *Gradu.* }

* 1. *FIDE.* Matth. 16. *Tu es Chriſtus, Filius Dei viui, &c.*

Ioan. 6. *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.*

* 2. *ARDORE.* Ille vnus ad agnitum Jeſum, tranando mox venit, moræ impatiens.

Ardentiùs cæteris Chriſto commori ſpondebat, &c.

* 3. *AMORE.* Ioan. 21. *Simon Ioannis, diligis me plus his?* interrogatione ipſa, ſubindicata vis amoris eius præcipua.

* 4. *GRADV.* Jlle enim principum Eccleſiæ princeps.

Matth. 16 *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,* ô columnam! ô Atlantem!

Ioann. 21. *Paſce oues meas.*

Lapſus tamē, hâc fide, hoc ardore, hoc amore, hoc gradu.

D. Aug. tract 113 *Columna firmiſſima, ad vnius auræ impulſum, tota contremuit.*

1. Cor. 10. Ergo *qui ſtat, videat ne cadat.*

Si columnam templi leuicula aura concutit, ac eruit, an non furcam vlmeam?

Si in annoſa quercu motus, quid in virga, & arundine?

Si hoc in viridi ligno, in arido quid fiet?

Sapienter Eremita ille, qui Matri ægrum ſe ac pœnè expirantem reuiſenti: *Procul*, ait, *Mater procul, adhuc enim in me igniculus viget.*

D. Bonau c. 6. vitæ D. Franc. *Sæpè cum beatificaretur à pluribus, verbum huiuſmodi proferebat; Filios & filias adhuc habere poſſem nolite laudare nondum ſecurum.*

3. Reg. *Non glorietur accinctus æquè vt diſcinctus.*

Prou. Ne triumphum, ante victoriam.

Etiam in portu, naufragium.

* ij *AD SPEM.* Vt ne quis, mole ſcelerum, etiam ſæpè repetitorum, preſſus deſperet.

Nam, ſi homo duabus ſedens ſellis, homo fugax, iurax, negax, &c. ſecundò, tertiò in vnum idemque crimen relapſus, obtentâ tamen veniâ, Eccleſiæ Primas, Cæli clauiger poſtea eſt decretus; quid non ſperet cætera peccantium turba, ſi modò ſequuta errantem, ſequitur etiam pænitentem?

Diu. Chryſoſtom. paræneſi priore ad Theodorum lapſum. *Caue dicas, ijs tantùm veniæ locum concedi, qui modicè deliquerunt. Nàm finge, ſi libet, aliquem vniuersâ malitiâ redundantem, & patrârit omnia, quæ à regno excludunt. is, vt demus, non ſit extra fidem, ſed fidelis aliquandò fuerit, acceptuſque Deo poſteà factus ſcortator, adulter. mollis, pædico, fur, ebrius, calumniator, aliaqúe id genus flagitia ſedulò committat, equidem illi nõ ero deſperandi autor, neque ſi perſeuerauerit ad extremam vſque ſenectam, cum infandis illis, maximiſque vitijs.*

Valeant igitur, qui ſemel lapſis, aut relapſis, nullam veniam, aut honores nullos decerni volunt.

Cyprian. ſer. de cæna Domini, ſub finem. *Velit nolit Nouatus Hæreticus, omni tempore, Dei gratia recipit pœnitentes.*

Chri-

Chriſtianè ergò, & nomini ſuo conuenienter, Clemens noſter VII. qui Relapſum abſoluit, reliquis iuribus reſtituit, &c.

* iij. *AD ERVDITIONEM* Hinc enim vides diſcrimen renati tantùm, & initiati Confirmationis Sacramento.

Petrus baptizatus fugit, eiurauit, iurauit, &c. moræ ad lunam trepidauit arundinis vmbram, & mulierculę vocem perhorruit.

Confirmatus verò, & indutus virtute ex alto, ſacro die Pentecoſtes, idem ipſe qualis fuit?

Leonem inuictum, ex oue timida, aut ex lepore galeato effectum dicas. Non cognoſcas eundem eſſe.

Tùm, Concilio toti reſpondet. *Obedire oportet magis Deo, quam hominibus.*

Cõtumeliam paſſus pro Chriſto, lætus ac ridens è Concilio egreditur.

Act. Honorem, dignitatemque, ipſe cum cæteris tum putat, *pro nomine Ieſu, contumeliam pati.*

A Confirmatione, viri alteri effecti; praua tùm fuere in directa, & aſpera in vias planas.

Baptizati quidem, etiam Spiritu ſancto replentur, ſed eo, qui lauat, qui illuminat: Confirmati quoque, ſed eo maximè, qui roborat, & armat.

Vt ignis, ita Spiritus S. effectus varij.

Vterque non modò lucet, ſed & inflammat, hic corpora, ille animos.

Baptiſmus ordinat ad militiam, Confirmatio parat ad pugnam.

NO-

NOTÆ

CONCIONIS XXVIII.

Dominica 5. Quadrag.

THEM. *Et ſtatim, adhuc illo loquente, gallus iterum cantauit. Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum, &c.*

Facta repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie mihi
- 1. *Rurſus, cur Petrus permiſſus toties labi, ac per ancillam.*
- 2. *Quis illi pænitendi autor.*
- 3. *Quæ pænitentiæ eius praxis.*

AVE.

I.

Rurſus, cur Petrus permiſſus toties labi, ac per ancillam.

Ità eſt: *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, &c.*

Videndum igitur rurſus, quid doctrinæ nobis, à Petri lapſu tàm graui, ac toties repetito. Fugit enim, negauit ter, bis iurauit, ſemel diris ſe deuouit, & quid non?

Petri lapſus acuit
- 1. *Cautelam.*
- 2. *Pænitentiam.*

★ j. *CAVTELAM.* Ne minima contemnat, qui in maxima labi nolet.

Qui contemnit minima, paulatim decidet.

Domus ruina, ſæpè à tenui ruina.

A paruo nauis hiatu, naufragium.

Et riparum aggeribus periculũ à leni corroſione fluctuum.

A cane non magno, ſæpè tenetur aper.

Petrus,

Petrus orationis neglectum in orto, parui æſtimans, mox in fugam lapſus, & eiurationes, &c.

Sic tu, qui paruam ęſtimas culpam, adoleſcentulam moroſiùs aut fixiùs intueri, blandiri, oſculari, &c. mox præceps totus in libidinem ruis.

★ ij. *PÆNITENTIAM,* cùm hinc videas implexa peccata, vnumque ad aliud trahere, niſi pænitentia mox diluatur.

Sicut vnda ſuperuenit vndam: & annulus annulum implexus trahit: & in ſtagnum iactus lapis, poſt primum circulum, centum efficit: ità culpa, culpam trahit.

D. Gregor. homil. 11. in Ezech. *Peccatum, quod per pænitentiam non diluitur, mox, ſuo pondere, ad aliud trahit.*

Illo ſerpens totus permeat, quò iam caput immiſit.

Et pars ſyncera corporis trahitur, niſi mòx vulnus immedicabile enſe reciditur.

Peccata, vt cancer ſerpunt. E ſuperbo, Petrus piger, ſomnolentus, orandi incurius, fugax, eiurator, peierator, &c.

Ergò tu, mox à lapſu, pænitendo ſurge, ne peiùs ruas.

Ad Dictamnum adit ceruus mox vt ſagitta confixus, & bufo ad plantaginem, ſimulàc, araneæ veneno, percuſſus.

Currus luto infixos niſi mox extrahis, profundiùs ſemper infiguntur.

Cur à fœminâ imbelliquè ſexu, ab ancilla, ab oſtiaria vinci permiſſus.

Fæmina imbellis, virum vicit, ancilla & oſtiaria Pontificis, ſeruum & oſtiarium Chriſti.

Jgnauia victi Petri maior, ex { 1. *Sexu,* 2. *Conditione,* 3. *Officio victricis.* }

Finem permiſſi huius arbitror, humiliationem ſummā valdè arrogātis, non ſolum à caſu, ſed à cadendi etiam modo atque, autore.

Jgnominioſius, aprum, à cane non magno, teneri ac capi, quam à Moloſſo, aut Cerbero.

Potentius, ad humiliationem victi, ab ignauo, ignobilique vin-

que vinci ac vinciri, quã ab Hercule Alexãdro, aut Cęſare.
Patauina pugna, Rex Fr. ab ignobili capi noluit 1516. 30. Feb.
Thren. 5 *Serui dominati ſunt noſtri*, vt pudendum dixit.
Virg. 1. Æneid. *Dux fœmina facti.*
Item. *Dominamur ab vno, Vixq; viro.*
A Fæmina, ab Ancilla, ab Oſtiaria, victum fuiſſe, Petro turpiſſimum.
Columna illa, tantæ apud ſe firmitatis, leni aura, ac ferè habitu ſolo vocis ancillaris deiecta, procubuit.
Sic ſequitur ſuperbos vltor à tergo Deus, & illi, valdè ſuperbos, valde deijcere, in morte eſt.
Pſal. *Humilians peccatores, vſque ad terram.*
Exod. 5. Pharaonem, quod ſuperbiſſimè iactaſſet: *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam*, humiliauit Deus non laxatis in eum Leonibus, Vrſis, Tygribus, &c. animantibus nobilibus ac fortibus, nimis enim hoc Pharaoni glorioſum ab his vinci; ſed ranis, ſed locuſtis, ſed muſcis, &c.
Daniel. 2. Statuam illam ſublimem (cui caput, ex auro; pectus & brachia, ex argento; venter ac femora, ex ære; tibiæ, ex ferro, pedes, partim ex ferro, partim ex luto) non aries, aut fulmen, ſed lapillus abſciſſus de monte ſine manibus, percuſſit, deiecit, comminuit.
Antiochum ſacrilegum: Herodem, diuinis honoribus tumeſcentem, vermes vlti ſunt.
1. *Reg.* 17. Goliatho, turri illa carnea, qui ſe exprobraſſe agminibus Iſrael, &c. gloriabatur, quid ſuperbius? illum tamen, non aliquis Ducum Saulis fortiſſimus, ſed adoleſcentulus, ſed ephebus, ſed ouium paſtor, non haſta, non gladio, non bombardæ globo, ſed lapillo è funda rotatô, deiecit.
Iudith 13. Holofernem, illud belli fulmen, orbiſque terrorem, muliercula Hebręa truncauit, non Dux aliquis Betulorum veteranus.
Iudith 14. Id Vagao pudens miratus dicit: *Vna mulier Hebræa fecit confuſionem, in domo Regis Nabuchodonoſor.*
Superamur ab vna.
Petrũ ergò, bis à mulierculis, ab ancillis, vna oſtiaria, non à bar-

à barbaris barbariſque militibus, terreri conſternarique maximè permiſit Deus, inſeminandæ illi modeſtiæ, documentoque infirmitatis humanæ, quam lene oris muliebris ſpiraculum emouiſſet.

Vò, ne immobilem illam templi huius columnam dicatis, ſi ego eam, flatu oris huius vnico, a ſedibus imis eruo?

Hæreſis ergo Iouiniani, ac Pelagij, dicentium, eos, qui plena fide per Baptiſmum renati ſunt; non poſſe poſtea peccare, etiam hinc abiuranda.

Renatus enim fuerat, ac mundus totus Petrus, teſte Chriſto Ioann. 13 & tamen peccare deinde potuiſſe factum hoc probat.

P. Alfonſus à Caſtro lib. 7. cont. hæreſes, tit. gratia, hæreſi 1. conſulatur.

§ I.

Quis Petri pænitendi autor.

Adhuc illo loquente, gallus iterum cantauit. Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum, &c.

Sed iam tandem, etiam Petri pœnitentiam, neque ſemper eius tantum peccata commemoremus; ac primum, de aſpectu Ieſu, pœnitendi autore, dicemus, de quo opiniones variæ.

*I. D. Auguſtino lib. 3 conſenſ. Euang. c 6 hic reſpectus nō oculorum corporis fuit, ſed mentis, quòd Chriſtus ſurſum. Petrus autem in atrio deorſum

Et quòd conuerſus dicitur Chriſtus, non ad corporis motionem trahendum, ſed ad miſerationem Chriſti hactenus auerſam à Petro, ſeu ad gratiæ, ad tempus ſubductæ (vnde & lapſus eſt) refuſionem.

Adparens enim cauſam de capite, procùl à ſeruolorum, ac militum grege, tractatam.

D Chryſoſt. homil. 86. in Matth. *Inſpectio hæc Domini, vox Petro & admonitio facta eſt.*

Conuerſus ergò *Ieſus*, I. non ampliùs iratus Petri arrogātiæ

tiæ, *reſpexit Petrum* j. miſeratus eſt iacentem, gratia præueniente donauit, lapſum ruinamque indicauit, &c.

* ij. Ego ſuſpicer, etiam corporale aliquid, putemque Dominum Ieſum, ante Caipham ſtantem, aut genufle-ctentem, ad lapſum Petri, vultum oculoſque circumquaque vertiſſe, inſtar admirantis ingentem, ac ſubitam, rei magnæ ruinam.

Hominibus in more, audito procul ſonitu ingentis alicuius ruinæ, circumſpicere, & viſa ruinæ mole, tum rurſus adtentiùs fixiuſque intueri, mirari, &c.

An non, viatorum quiſlibet in ſylua, ad annoſæ quercûs ſubitam ruinam, circumſpectat?

Petrus, planè magnus apud Deum, apud homines, apud ſe maximus: & ruina eius, magna, ſubita, à leui cauſa, admiranda.

Chriſtus ergò (cui tamen nihil nouum, fortè hîc corporaliter reſpexiſſe Petrum dicitur, &, verè corpore aut vultu, ſe conuertit Chriſtus, vt talem fuiſſe lapſum Petri intelligas, qui, vel Chriſtum ipſum, coegerit conuerti, atq; intueri mirabundum.

Quis neſciat illud Greg. *Quo gradus altior, hoc caſus grauior?* Sonori quoque magis caſus illi, qui ex alto. *Et* famoſi Magnatum lapſus.

Petrorum, Cæſarum, Præfectorum peccata, grauiora peccatis ſubditorum, cum hæc ſic miretur Deus, illa non item.

Ruat miles in rapinam, &c. parum mirabitur Deus: ruat Dux aut imperator, obſtupeſcet.

Ruat, è popelli fæce, quiſpiam, conniuebit: ruat Epiſcopus, Sacerdos, &c. conuerſus adſpiciet adtonito ſimilis. *Conuerſus Dominus reſpexit Petrum.*

Gen. 3. Ad Adami perſonæ publicæ, tot doribus auctæ caſum, etiam dixit: *Adam vbi es? Petre vbi es?* procumbit humi bos.

D. Bernar. l. 4. de conſiderat. *Nugæ, in ore ſecularium, ſunt nugæ; in ore Sacerdotum, blaſphemiæ.*

* iij. Et quis ſcit, ſi conuerſus Ieſus, & corporaliter intuens Petrum, non etiam, occulta quadam, ac diuina oculorum vi vſus, effecerit, vt Petrus videret videntem, radijſque ſolito

que ſolito illuſtrioribus, tabulatum quaſi diaphanum corpus, penetrarit?

Linceus certè, Argonautarum vnus, etiam parietem viſu penetrabat, & (ſi hiſtoricis fides) nouiſſimam Lunam primamque eodem die in ſigno arietis conſpiciebat. Et Varro ipſe, hunc centum triginta millia paſſuum proſpexiſſe ſcribit.

Quidni, & oculis Chriſti vis eadem, & maior?

Per quod vnumquodque tale, & illud magis.

Pſal. *Qui finxit oculum, non conſiderat?*

Vt vt ſe res habet, miſerentis fuit hic adſpectus, &, ad ſe, trahere volentis errantem, illuſtrando mentem, ac mouendo adfectum.

Conuerſum verò Jeſum, quam benè dictum, vt ſubaudias a Petro auerſum tantiſper, offenſum hominis faſtu.

Dorſum, & non faciem oſtendam eis.

Pſal. 29. *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.*

Jratus adroganti Petro, ſubduxit gratię lucem tantiſper; nunc ad humiliatum iam ſatis conuerſus, refudit gratiam, credo, etiam cum fænore.

Et recordatus Petrus, &c.

O falicem ſyderis huius adſpectum!

Quot adſpectus vnius effectus:
1. *Memoria dictorum:* Et recordatus eſt, &c.
2. *Intelligēdi lux.* Nam hinc peccatum didicit.
3. *Fuga mali.* Egreſſus, &c.
4. *Lachryma.* Fleuit amarè.
   Liquatum drupis virum; inſtar niuis ab adſpectu Solis.

Aſtronomi nugaces, fruſtra iam mihi iactent, fœlices aſtrorum quorundam adſpectus; vt Martis, vt bellax fias; Veneris, vt venuſtus; Mercurij, vt eloquens, &c. Aſpectus hic conſtellationis oculorum Chriſti, Petro fælicior, aſtrorum quorumlibet adſpectu blandiſſimo.

Sol, & lux reddita menti.

Conuerſus Ieſus reſpexit Petrum, & mox in eo effecit, quicquid

quid Sol conuerſus, aſpicienſque orizontem noſtrum, efficere adſolet.

A Solis viciniâ
- 1. *Ingenium homini*;
- 2. *Lux, tenebris*;
- 3. *Calor, frigidis*;
- 4. *Liquor coſtrictis*, glaciei ac niui; &c.

*j. *INGENIVM* homini eò melius, quò is Soli vicinior, maximè, ab Antipodibus poſt Auroram reuertenti.

Virgil. 1. Æneid. *Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni,*
Nec tam auerſus equos Tyriâ Sol iungit ab vrbe.

Vegetius de re milit. libr. 1. cap. 2. *Et plaga cœli, non ad robur corporum tantùm, ſed etiàm animorum, plurimùm valet.*

Idem ibid. *Omnes nationes, quæ vicinæ ſunt Soli, nimio calore ſiccatas, ampliùs quidem ſapere, ſed minùs habere ſanguinis dicunt.*

Ibidem *Septentrionales populi, remoti à Solis ardoribus, inconſultiores.*

Et, *Auroram Muſis amicam, & aptam ſtudijs*, pueri docebamur.

Petri hebes ingenium, nec peccati, nec gallicinij intelligens, auerſo (quaſi ad Antipodes Sole) Chriſti adſpectu; ſed conuerſo illo (quaſi Sole redeunte) acutè intellexit gallicantũ. *Cõuerſus Ieſus reſpexit Petrum, & recordatus eſt, &c.*

*ij. *LVX* tenebris diſcuſſis, orbi noſtro aduehitur, Solis adſpectu: &, adſpectu Chriſti, Petro lux reddita, quâ videret, fugam, negationes, iuramenta, diras, & cæteras peccatorum ſuorum fœdas facies, aut fæces.

*iij. *CALOR*, frigidis, ac rigentibus, à Solis adſpectu torridæ: *Conuerſus Ieſus reſpexit Petrum*, & occultum noui amoris ignem inſpirauit.

*iiij *LIQVOR* ex glacie ac niue. Flere tum putes ac lachrymari niuoſa & glacialia tecta: *Conuerſus Ieſus reſpexit Petrum, & egreſſus foràs, fleuit amarè*, totus in imbres lachrymarum, inſtar niuis, aut Niobes, ſolutus; aut, vt illud ſaxum, quod (Pauſaniâ teſte, & Homeri Scholiaſte) in Phry-

Phrygiâ, in fontem aquarum, velut humanas lachrymas, ebulliit.

Pſal 113 Quid dicám? *Conuertit petram, in ſtagna aquarum, & rupem, in fontes aquarum*. Sed illâ petra Petrus mollior: illam .n. bis, illum ſemel virga percuſſit, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.

Tunc ſerio inaudijt gallum, tunc meminit vaticinij Chriſti.

(Roma, vetus inquam Roma) multùm tu quidem anſeribus tuis debes, qui niſi, raucis clamoribus, Manlium tuum excitaſſent, cum cæteris etiam dormientem, iampridem Brennus, vrbis tuæ iam victor, etiamin Capitoliâ tua irrupiſſet. *Ex Liuio lib. 2. decad. 1.*

Sed tu (noua Roma) & tu (Petre, Romulæ Eccleſiæ Romanæ, j. noſtræ) etiam gallo debitores eſtis, cuius cantus excitauit mortuum magis, quam dormientem, & peccatô eripuit, &c.

. Meritò, ſigillis Petri incidatur gallus; meritò eius inſignibus idem adpingatur, ſi, ab euentibus ferè, ſtemmata atque inſignia, viris principibus nata.

Coruum ſuum in pretio habeat Helias; à quo in torrente Carith paſtus: Paulus & Antonius ſuum; & ſuum Eraſmus Campanus Epiſcopus, aues ſuas Baſilius; à quibus; in deſertis, ſunt paſti.

Gallum Petro carum eſſe, quæ ratio vetet?

Cælius Rhod. lib 13. *antiq lect. c* 58. Marthes, Rex Ægypti coruicem literarum ſuarum baiulum amat, & tumulo; mortuum honorat.

Petrus amet gallum, verbi Chriſti refricatorem.

Sed tamen, & hoc nota, cantum galli apud Petrum nihil effecturum, ni conuerſio, adſpectuſque Chriſti, concurriſſet: vt videas, duo neceſſaria, ad peccatoris conuerſionem.

Duo peccatorem conuertunt ⟨ 1. *Concionator*, vt cauſa ſecunda; ⟨ 2 *Deus*, vt prima.

* j. CONCIONATOR, verbo, vt gallus, cantu; Deus; gratia ſua, vt Chriſtus, adſpectu Petri.

Concionator fruſtrà arguat opportunè, importunè, & ad rauim vſque, vt & gallus, fruſtra ſecundò ac tertiò can-

taturus, niſi Dei gratia intùs moueat, & aures cordis adloquatur,).niſi conuerſus Ieſus reſpiciat Petrum.

Neque qui plantat, neque qui rigat, eſt aliquid, ſed, qui incrementum dat, Deus.

D. Bernard. c.1. Quòd vox Dei, &c *Conuerſio animorum, opus diuinæ vocis eſt, non humanæ. Simon Ioannis piſcator hominum, &c. incaſſum laborauit tota nocte, donec dixit Dominus, iacta rete in dextram nauigij.*

Caterùm (addit) *etſi loquamur iuſtitiam Dei, & gloriam Dei quærimus, effectum tamen ab eo ſolo expectare, ab eo poſtulare neceſſe eſt, vt voci ſuæ vocem virtutis adcommodet.*

Vt verò gallus, ex officio naturæ, ſiue audiret Petrus, ſiue non, cantabat tamen: ita Concionator, ſiue audiat, & pereat peccator, ſiue non, ex officio gratiæ, ſemper dicet

Jſai. *Clama ne ceſſes. &c.*

Inſta opportunè, importunè, &c.

* 1j. *DEVS*, vt prima cauſa, immediatè conuertit peccatores, mediatè, per concionatores, quaſi inſtrumenta.

Poſſit Deus ſine concionatoribus, concionatores nihil, ſine Deo.

Gratia Dei duplex
- 1. *Præueniens*, Pſal. 58. *Miſericordia Dei præueniet me.*
- 2. *Subſequens.* Pſal. 22. *Miſericordia tua ſubſequetur me, omnibus diebus vitæ meæ.*

Columna modò præiens, modò adſequens Iſraelem, nunc vt ignis, nunc vt nubes, huius gratiæ duplicis typus illuſtris.

Inclamet ergò peccatorum quiſque.

Reſpice in me & miſerere mei:

Conuertere, Domine, & libera animam meam.

Conuerte me, & conuertar ego.

Thren v. *Conuerte nos Domine ad te & conuertemur.*

Hierem 17 *Sana me Domine, & ſanabor, ſaluum me fac, & ſaluus ero.*

D Ambroſ in hymno. *Ieſu, labentes reſpice,*

Et nos videndo corrige;

Sire.

Si reſpicis, lapſi ſtabunt,
Fletuſque culpa ſoluitur.

Conuerſus Chriſtus conuertit, & reſpiciens Petrum, Petri oculos ad ſe pellexit.

Magna vis oculorum, in vtramque partem.

Baſiliſcus ſolis oculis, quos adſpicit, necat.

Mœrim raucum faciunt, quem lupi videre priores.

In oculis miræ amoris illecebræ.

Cant. 4. *Vulneraſti cor meum, vulneraſti cor meum, in vno oculorum tuorum*

Oculi ſunt in amore duces, ſeu videant, ſeu videantur.

Homo, imago Dei. Atque, vt imago alicuius in ſpeculo, vultum è vultu comparat, demittit, attollit, auertit os, oculos; conniuet, adſpectat, atque ita ſe componit, quo modo is, cuius eſt imago: ſic homo Deum intuetur, cum illum reſpicere dignatur Deus.

Conuerſus Chriſtus, Petrum conuertit: & adſpiciens prior, adſpici ſe effecit.

III.

Pænitentiæ Petri quæ praxis.

Quatuor hic in Petro:
1. *Recordatio monitionum.* Recordatus eſt verbi Domini Jeſu, &c.
2. *Fuga occaſionum mali.* Et egreſſus foras.
3. *Fletus.* Fleuit.
4. *Contritio.* Amarè; id enim animi dolorem ingentem ſonat.

* j *RECORDATIO monitionum.*

* ij. *FVGA occaſionum mali.* Egreſſus eſt (ait Euang.) oculis miſericordiæ Chriſti, eum emittentibus, aut minaci limoque ei iſdem intuitu eum expellente.

Cant. 4. *Oculi tui auolare me fecerunt.*

Magnus ad virtutem gradus. Malorum fuga.

Virg. 3. Æneid. *Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.*

Geneſ. 19. Lotho ſuaſum excedere Sodomis, deſertis etiam generis.

Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum abs te. &c.

D. Chryſ. hom. 1. de incompreh. Dei natura, *Si detrimentoſæ ſunt amicitiæ, reſiliamus & fugiamus.*

Egreſſus ergò Petrus mox mox, non expectato craſtino diluculo.

Decepit multos craſtina pœnitentia.

Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie.

Qui non eſt hodie, cras minùs aptus erit.

D. Hierony. ep. ad Paulinum *Feſtina, quæſo te, & hærentis in ſalo naviculæ funem præſcinde potiùs, quàm ſolue.*

* iij. *FLETVS.* Fleuit græci legunt verbum ἔκλαυσε, quod ſignificat Petrum repentè, cum impetu, prorupiſſe in lachrymas.

* iiij. *CONTRITIO.* Amarè fleſſe notanter dictum, quod, quia ad animum magis refertur, veram internamq; Petri pœnitudinem indicat; ſunt enim , & fictæ quorundam, languidulæque lachrymæ, eorum ſcilicet, qui vt flerent, oculos erudiêre ſuos, nec tàm dolent intus, quàm foris madent. Crocodili lachrymæ. At Petri certè, erant amaræ.

Quidam dolent, ſed oculis ſiccis: quorundam oculi madent, & cor non dolet; ſed vtrumque in Petro.

Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.

Iob. *Antequam comedam, ſuſpiro.*

Pſal. 6. *Lauabo per ſingulas noctes, lectum meum, lachrymis meis, &c.*

Pſal. 101. *Potum meum cum fletu miſcebam.*

Pſal. 113. *Conuertit petram Petrum in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.*

Percuſſit Moyſes *petram Petrum, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.*

Vt petra bis Moyſi percuſſa, primò fruſtrà, ſecundò efficaciter: ita petra cordis Petri, ſemel bisque percuſſa, primo nequidquàm gallicantu, ſed ſecundò, oculis Chriſti, vtiliter, nam deinde *egreſſus foràs*, multùm diuque *fleuit amarè.*

1. *Acceleratione?* citò egreſſus. Oculo tantùm admonitus.

2. Con

Petri igitur pœnitentia illuſtris, ab

2. *Contritione*; Fleuit amarè, j. indoluit.
3. *Lachrymis*, Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ in maxillis eius.
4. *Diuturnitate.* Quoties inauditus galli cantus.
Pſal. 50. *Peccatum meum contra me eſt ſemper.*

NOTÆ

CONCIONIS XXIX.

Feriâ. 2. hebdom. in Paſſione.

THEM. *Mane autem facto, conuenerunt, & conſilium inierunt omnes Principes Sacerdotum,*

Facta repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie

1. *Cur tàm manè initum conſilium, ad quid, & qui in eo Patroni Chriſti.*
2. *De Chriſti ad Pilatum deductione. Quis, & cuias Pilatus.*
3. *De hypocriſi Iudæorum non egredientium prætorium.*

AVE.

I.

Cur tàm manè initum conſilium, ad quid, & qui in eo Patroni Chriſti.

Opinor, nocte hâc totâ, nec cuſtodes, nec Judices ipſos, ſicut nec captiuum vel momento dormîſſe.

Dormiſſene is captiuus potuit, cui ſputa, colaphi, &c. non permisêre, vel oculos claudere? quoq; milites abuſi, vice ludi chartarum, aut alearum, ne ipſi obdormiſcerent?

Dormiat ſcilicet, qui inter incudem & malleum; qui inter ſacrum & ſaxum.

Ju lices verò quis credat vel dormitaſſe?

Somnus Judicum prohibitus { 1. *Gaudio,* 2. *Studio comminiſcendi,* 3. *Deſiderio lucis*, impatientia moræ,

* j. *GAVDIO ingenti*, à vinculis eius, qui effugerat alias, alias euauerat, &c.

Iſai. 9. *Sicut exultant victores capta præda quando diuidunt ſpolia.*

Inciderat in caſſes præda mu tùm diuque petita.

* ij. *STVDIO comminiſcendi* noua, ac digna non Gyaris modo, ſed morte, qua Pilato diluculo obtruderent. Nam, veſpere, fruſtra laboratum, etiam *cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent.*

Lectis incubantes, mollibus in pu'mis, nunc hac, nunc illac, cogitabundi volutabantur, vt oſtium in cardine ventis agitatum.

* iij. *DESIDERIO lucis*, vt ſua quiſque ſomnia indicaret, & aliena viciſſim diſceret.

Credo, quemlibet reliquias noctis illius, æternitatem æſtimaſſe, illorum inſtar, quos Purgatorium diutius inuitos tenet, quibus dies vna, ſeculum.

Vidiſſes illos, centies è lectulo caput attollere ac proſpectare, num iam diluxiſſet, alias Epimenidis ſomno adſuetos.

Non tam deſiderabilis ægro, quam iſtis, dies.

Manè autem facto. Primulo diluculo, vidiſſes ſemi veſtitos, impexos, incomtos, vix benè calceatos, turmatim, quaſi apū examen, confluentes in Curiā, accelerādi ſtudio.

Periculum in mora ſuſpicabuntur.

Feſtinabat quiſq; propriè, ſi quid excogitaſſet, dignius aut conuenientius heſternis teſtimonijs, aut nugis.

Primi forte talis oratio: Ego (viri fratres) operæ pretium fore duxi, ſi Pilato dixerimus: *Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram.*

Cui, fortè alter iſta ſubiecit: Benè iſthuc quidem, benè: ſed, quid ſi cauſemur quoque, inuentum *prohibentem dari tributa.*

tributa Cæſari? Mihi quidem videtur id aptius, ad Pilatum irritandum.

Tertius verò: Melius hoc: grauiſſimum verò, ſi addimus, auditum illum *dicentem, ſe Chriſtum Regem eſſe.*

Tùm tandem Præſes forte ſic: Optime omnes quidem, & ſinguli: at quid ſi potius ſingula contexamus? Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant: & cumuli Heſiodij hic placent.

Funiculus triplex difficilè rumpitur.

Placuit conſilium Concilio Dictum factum.

Pauci admodùm Chriſto patroni, vt adſolet, rebus verſis, & aduerſis.

Gamaliel fortè vnus, Doctor Legis, D. Paulo Magiſter commemorauit, quam malorum vim paſſi maiores, à nece Prophetarum; acerbiora metuenda, à nece huius vnius, &c.

Nicodemus, feſſus iam olim, ſe *ſcire* Chriſtum *veniſſe à Deo Magiſtrum*, & à ſignis, teſtatus Deum: *Nemo enim poteſt hac ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.* Ioan. 3. fortè etiam leuiuſculè patrocinatus.

De Ioſeph Arimathæo Decurione, certò conſtat. Luc. 23. *Hic non conſenſerat conſilio, & actibus eorum Expectabat & ipſe regnum Dei.*

Molliter tamen is patronus, vt opinor: Nam, etſi *diſcipulus Ieſu occultus* tamē *propter metum Iudæorum.* Ioā. 19.

Sed quid hi pauci inter tantos? Obruuntur, nec numero, nec viribus æqui.

Decretum igitur fatumque vinciri virum, trahique ad Pilatum, à tribunali ſacro ad profanum, aut à foro patrio, ad Romanum. Et, hinc mihi exordium ſectionis tertiæ, tractatus huius magni, in quâ dicam; *DE TRIBVNALIBVS PROFANARVM POTESTATVM, PILATI ET HERODIS.*

I I.

Pilatus quis, vnde ſic dictus & cuias.

Problema planè non vanum. Nam noſtræ genti, ac

linguæ,inuri notam damnati Chriſti,probroſiſſimum.

Miror,id nemini hactenus agitatum, maximè Francorum nulli,quibus ingenij ſatis,& quos probrum hoc præcipuè ferit.

Adfert(mihi credite)neſcio quid ruboris toti genti, ciuis degeneris turpitudo,vel vnius.

Quidni? nam,& contra cæteri,laudati ciuis gloriæ partem ſibi vendicant.

Sanè,non parua gloriæ pars mihi, ab Orlando illo di Laſſus,Orpheo huius æui,ac Principe Muſicorum, nato mecum Montibus Hannoniæ,ſæculo eodem.

Tam id verum,vt ſæpè eiuretur ſceleroſus,à bonis, pro non ſuo,etſi ſuus:adoptetur alienus,bonæ notæ.

Hinc filij multi patribus abdicati.

1.Ioan. 2 *Ex nobis prodierunt,ſed non erant ex nobis.*

Et populi exleges audière,ab ipſo Deo; *Vos non populus meus, &c.* Oſee 1.

Aquila quoque ipſa pullum nido exturbat, cuius oculi ad Solem caligant.

Adoptantur contra,pro ſuis,alieni,ſi bonæ notæ.

Homerum illum iam mortuum,quot vrbes certatim ſibi adrogauêre,quem viuum,cęcum,egentem,ſtipem mendicantem,vix quiſquam benè nôrat? Tantùm potuit Ilias vna,etiam Alexandro Magno ita in delicijs, vt arca ſuperbiſſima includeret, geſtaret sēper,eiq́; dormiēs incubaret.

Cicero pro Archiâ videatur.

A. Gell. lib. 3. noct. cap. 11. Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου.

Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι. id eſt,

Septem vrbes certant,de ſtirpe inſignis Homeri,

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.

Igitur,ſcire intereſt Pilati orbem atque vrbem, rem abſtruſam valde.

Pilati patria.

Pilatus(hiſtoria quadam teſte) Spurius fuit, ceu Nothus, Tito Rege natus. Quid boni ſperes, ab hoc ortu?

Mali corui,malum ouum.

Avi-

A vitijs natalium, frequenter & vitia morum, vel tradu-ẽta ab improbis parentibus, vel, pudore generis, animo humi repente.

Euripid. in Hippolyto. *Non duritate tantâ eſt quiſquam pectoris,*
Obnoxio qui non animo & ſeruo fuat,
Culpæ patris matriſue conſcius ſibi. Jta fit, vt
Rabies parentum duret, & longum nefas
Eat in nepotes, nec vacet cuiquam vetus
Odiſſe crimen, ſemper oriatur nouum
Nec vnum in vno. Senec. in Thyeſte act. 1.
Et ſuccedat auo deterior nepos,
Et maior placeat culpa minoribus. ibidem.

Patria quibuſdam < 1. *Gallus,*
< 2. *Romanus.*

★ 1. *GALLVS.*

Didacus Stella in Luc. 23. ait aliquibus putari Lugdunenſem.

R. P. Cornel Muſſus. ſer. de Paſſ. p. 4. *Ethnicus alienæ regionis patria Gallus, ciuitate Romanus.*

Ioan. Rauiſio Textori in Off. tit Qui ſibi mortem conſciuerunt, Fuit Patria Lugdunenſis, ac mortem ſibi intulit. Autor illi Gregor. Turonenſis.

Autor Roſæ aureæ refert Nic. Lyrano in Luc. 3. etiam videri Lugduni in Burgundia natum dictúmque nomine proprio Pontium, cognomento Pilatum: atque illum ita nuncupatum, ex duobus probari a Lyrano: primò, quòd in more ſit propria nomina præponi; ſecundò, quòd Pontius, pro nomine proprio, valdè vſitatum in Burgundia, ciuitatem Pilatum & Lugdunenſem iactant. Cenſuram tantiſper differamus.

A Burgundico ergo nomine, hominem fuiſſe Burgundum, videri poſſit.

Cæterùm, apud Joſephum, Nicephorum, Adonem, & cæteros claſſicos autores multa de Pilato quidem eiuſque actis, reperio, de ortu verò ac patria eius vix aliquid omnino. Itaque Neoterici pleríque mihi ac gregarij quandoque citandi fuêre.

★ ij. RO-

* ij. *ROMANVS*, aut cuiaſcunque, ſaltem Jtalus.

M. Hierony. Vida Albæ Epiſc. Chriſtiad. lib. 2. in fine.

Illo, Iudæam frenabat tempore, miſſus
Cæſaris imperio Tyberi, Pilatus opimum,
Pontius inſigni Romanus origine gentis.

Audis Romanum: Niſi reſpondeas, illum etiam Romanum dici, qui alibi natus, ciuitate Rom. ſit donatus. Romanum quoque, aut Jtalum fuiſſe, è re & gloria Chriſti eſt, qui nunc Regni, & Eccleſiæ ſuæ ſedem, illic habeat, vnde prodijt, qui Eccleſiæ caput, j. Chriſtum impugnauit.

Bartaſſius lib 1 hebd 1 in fine, loquens de Judicio vltimo Pilatum Judicem Jtalum vocat:

—— *O toy qui d' autrefois.*
D'vn Iuge Italien as redoubté la voix.

Pantaleon Theuenious Lotharingus commentarijs in hunc locum, ſic ait Gallicè, vti verto; *A Pilato, quem quidam natum Lugduni aiunt: alij ex quadam familia Italiæ, & Pontio Ireneo Samnitium duce, qui Romanos vicit ad Furcas, ſiue Fauces Caudinas.*

Romanum, aut Italum, potiùs quam Gallum ſuſpicor, ex
- 1. *Præfectura loco, ſeu Prouincia,*
- 2. *Ordine Iudicij,*
- 3. *Genere ſupplicij.*
- 4. *Titulo crucis trilingui,*
- 5. *Exilij loco,*
- 6. *Nomine, ſeu agnomine*

* j. *PRÆFECTVRÆ LOCO, ſeu Prouincia*, Iudæa ac Hieroſolymis.

Luc. 3. *Procurante Pontio Pilato Iudæam*, nomine Imp. Rom. Hieroſolyma autem iam recens a Pompeio victa: & Gallia recentiùs, à Julio Cæſare, ideoque minus adparens, à Romanis, creditos recenter victos, recenter victo cum ſuis.

Diſſuadet credi
- 1. *Romanorum prudentia,*
- 2. *Gallorum indoles,*
- 3. *Iudæorum libertas.*

* 1. *ROMANORVM PRVDENTIA*, toti orbi cantata Sed inprudentiæ ſit, victum victo credi, à victore, ne vi-

ne victus cum victo paciſcens, victoris iugum vterque excutiat Victos,vni e victoribus,credi magis adparens. Lupus Lupo malè a Venatore committatur.

Calcetum recens v ctum, 1 o commiſſum Gallorum cuipiam,ſed Hiſpano 1.96 14. Maij.

Hieroſolyma igitur victa Romano credi,prudentię fuit, non Gallo,etiam tùm victo.

* 2. *GALLORVM INDOLES*, quam ſatis iam olim nôrant Romani, ex Brenno Gallorum Duce, Camilli temporibus,& recenter,Julii Cæſaris æuo.

Prou. *Quid niſi victis dolor:* Brenni vox inſolens.

Recenter autem victos, non inſolenter, haberi oportet.

Et è re victoris eſt, victos credi optimæ fidei hominibus.

* 3. *IVDÆORVM LIBERTAS*, qui iugi adeò impatientes,vt dixerint:*Nemini ſeruiuimus vnquàm*: & ſuſceptū alias iugum ſæpè excuſſerint.Quapropter,Prorex eò mitti debuit humanus,qui adliceret atque inſ aret, fidiſſimus Jmperio, nullâque parte, in liberationem victorum procliuis. Js Romanus, qui nôrat *paciſq́ imponere leges.*

Parcere ſubiectis; & debellare ſuperbos 6. Æneid.

* ij. *ORDINE IVDICII*,germanè Romano.

Romanus,neminem,ad gratiam cuiuſquam, perire dederit; præſentes exhibet reo accuſatores,& defenſioni locum.

Act. 25. Vox Feſti,apud Regem Agrippam: *Non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem hominem, priuſquam is qui accuſatur præſentes habeat accuſatores, locumq́ defendendi accipiat ab abluenda crimina.*

Hæc Pilatus omnia, grauitate Romanâ.

* iij. *GENERE SVPPLICII*, Cruce; quæ Romanis valde in vſu: & verberibus ante crucifixionem, more Romano,vt mòx dicemus.

* iiij *TITVLO CRVCIS* trilingui, Hebræo, Græco, Latino,non etiam Gallico.

Hebræum fecit,gratia gentis, cui imperitabat, è qua cruciarius è qua frequentiſſimus ſpectator, cui ab hoc titulo

tulo intellecto paradeigma.

Græcum, ratione aduenarum.

Latinum, amore Latii, hoc eſt, patriæ è cuius gloria eſt, idioma ſuum celebrari, & fortè reuerentia Imperij Latini.

Vice Græci tituli, cuius ponendi cauſa ſatis friuola, Gallicum potiùs poſiturus fuerat Pilatus, ſi Gallus, amore ſuę gentis.

* v. *EXILII LOCO*, aut { 1. *Lugduni Galliæ,* 2. *Viennæ Galliæ.*

* 1. *LVGDVNI.* Maſſæus lib. 8 chronic. anno à Chriſto nato. 39. *Pilatus,* inquit, *impleto decennio procurationis ſuæ Romam reuocatus, cùm adhuc eſſet in viâ, Tiberium obijſſe cognouit. à cuius ſucceſſore Lugdunum Galliæ, exilio relegatur. Vbi quadriennio circiter vixit inglorius, deinde propria ſe manu interfecit.*

* 2. *VIENNÆ* Galliæ.

Ado Viennenſis, Epiſc. loci in Chroni. *Pilatus,* ait, *qui ſententiam damnationis in Chriſtum dixerat, & ipſe perpetuò exilio Viennæ includitur, tantiſq; ibi irrogante Caio languoribus coarctatus eſt, vt ſua ſe tranſuerberans manu, multorum malorum compendium mortis celeritate quæſierit.*

Viennæ autem in Gallijs mortuum, poſt alios autor *Baronius tom.* 1. *Annal. ad annum Chriſti* 41.

Iam, ſi Gallia Pilati patria, quale hoc exilium, relegati in patriam, vel Viennam (ſecundum Adonem) vel Lugdunum (ſecundnm Maſſæum) vrbes ambas cæli, ac ſoli ſui? Vſquamne melius homini eſſe poſſit, quam in vterò matris, j. in patria? Si Gallus fuit, alio fuit relegandus, vel in Pontum, vel ad Garamantas & Indos.

Romano autem, à Româ procul in Gallijs, ſeu Viennæ, ſeu Lugduni, exulare, moleſtius eſſe potuit. Non igitur Gallus Pilatus.

* vj. *NOMINE ſeu cognomento*, Pilati enim Pontijque dictiones, mihi Romanæ monetæ, ac moris, videntur.

Ab euentis, aut formâ, formare cognomina, Romanum eſt.

Sic Naſo, à naſi magnitudine: Horatius Cocles, ab oculo offenſo, vt Annibal Dux Luſcus, à pari caſu dum Alpes ſecat, & Plato, à latis, planiſque humeris, Athenis.

Cicero

Cicero, non ille orator, primus ita dictus, quòd in extremo naſo fiſſuram obſcuram, qualis eſt in cicere, haberet. *Plutarch. tom. 3. vit. in Cic.*

Pila, mortarium latinis: & *pila* globulus ludo aptus; & *pilum* Varroni lib. 4. lat. quo far pinſunt, & (quod aptius inſtituto noſtro) *Pilum* eidem Varroni lib. 4. genus teli Romani (a quo pilani, qui pilis pugnabant) cuius haſtile Vegetio fuit pedum quinque ſemiſſis, & ferrum trigonali figura, pondere nouem vnciarum, telum lanceæ non abſimile.

Lucan. 1. Pharſal —*infeſtiſq; obuia ſignis.*
Signa pares aquilas, & pila minantia pilis.

Et pila, opus informe, ac moles arcendis aquis, ad nauium ſtationem, ſeu ſtabulationem tutiorem, de quo Vitruuius lib. 5.

A *pila* mortario, à *pila* luſoria, à *pila* tutrice nauium, à *pilo*, quo farra tunduntur, à *pilo* telo Romano, eoque maximè, quis vetet Pilatum dictum opinari?

Pilatus à pilo aut pila, ab { 1. *Impreſſione.* 2. *Peritia.* 3. *Inſignibus.* }

* 1. *IMPRESSIONE*, quòd ſcilicet aut pilæ quouis ſignificatu, adnata illius aut faciei, aut dorſo, aut alibi, figura (vt adſolet) ab ortu primo.

* 2. *PERITIA*, vel quòd dexterrimè pilo pugnaret; aut in militiam iens, pilo communiùs armaretur, vnde ſit Pilatus etiam Martiali, aut Pilanus Varroni lib. 4. linguæ latinæ.

Martial. lib. 10. epigram. 43. èdit. Fruſij. *Et pilata redit; iamq; ſubitq; cohors*, vel quòd pilæ ludus, illi frequens in manu.

* 3. *INSIGNIBVS*, vel quòd *pilas* mortaria, vel *pilas* luſorias, vel *pila* tundentia, vel *pila* tela Romana, duo aut tria, pro inſignis geſtaret, vt alij alia pro arbitrio.

Certè naſcente Româ, lancea aut pilum dabatur ei, qui fortiter in prælio ſe geſſiſſet. *Plutarch. tom. 1. vit. in Romulo.*

Quidni à *pila* mortario, aut *pilo*, quo far pinſunt? Nam ſcribunt

ſcribunt aliqui, maternum eius auum molitorem.

Etiam a pilis, id eſt, crinibus (vnde pilandi verbum, pro aut pilis aucto, aut pilis ſpoliato) Pilatum dictum, ſi quis opinetur, vix refellam.

Pilandi verbum, vtroque ſenſu mihi lectum.

Primo ſenſu, apud Accium: *Tunc primùm pilabant genæ:*

Altero apud Martialem: *Quòd pectus, quòd crura pilas, &c.*

Forſitan Pontio Pilati cognomentum attributum, quod bene pilatus aut piloſus toto corpore ac vultu eſſet, vt quondam Elias & Eſau, dicti viri piloſi, Gen. 27 & 4. Reg. 1. & piloſi illi horridi, de quibus Iſai cap. 13 & 34. vel per antiphraſin, quòd caluus eſſet ac depilis natura, aut morbo, vel aduerſorum tolerantia; aut caſu quolibet in bello, depilatus.

Neque, ſi quis putet, Pilatum pro Pileato, à pileo, vt galeatus a galea, dictum in ius vocem.

Pileati certè ſerui dicti qui manumittebantur.

Plautus in Amphit. *Quod vtinam ille faxit Iupiter, vt ego hodie raſo capite caluus, capiam pileum,* id eſt, manumittar, liber fiam.

In epitome Sext. Aurelij Victoris, de Nerone. *Cæterùm adeò cuncta Prouincia, omniſq; Roma interitu eius exultauit, vt plebs induta pileis manumiſſionum, tanquàm ſæuo exemta Domino, triumpharet.*

Liuius lib. 24. *Poſtero die, ſerui ad pileum vocati, & carcere vincti emiſſi.*

Laconibus quoque pileatis pugnare in more fuit.

Pilatus igitur, quòd pileo fortè crebriùs indui, libertatis ſigno, gauderet, aut ſemper pileatus loqueretur, aut pugnans Laconizaret, id eſt, pileatus eſſet, fortè dictus Pileatus, & paulatim pereunte vocali e, pro Pileato, Pilatus ſcribi cœpit.

Origenes iſtæ omnes vocis Pilati, & ritus, quos dixi. Romani omnes magis, quam Gallici, vnde Gallum fuiſſe vix ſuſpicor.

Cæterùm, tot bonarum vnius vocis originum, illæ mihi optimæ, quæ Pilatum aut a *pilo* Romano deducunt, aut *pilo, pilaq;* piſtorijs, aut *pila* nautica, aut *pileo,* quorum omnium prima longa.

Nam

Nam, Pilatus, prima longa mihi ſæpius lectum.

Sedulius lib. 4. Paſchalis carminis cap. 12. *Heu facinus Pilate tuum, &c.*

Hieron. Vida lib. 2. Chriſt.—*Iudæam frænabat, tempore, miſſus*

Cæſaris imperio Tiberi, Pilatus opimam, &c.

Pilæ luſoriæ verò, ac pili; i. capilli, primæ breues.

Sed riſi, legens, Pilatum dictum a Pila muliere, ex qua Spurius hic Iudex natus, & ab Ato quodam molitore, patre mulieris illius, coaleſcente in vnicam vtraque dictione, vt ex Pila & Atus, eſſet Pilatus.

Catholicon (neſcio qua hiſtoria autore) id habet, & Autor aureæ Roſæ ſerm. Sabbathi poſt Dom. 3. Aduentus, à quibus ſi quis hîc diſſentiat, non idcò minus Catholicus.

Gallum Pilatum cur non inficier, ab his cauſſis?

Sed ais: Liranus (vt, iam ante dictum) Pontios crebros in Burgundia eſſe refert, ergò Burgundus ille quòd illi Pontij nomen.

Cenſura, quam diſtuli nunc opus. Aut Roſæ Autor malè citat, aut Lyranus bis in Luc. 3 commentatus.

Nam in noſtra editione Luc. 3. nihil tale.

Sed & Pontij etiam Romani non pauci, & aliarum gentium plærique.

Eq. Romanus, Pontius Aufidianus, qui reſciens Filiam à Fannio Saturnino pædagogo corruptam, vtrunque morte puniuit. *Valer. Max. lib. 6. c. 1.*

Valer. Max. lib. 8. cap. 7. Pontius Lupus Eq. Rom. cæcus cauſſidicus.

Idem lib. 6. cap. 1. Et Romanus, is Pontius Centurio, qui emori maluit, quam è Cæſariano, fieri Pompeianus.

Cornel. Tacit. Pontia quoque mulier Romana caſtiſſima, vt quæ interfici maluit, quam, cum Octauio Trib. plebis, adulterio ſcelerari, & ſi promiſſis, & lenocinijs multis verborum vrgeretur.

Etiam Samnites, Pontios ſuos habuêre.

Cicer. lib. 2. off. C. Pontij Samnitis meminit, optantis in ea ſe tempora ſeruatum eſſe; quibus Roma auri amore prius capta, à ſe poſtea capi poſſet.

Et Carthago, Pontium illum præſtantiſſimum Diaco-

num habuit, ſcriptorem vitæ D. Cypriani Ep. Carthaginenſis.

Denique, cùm Pontius deriuatiuum videatur, vel à Ponto, vel a Pontia, vel a Pontijs, vel a Pontibus, tot genres Pontios habere poſſunt, quot vſæ pontibus; aut in Ponto, aut in Pontijs natæ, aut quaqua cauſſa, ex primitiuis illis, Pontiorum nomina deriuare poſſunt.

Nam, non nullus ſcriptor eſt, qui putet Pilatum, à Pontio Inſula Cretæ vicina, dictum Pontium, a ſagacitate qua illic ipſe vſus.

Cur non a Ponto Romanis, illius virtute ſubiugato? Suſpicionem eius mihi creat M. S. ex Annalibus Allobrogum, quod mox produco.

Plin. lib. 3. c. 6. Varro. Ptol. lib. 3. c. 1. Eſt Pontia, Inſula Tyrrheni maris, non longè a Palmaria, in ſinu Caietano, in qua turtures ac coturnices, cùm ad Italiam veniunt, prima volatura, requieſcendi cauſa, paucos dies morantur.

Ab his inſulis, quis vetet, dici poſſe Pontios?

Eſt & Pontus, regio Aſiæ minoris, à Ponto Rege ſic cognominata, Medeæ crudelitate & herbis maleficis nota.

Eſt & Pontus, mare quoddam, & pars etiam maris, ad Conſtantinopolim.

Eſt & Pontus, Scythiæ fluuius, in quo thracius lapis inuenitur, qui aqua accenditur, oleoque reſtinguitur, *Dioſcoridi lib 5. c 93.*

Etiam ab ijs locis Pontij eſſe poſſunt, vel à ſuo inde ortu, vel ab illic claiè geſtis rebus. Pontius, quaſi Ponticus, aut Pontanus.

Et, cur non ibi Pontij, vbi & pontes ſunt?

Si a Fabis Fabius, à Montibus Montius, cur non à ponte, vel erecto, vel propugnato, vel expugnato, vel alias, dicatur & Pontius?

Horatium Coclitem, pontis Sublicij propugnatorem, ſi vocet quis Pontium, erret?

Ibi igitur Pontij eſſe poſſunt, vbi pontes, vnde dicantur.

Itaque, Burgundum Pilatum dicere, quia dictus Pontius nomine

nomine illîc vſitato, non ſatis firmum.

Non erat ex nobis.

Dij talem terris auertite peſtem.

Præterea, ne Gallum fateamur, etſi Lugdunenſem quidam hiſtorici dicant, mouere etiam poteſt; quòd & in Germaniâ, vrbes eiuſdem pænè nominis.

Ptolem lib. 2. c. 11. Lugdunum Germaniæ vrbem dixit, quæ hodiè Glogauia, vulgò *Glogau* dicitur.

Idem, Lugodunum Batauorum vrbem in Gallia Belgica ponit, quam nunc vulgo Leydam nuncupant.

Qui fortè ſcriptores Lugdunenſem dixere, vel Germanum, vel Batauum dicere voluerunt, ſed omiſſa literâ i, vel o, librariorum vel ſciolorum, vel inſciorum errore, pro Lugidunenſis, vel Lugodunenſis, ſcribi cœpit Lugdunenſis, vnde pro Batauo, aut Germano, Gallus haberi cæpit Pilatus.

Germanos certè, ferè vna cum Gallis vicêre Romani, & æquè credi potuit Iudæa Germano, vt Gallo.

Et Germani, hoc regendis Judæis aptiores, quòd ad Hæbræam linguam ritè pronuntiandam, non ſolùm Gallis, ſed omnibus pænè nationibus, aptiores,

Et Germani, regendis recenter victis aptiſſimi, ab humanitate conſalutandi (vnde & Germanos dictos putant, quòd ritu gentis, Germanos, hoc eſt, fratres conſalutarent:)

Item à dignitate, ac maieſtate corporum, qua Præfectorum quiſque ſubditis ſit reuerendus.

Germani. n. proceris, pulcriſque corporibus, & planè digni imperio, quod etiam nunc gerunt.

Papias ſcribit, Germanos dictos quaſi immanes, ab immanitate nimirum corporum.

Egeſippo videntur Germani, magnitudine corporum, ac viſenda proceritate, cæteris omnibus Gentibus præſtare.

Et Germanus, eorum lingua, idem quod totus vir.

Totum virum præfici Iudææ oportebat, ne diceret:

——*dominamur ab vno*

Vixque viro. Virg.

Batauum verò Lugdunenſem ceu Ley danum, præ-

ſectum Hebræis dici, non incongruum; & quòd illi Germaniæ populi (quos nunc dixi fuiſſe idoneos ei Præfecturę) & Bataui præterea (ſecundum Tacitum de ſitu Germaniæ) antiqui Romanorum ſocij, & exemti oneribus & collationibus, tantùm in vſum præliorum ſepoſiti, velut tela atque arma bello reſeruati (quos ideò truces adpellat Lucanus lib. 1. Pharſal.) vnde & aptiſſimi, continendis recenter victis Hebræis.

Et planè trux, Batauoſque truces ſpirans Pilati animus, Chriſtum, quem ſciuit innoxium, trucidantis.

Conciliatio.

Sic tamen cuncta conciliem.

Qui Romanum aut Lugdunenſem dixerunt, non indigenam dicere voluerunt, ſed conſcriptum ciuem; Lugdunenſem, quia ciuitatis Lugdunenſis ciuis, è Romano Italoue, effectus, cùm L. Munatius Plancus, vel (vt alij legunt) Numantius Planutius Rom. Proconſul Lugdunum, anno ante Chriſtum natum 23. ſub Cæſare Auguſto exſtruxiſſet, & coloniam Romanam, aut Jtalam, immiſiſſet: Romanum verò, quia Lugduni Gallorum, vel Lugiduni Germanorum, vel Lugoduni Batauorum ſeu Leydæ, Patre Jtalo vel Romano, illis in partibus fortè militante, matre peregrina natus, Romam cum Patre Romano Jtaloue delatus, Romæ educatus, & ciuitate donatus; aut ex Italo factus ciuis Rom. atque ita, idem Pilatus, & Romanus, & Jtalus, & Lugdunenſis, quòd alibi natus, alibi ciuis.

Magni viri, ciuitatibus varijs donati: etiam ipſe Alex. Magnus.

Et facile, hinc nodos omnes argumentorum ſoluere.

Reſponſio ad argumenta.

★ *Ad* 1. Nam Romanos ciuem Lugdunenſem, Romæ aut in Italia natum, victis Hebræis, præficere extra periculum coniurationis fuit: & ſimiliter ciuem Romanum, patre Romano aut Italo natum, Romæ ſemper educatum, & ſi Lugduni in militia natum, eiſdem præfici, ſuſpicione omni vacare potuit.

★ *Ad* 2 *&* 3. Judicaſſe autem more Romano, & crucifixiſſe, & latinum crucis titulum feciſſe, non Gallicum, nihil

nihil mirum in homine aut Italo, aut Romæ nato, aut ſaltem oriundo ac ciue, vti & Tiberius Claudius Cæſar, Lugduni natus, Romano patre.

Ad 4. Denique titulum Gallicè poni, quid opus fuit, cum eſſet græcè? Nam Græcorum & Gallorum linguæ; affines valdè; vt qui vnam nôrit, ferè ambas nouerit.

Verba, phraſeſque multæ, Gallis Græciſque communes. *Vide Henricum Steph de conformitate vtriuſque linguæ.*

Et, olim Gallos characteribus Græcis etiam vſos lego, & etiamnum iam Gallica lingua, merus Gallogræciſmus.

Itaque, Pilatus titulum Grecè ſcribens, non etiam Gallice, linguæ patriæ Lugdunenſi nihil derogauit, quæ aliquo modo Græca continebatur, vt nucleus in nuce.

Ad 5 Jam, quòd, ab exilio, probatum non fuiſſe Gallum, quod in Patriam redire, non ſit exulare: reſpondeo.

1. Exilium eſſe, è ciuitate ciuem ablegari. Româ excluſus Pilatus.

2. Et, ſi patria, vbicumque benè: exilium eſt, vbicunque malè: Romæ, Pilato meliùs, aut Hieroſolymis, cum imperitaret, quàm Lugduni aut Vienne, cum pareret inglorius: ideoque Lugdunum, tunc illi non patria, ſed merum verumque exilium fuit.

Ad 6. Denique ex cognomine, quod illi à pilo, aut aliunde, ritu certe Romano, Pilatum Romanum adſerere. Gallum, aut Germanum, aut Batauum inficiari, leuiculum eſt: nàm cuiuſcunque is fuerit, certè ciuis Romanus factus, à Romanis honoratus, adblandiri hoc cognomento volui, quaſi adfectatè Romanus; vel illi Pater ipſe ſiue Romanus ſiuè Italus, paruulo id cognomenti adfixit, Spurium ſuum hac Romanis inſinuaturus.

Captiuatio Intellectus Autoris.

Omnis hæc quæſtio (vti & cætera mea omnia) per me, Romano ſub Iudice lis ſit, id eſt, Eccleſiæ Rom. Pontifice.

Cæterum, quia Pilatus, ob ſcelus tantùm, meritò omnibus ciuitatibus eiurandus, vt contra Homerus ob virtutes, ſeptem ciuitatibus certatim adoptatus, forte

ortûs eius tanta obſcuritas apud Scriptores.

Certè, ſi Lugdunum è tribus aliquod, genuit hoc monſtri, meritò Lugodunum, aut Lugidunum, aut Lugdunum veteres dixêre, a luctu fortè, qui, ab hoc monſtro, futurus prævidebatur.

Verùm, ſeu probetur, hic, ſeu ibi natus Pilatus, ciues tamen nullam ſceleris eius partem decerpati, vt probra adficiantur, aut ſceleroſiores dicantur. Vna hirundo, ver non facit.

Nec peccatum Pilati, vt peccatum Adæ, vt natura, aut gens tota, vitium trahat ab vnâ perſonâ.

APPENDICES DE PILATI EXITV.

Narratio de Pilato ex Annalibus Delphinatus, vt aiebat M. S. Gallicum Sacerdotis, ac Prædicatoris cuiuſdam, hominis non indocti, neque nullius naris, & regionum multarum luſtratoris, nuper defuncti, Ord. Minorum Prou. Flandriæ.

Latina facta à F. PHIL. BOSKHIERO.

PILATVS *in regione Allobrogum* (aliàs Delphinatu) *natus inter vrbes Valentiam & Viennam, vbi domus (cuius ſarta tecta ad perpetuam memoriam adcurantur) ſita eſt, quæ Patris eius fuit, qui Regulus erat ſub Romanorum poteſtate, poſtquam Gallias Iulius Cæſar debellaſſet; Romam à patre eſt deſtinatus, vt pœnas daret, Romanorum arbitrio, quòd fratrem ſuum iuſtis nuptijs natum ipſe ſpurius interfeciſſet. Romani, cùm eum ingenio acuto pollere, valereq́ audacia animaduertiſſent, in Pontum ablegarunt, vt ciuis regionis incolas ſub Romanum iugum, quod rebellione excuſſerant, redigeret, quod & perfecit. Itaque Romam reuerſus, à Senatu Iudææ Procurationem impetrauit, ſicq́ Ieroſolymam venit. Poſt Domini noſtri mortem, exilio damnatus eſt, ac Viennam Allobrogum* (nunc Delphinatium) *relegatus, vrbem tunc celebrem valdè, ſeptem arcibus claram, ex quibus ſuperſunt nunc dumtaxat*

duæ,

due. Cumq́; turri quadam, quam Rhodanus alluit, incluſus eſſet ſe præ indignatione ac deſperatione, cultello ipſe iugulauit, ipſaq́; turris cum cadauere, vna in Rhodanum corruêre, quo factum eſt, vt nauigia omnia quæ Lugduno (quod militaribus à Viennâ quinque diſiungitur) per Rhodanum iter faciebant, naufragium tunc paterentur, cùm locum illum præterirent, qui Pilati cadauere occupabatur. Cæterum D. Paulus, cùm Hiſpanias peteret, Viennam venit, & Euariſtum diſcipulum ſuum creauit Epiſcopum Viennenſem qui populo nouiſſimè ad fidem Catholicam conuerſo orare ieiunare triduum edixit, vt, quæ cauſa nauibus crearet pericula reſciretur. Ac, poſtquam Epiſcopi edicto eſt ſatisfactum, ab Angelo, qui Epiſcopo ipſi adparuit, reuelatum eſt accidere id quòd locus ille, vbi naues perire contingebat, Pilati cadauere occuparetur, quod ipſum mox emerſit & æquore ac ſuperficie fluminis fluctuauit, ad ripamq́; adtractum eſt. Poſthac, Angelus currum mere ligneum, nullo ferro munitum, extrui præcepit, & in illum cadauer extolli, curruiq́; boues duos iuuenculos adiungi, ſiniq́; ambulare quò vellent, qui in excelſum montem, quinque militaribus ab vrbe diſtantem abierunt, Epiſcopo & populo conſequentibus, vt viderent finem quò cùm boues perueniſſent, in magna planitie conſtiterunt. Tum Epiſcopus rurſum populo præcipere orarent, vt, Deo reuelante, reſciretur quid eſſet de cadauere illo ſtatuendum. Angelus Epiſcopo reuelauit ſcrobem rotundam effodi oportere, in quam cadauer illud rectum & ſtantis inſtar, infoderetur. Dictum factum, & ſubitò Infernus cadauer abſorpſit. Et hactenùs ibi lacus latus magnuſq́; ſupereſt, fereq́; ad ſemiquadrantem miliarij ardet ac ſuccutitur terra, ebullientis arenæ inſtar. Sed & tempeſtates omnes quæ vineas, & terræ fruges demoliuntur, ferè ab illo monte (qui vulgò mons Pilati nominatur) habent originem. Hæc ibi fideliſſima verſione. Tantùm, velim Annales ipſos Allobrogum ipſe vidiſſe.

Ex hiſtoria alia Gallica, cognomento Septennaria, ad annum 1604.

De Pilato, inquit, *hiſtoria quædam extat Viennæ Allobrogum, docens ipſum eſſe in puteo qui in turri Pilati eſt, vnde exauditur, clamores mugituſq́; ſuos edere.*

Ex Jo. Rauiſ. Text. Officina tit. Mortem qui ſibi va-

rijs modis conſciuerunt, &c.

Pontium Pilatum patria Lugdunenſem, ferunt nefariæ in Chriſtum ſententiæ meritas dediſſe pœnas, ſibiq; mortem intuliſſe. Autor eſt Greg. Turonenſis:

Tam tibi ſit mitis Ponti Pilate Megæra,
Tamq; tuæ moueant lacrymæ Plutona ferocem,
Quàm meritè perijt fato, te Iudice, CHRISTVS.

Ex Euſebij Cæſar. hiſt. Eccleſ. lib. 2. c. 7.

Pilatus qui in Saluatorem iniqui Iudicis functus eſt officio, ijſdem temporibus Caij, tantis ac talibus malorum cladibus cruciatus eſt, vt propria ſe manu tranſuerberans, nefariam vitam vi abieciſſe referatur. Nec enim poterat tanti piaculi miniſter impunitus euadere. Sicut in hiſtorijs Græcorū reperimus, eorum dumtaxat qui Olympiades ſcribunt, & annales rerum geſtarum libros ad poſteritatis memoriam, condunt.

Idem ſcribit Niceph. lib. 2. hiſt. cap. 10. addens, idem eueniſſe Annæ, & Caiphæ, & ſcribis, & Phariſæis cæteris, qui ſeipſos occiderunt.

De Pilati nequitijs, infœlicique exitu, vide, Lector, Petrum Meſſium cap. 8. parte 2.

III.

De hypocriſi Iudæorum, non ingredientium Pilati Prætorium.

Adducunt ergò Ieſum, à Caipha in Prætorium, &c. & ipſi non introierunt in Prætorium, ne contaminarentur, &c.

Inſtar pilæ palmariæ, huc, illuc agitur Dominus, & raptatur: ab Anna, ad Caipham, à Caipha, ad Pilati prætorium, id eſt, aulam locumque iuri dicundo; nam ſolam Pilati domum ingreſſis nulla contaminatio.

Ne contaminarentur &c. j. ne fierent immundi, neu' irregulares. *ſed vt manducarent Paſcha.*

Viden' tu ſepulchra dealbata culicem liquantium, & camelum deglutientium?

Decimatis mentam & anethum, &c.

Matth. 15. Ita lauandarum manuum curioſi, vt incurioſos huius rei Chriſti diſcipulos accuſarent. *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum? Non enim*

nim lauant manus ſuas, cùm panem manducant.

Manus ſcilicet lauabant, non opera.

D. Hieron. lib. 2. comment. in Matth. *Manus j. opera, non corporis vtique, ſed animæ lauandæ ſunt.*

Vtrum ſceleroſiùs, coniurarêne in innoxium, ſanguinem ſitire Prophetæ Dei & Hominis, an, ſummo pede, attingere Prætorium hominis Ethnici?

Sic Gneſ. 3. mulier ad ſerpentem *Præcepit nobis , ne tangeremus, &c.* tangere negatum rata, auſa tamen veſci, ac marito offerre tentatrix.

2 *Reg.* 12. Dauid captus iàm amore Bethſabæ , quærit an ſanctificata ſit ab immunditiâ, nihil vrgens, an nupta ſit.

Legum humanarum quidam obſeruantiſſimi , vt decet quidem , ſed diuinarum audaciſſimi tranſgreſſores.

D. Bernard. ad Eugenium. Obſeruari primùm Dei placita iubet, quàm D. Benedicti conſilia, &c.

Hæc age, & iſta non omitte.

Mordere fratrem quiſquam audet , & humanis quodam modò carnibus veſci , qui non audet pullis, aut ouis?

Sanguinem fratris non horres , & vinum metuis? &c.

NOTÆ

CONCIONIS XXX.

THEM. *Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet, pænitentiâ ductus, retulit 30. argenteos, &c.*

Feria 3. poſt Dominicam Paſſ.

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie { 1. *Vnde didicit Iudas damnatum Ieſum. De Conſcientiæ flagello.*
2. *De Iudæ perfectú pœnitentiâ, ni deſperâſſet.*

ſperaſſet.
3 *Nunquàm de venia deſperandum.*

AVE.

I.

Vnde didicit Iudas damnatum Ieſum.

Videns quòd damnatus eſſet &c. vel ipſe Iudas, apud ſe, &, ſe iudice, damnatus (de quorundam mente) vt qui ſacrum ſcelus perpetraſſet, dignum Tartaris mille: vel intelligens, Chriſtum iam i i, aut eſſe damnatum, quæ ſententia communior, & mihi melior.

Sed, damnatum Jeſum qui ſcire potuit? Nam à Pilato nondum certè damnatus, ſed nec examinatus quidem, &c.

Diſtinguendi Judices h. c, in
1. *Sacros,*
2. *Profanos,*
3. *Hieroſolymitanos ſeu domeſticos,*
4. *Peregrinos,*

A Sacris, ac Hieroſolymitanis, iam damnatum ſuſpicatur Judas.

Suſpicio Judæ a
1. *Conſenſu omnium*, qui media iam nocte dixerant: *reus eſt mortis.*
2. *Pœnis* Chriſto, vt damnato, à milite nocte totæ illatis.
3. *Vinculis*, quibus tractus ad Pilatum. Indemnatos non vinciebant Judæi.

Nonnullorum ſenſu, poſt mortem ac reſurrectionem Chriſti ductus eſt Judas pœnitudine: quod ſi verum, damnatum Jeſum ex ipſa morte didicit.

Vidit damnatum, indoluit, & venit ad laqueum.

De auaritia, Conſcientiæque flagello paucula.

Verius igitur vero. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* 1. Timoth. 6.

Vbi

Vbi duo dixi { 1. *Peccatorum fontem*, { 1. *Temporalem*, 2. *Aeternam*. } 2. *Damnationem* (ibi, interitum) }

Auaritia enim fons, metropoliſque malorum. Hinc furta, proditiones, &c.

Virg 6 Æneid. *Vendidit hic, auro patriam.*

Et auarorum finis perfrequens, laqueus, aut ſuus, aut alienus.

Iudæ finis, laqueus ſuus: aliorum furum, communiter, alienus.

Et verè Deus Gen. 4. *Statim in foribus peccatum tuum aderit*, *j.* peccati pœna.

Pœna duplex { 1. *Externa*, quæ ſæpè differtur, nec auſertur. 2. *Interna*, mox illata, moxque à peccato ſæuiens. }

Publius. *Illo nocens damnat, quo peccat die.*

D Aug. lib. Conf. c. *Iuſſiſti, Domine, & ità eſt, vt omnis inordinatus animus, ſibimetipſi ſit pœna.*

Iob. 7. *Factus ſum mihimetipſi grauis, cur non tollis peccatum meum?*

Pſal. 37 *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.*

Sap 5 *Præ anguſtia ſpiritus gementes.*

Heſiodo, etiam pœna cum peccato naſcitur.

Peccati comes pænitentia, vt cortex arboris.

Cic. 1. de Leg. *Impij pœnas luunt, non tàm iudicijs (quæ quõdam nuſquam erant, hodiè multifariàm nulla ſunt) quàm angore conſcientiæ, fraudiſque cruciatu.*

Idem orat pro Roſcio Amer. *Sua quemque fraus, & ſuus error maximè vexat, ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque adficit, ſuæ malæ cogitationes conſcientiæque animi terrent. hæ ſunt impijs aſſiduæ domeſticæque furiæ, quæ, dies noctesque pœnas à ſceleratiſſimis repetunt.*

Veterum quidam. *Mortalibus omnibus conſcientia Deus eſt.*

Iuuenal. ſat. 13. —*prima eſt hæc vltio, quòd, ſe*
Iudice, nemo nocens abſoluitur.—

—*diri*

——— *diri conſcia facti*

Mens habet adtonitos, & ſurdo verbere cædit,

Occultum * *faciente animo tortore flegellum.* * patiente alias, nos reponere maluimus faciente aut quatiente: alioqui qui ſenſus?

Scelerosos ſuijpſorum pudet, & ſtercus ſuum, ipſis etiam malè olet; ipſi ſibi remurmurant, de ſuis facinoribus cenſent, pænasque, ante Cenſorum cenſuras, decernunt: ſomnijs ſuis terrentur, quæ pænarum ſuarum putant prognoſtica; ipſos ſe propemodùm timent.

Vmbras, vera corpora, putant, filiorum motus perhorreſcunt.

Hinc illud : *Et mota ad lunam trepidabit arundinis vmbram.*

*Gen.*3 Protoplaſti in dumetis latitantes, ſolam à Deo appellationem ſui timuerunt.

Sap.17. *Semper præſumit ſæua perturbata conſcientia.*

Quot homines incurſant, tot ſatellites putant, à Prætore ſubmiſſos.

Omnia omnium ſecreta colloquia, illis ſuſpecta.

Cato lib.1. diſtich. *Conſcius ipſe ſibi, de ſe putat omnia dici.*

Ouid. Faſt. 1. *Conſcia mens vt cuique ſua eſt, ità concipit intra.*

Pectora pro facto, ſpemque metumque ſuo.

Jdem 2. Amorum. *Multa miſer timeo, quid feci multa proterue.*

Petron. ſatyr. *Quod meruerunt, ſemper expectant.*

Accidit hoc, ab
- 1. *Intellectus humani lumine inextincto etiàm poſt Adæ peccatum, noſtrumque.*
- 2. *Voluntatis humanæ innatâ rectitudine, ac propenſione ad bonum.* Magiſt. Sent. libr. 2. cap. 39. C. ait ſuperiorem ſcintillam rationis (quam ſynteresin vulgò vocant) bonum ſemper velle, & malum odiſſe.
- 3. *Gratiâ Dei ſæpè inuitos trahentis, aut ità caſtigantis.*
- 4. *Angelo cuſtode, monente ac mouente.*

Iudas

Judas, hâc vtraque pœna tortus
- 1. *Interna*, ibi: *Pœnitentia ductus.*
- 2. *Externâ*, ibi: *laqueo ſe ſuſpendit.*

Nunc te(Iuda)*facta impia tangunt*, atque, vt Titius iecur ſuum à vulture, ſic tumentem, à conſcientia, adrodi iam ſentis.

Quid illis ipſis manibus, quibus ſacrum aurum tractauerat, marſupioque iugularat, laqueo ſe innexuit.

J J.

De Iudæ perfectâ pœnitentiia, ni deſperâſſet.

Cæterum, Iudæ pœnitentia propemodum abſoluta.

Tribus conſtans illa
- 1 *Contritione*, ibi: *pœnitentia ductus, &c.*
- 2. *Confeſſione delicti, etiam publica apud Sacerdotes*, ibi: *Principibus Sacerdotū, & Senioribus dicens: Peccaui tradens, &c.*
- 3. *Satisfactione integra*, ibi: *retulit* 30. *argenteos.*

* j *CONTRITIONEM* voco, dolorem ſpontè adſumtum, de peccato admiſſo; intuentem non maximè damni ſenſuſue pœnam, ſed offenſi Dei bonitatem.

Mola grauiſſimi doloris, cor Judæ angebatur, ac ſpontè quidem, quòd proditor. &c.

Ac fortè ille, nec paradiſi iacturam, aut Jnferni meritas pœnas adſpectabat, ſed ſcelus, ac ſerui quidem in Dominū, tam lenem, poſt tot honores, tot beneficia, &c.

Chriſti, de Juda, merita
- 1 *Ereptio frequens à certa morte,*
- 2. *Euectio ad Apoſtolatum, Oeconomiam, &c.*
- 3 *Abſolutio ab inceſtu cum matre.*
- 4 *Curatio patris, à lepra; matris, à paralyſi.* Et quid non? *De his in Iudam benef. D. Aug. ſerm.* 28. *ad fratres in eremo.*

Hæc, hiſque ſimilia, ſat ſero ſapiens, cogitabundus, cubitoque innixus, & ſcalpens caput, animo volutabat, ſe increpi-

trepitabat,d. Me miſerum! proh ſcelus! &c.

*ij. CONFESSIO Judæ optima, à

1. *Publico*, Nam: *coram Sacerdotibus, & ſenioribus*, quia publicum ſcelus.
2. *Loco*; Nam in templo.
3. *Diſtinctione*, nam ait, *peccaui*, & addit, *tradens, &c.*
4. *Lachrymis, & clamore adparenter.*
5. *Palinodia*, ibi: *ſanguinem iuſtũ*, famæ læſi conſulens.
6. *Simplicitate*, Nam in nullum tranſtulit crimen, dicens Sacerdotibus, aut alijs: vos mihi huius autores eſtis, &c.

Hactenùs bonus peccati confitendi Magiſter.

Iuſtus, in principio accuſator eſt ſui.

De publica Confeſſione alias;

De loco nihil præcipio, etſi, extra neceſſitatem , ſacer aptiſſimus.

Diſtinctio verò criminum, neceſſaria; quin & circumſtãtiarum, ſiue grauantium tantùm, ſiue alterantium quoque hoc modo:

Ego Aiax Oileus violaui Caſſandram, virginem, vatem, Sacerdotem, in Mineruæ templo.

Ego Hippomenes, Atlantæ vxoris meæ amator ardentior, ham in æde Magnæ matris, nulla numinis habita reuerentia, cum illa concubui.

Occidi Zachariam, Prophetam, inter templum & altare, &c.

Et nemo, vt autor, aut particeps ſceleris; temerè inſimulandus. *Peccaui*, ait Iudas, q. d. *Ego, ego ſum qui iniquè egi: Me me adſum qui feci, &c.*

Abſit Adamiſmus, iſte Gen. 3. *Mulier, quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi, &c.*

Et illud ſ uæ ibid. *Serpens decepit me.*

Perditio ex te Iſrael.

Debilis eſt hoſtis, qui non vincit niſi volentem.

*iij. *SATISFACTIONE pulcra* etiam negotium clau-

ſit

ſit Iudas quam voco pœna alicuius tolerantiam ad delectam voluptatem, quæ a peccato.

Pœna non parua refundendi malè parta: reſarciendæ famæ læſa, &c.

Id Iudas præſtitit, reddidit tantum quantum: *Retulit. 30. argenteos.*

Famam imprimis in uſtè læſam, quà potuit, in integrum reſtituit, dicens: *Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum.* Ita expedit.

Sic Phædra, terribilis illa & iniuſta nouerca. Hippolytum a ſe falsò accuſatum oblatu ſ ep, his verbis, moritura purgauit.

Senec. in Hippolyto act. 5. *Audite Athenæ, tuq; funeſta, pater.*

Peior Nouerca, falſa memoraui, & nefas.
Quod ipſa demens pectore inſano hauſeram,
Mentita finxi: falſa puniſti pater.
Iuuenisq; caſtus, crimine inceſto, iacet,
Pudicus, inſons.

Cum verò dicitur, *proiectis argenteis*, &c. ſubaudio admirandum contemtum, odium, & execrationem auri nefarij: quin, propè ſuſpicor, proiectos nummos illi proculcatos, vt paleos proculcare adſolent, qui iratiores.

Ita, quæ ardenter ante cupijt, acriùs nunc odit.

Odia materiei peccandi, cuique iuſtiſſima, maximè ante lapſum

Laërt lib. 6. Optimè Crates ille Thebanus. *Ite diuitiæ, potiùs mergam, quam ipſe mergar à vobis.*

Eijce ancillam & filium eius, mulieroſe, eijce irritamenta malorum, &c.

Et mihi vide, quam benè præmiſſum, *Pœnitentia ductus retulit, &c.* vt confeſſionem ſceleris, pecuniæ refuſionem ſpontaneam agnoſcas. non vi, aut iure extortum.

Pſal 53 *Voluntariè ſacrificabo tibi.*

Hilarem datorem diligit Deus. odit coacta ſeruitia.

Exomologeſin ſi facies in Paſchate, aut malè parta refundes. facies *ductus pœnitentia*, inſtar illius. Intùs fiat, quod foris.

Ductus,

Ductus, inquam, non tractus { 1. *Lege,* 2. *Conſuetudine,* 3. *Calumniæ metu, ſi aliter.* }

Ductus, amore Dei, & æqui, &c.

Alioquî, tu quidem legì de Confeſſione in Paſchate pa-rens, menti non pares.

Cæterùm, Confeſſionem Iudæ, cui tam multa infue-runt bona, peſſima clauſit Cataſtrophe, nàm *abiens, laqueò ſe ſuſpendit.*

Speràſſet etiam miſer, ſaluus erat.

III.

Nunquam de Dei miſericordia, deſperandum.

Et abiens, laqueo ſe ſuſpendit.

Plaut. in Aulular. vox Staphilæ ancillæ. ——— *neque que quicquam melius eſt mihi.*

(Vt opinor) quàm, ex me, vt vnum faciam literam Longam, laqueò collum quando obſtrinxero.

Dignum proditore, ac veterano fure ſupplicium qui-dem, ſed tamen indolendum, tot bonis initijs Spem Bo-nam quaſi coronidem defuiſſe, quæ tamen, cæteris Dijs o-lim terras relinquentibus, ſola fingitur à Poetis remanſiſ-ſe. 1. *de Ponto eleg.* 7.

Sed deſperandi illi autor, qui & prodendi, Diabolus.

Dæmonis. n. ars tri-plex { 1. *Minuendi magna, & micrologiæ aut Tapinoſi vtendi;* 2. *Amplificandi parua,* 3. *Malè pingendi Numinis.* }

* j. *MINVENDI MAGNA.* Nam peccaturis dicit, ni-hil, aut pauculum eſſe, quod peccatur.

* ij. *AMPLIFICANDI PARVA.* Nam mox, vt pec-catum eſt, ex atomo Olympos facit.

Geneſ. 4. Ab hoc amplificatore, vox illa Caini: *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.*

Mentiris Cain, *Maior Dei miſericordia, quam iniquitas tua.*

Jlla. n. infinita, magnitudine, multitudine, diuturnitate, tua verò

tua verò iniquitas menſurata.

Finitæ creaturæ nullum opus infinitum.

Finiti autem ad infinitum, quæ ſymmetria?

An tumulus Olympo altior? myrica cupreſſo? nardus cedro?

Aut leuis pluma, plumbi maſſam pondere vincat?

Aut muſca, totum ebibat Oceanum? Ergo, nec hominis peccata, miſericordiam Dei exhauriant. Is igitur mille artifex, qui cauſas prodendi Chriſti Iudæ paulò antè innexuerat, mox facti turpitudinem amplificauit.

Quò tu iam Iuda? ad quem te recipias; diſcipulis exoſus, & Sacerdotibus inuiſus, quia proditor? &c.

Virg. 2. Aen. *Quæ nunc tellus, quæ te æquora poſſunt*
Accipere, aut quid iam miſero tibi denique reſtat?
Cur, neque apud Danaos, vſquàm locus, inſuper ipſi
Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt?

Quin morere; vt merita es (ſcelerata anima) ferroque auerte dolorem, &c.

*iij. *MALE PINGENDI NVMINIS.* Agno enim mitiorem Deum putes, ex eius opere; cùm peccare ſuadet, ſperare iubet bona: at poſt peccatum, Leone ac Phalaride quouis truculentiorem exhibet Deum.

Patientia, inquit, *læſa fit furor.*

Sed renitendum, Spe magna.

Pœnitentibus veniam promittunt { 1. *Scriptura*, 2. *Patres*, 3. *Exempla*, 4. *Ratio*. }

*j. *SCRIPTVRÆ.* Ezech. 18. *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus, & non, vt conuertatur à viis ſuis, & viuat?*

Jbid. *Si auerterit ſe impius ab impietate ſuâ, quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam ſuam viuificabit.*

Jbid. *Conuertimini & agite pænitentiam, ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Multa illic paria.

Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.

Venit filius hominis ſaluare, quod perierat.

Venit, non vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.

Ideò dictus Ieſus, j. Saluator.

Omne quod venit ad me, non eijciam foras.

★ ij. *PATRES.* Cypr. ſer. de cœnâ Domini. *Nil ſerum, dummodo verum.*

D. Chryſoſt ep. 1. ad Theodorum monachum lapſum, initiò inſignis, videatur.

Item hom 40 ad Antioc. circa med. & 41. in princip.

Cypriani, de cœna Domini, verba aurea.

Senec. in Clytemneſt. vox Clytem. *Nunquàm ſera eſt ad bonos mores via.*

★ iij *EXEMPLA.* Adam, idem pater & patricida omnium noſtrum, pœnitentia reparatus.

Dauid, Manaſſes, Petrus, Matthęus, Magdal. Latronum alter, Saulus, & mille alij.

★ iiij *RATIO.* Principem decent Juſtitia, & Clementia, & hæc maximè; non deceant Deum?

Deus bifrons < 1. *Iuſtus,*
< 2. *Miſericors.*

Quâ miſericors, facie eſt placidiſſima ſereniſſima: quà iuſtus, terribili, & quæ cogat vel Jobos dicere:

Iob. 3. *Quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui Deum.*

Vtrimque is intuendus, hac deſperanti, illàc præſumenti. Tutiſſimum hoc Spebus Timoribusque noſtris temperandis. Chriſtus bipes.

D. Bern. ſer. de Magd. *Pedes iſti* (inquit loquens de Chriſti pedibus, & Magdalenæ amplexibus) *ſunt miſericordia, & iudicium, quorum alterum, ſine altero, oſculari, vel temeraria ſecuritas eſt, vel deſperatio fugienda.*

D. Auguſtinus conſonus.

Peccarim; Magna tamen ſpes, eſt in bonitate Dei.

Vnicum pedem Iudas amplexatus: vnicam ille faciem intuitus, ſeueram, inquam, illam & Manlianam, ideoque *abiens* (horrore ſc.) *laqueo ſe ſuſpendit; abijt in locum ſuum* (Act. 1.) vertiſſet ſe ad alteram, & vixiſſet.

Non dico, vt pro talibus quiſquam oret.

D. Aug.

D. Aug. lib. 1. Ciuit. c. 27. *Reos ſua mortis, melior poſt mortem vita non ſuſcipit.*

NOTÆ CONCIONIS XXXI.

Feria 4. hebdom. Paſſ.

THEM. *Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum.*

Facta repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie
1. *Veritatem quandoque premi, obprimi nunquàm.*
2. *Pœnitentiam Iudæ variè claudicaſſe.*
3. *Vnde aucta Iudæ deſperatio. Quàm malè fecerit, ad laqueum fugiens. Epitaphium nebulonis.* AVE.

J.

Veritatem quandoque premi, obprimi nunquàm.

Stob. ſer. 11. Æſchinis vox aurea: *Veritatem rem adeò validam, vt omnes humanas cogitationes facilè ſuperet.*

Vter inflatus, etſi vi immerſus fluctibus, tandem emergit.

Et oleum, aquæ ſemper ſupernatat.

Et Sol tandem velamina nubium diſcutit.

3. *Eſdræ* 3. Trium militum, Darij cuſtodum, inſignis diſputatio.

Quid fortiſſimum, an
1. *Vinum,*
2. *Rex,*
3. *Mulieres,*
4. *Veritas.*

Prior ſcripſit: *Forte eſt vinum.*

2. *Fortior eſt Rex,*

 3. Ter

3. *Fortiores ſunt mulieres: ſuper omnia autem vincit veritas.*

Primi ratio. Nam *vinum ſeducit mentem. Itemq; Regis & orphani facit mentem vanam Item ſerui ac liberi, pauperis ac diuitis, & omnem mentem conuertit in ſecuritatem, & iucunditatem & non meminit omnem triſtitiam, & debitum, & omnia præcordia facit honeſta, & non meminit Regem nec magiſtratum & omnia per talenta loqui facit. Et non meminerunt, cùm biberunt, amicitiam, nec fraternitatem: ſed non multum poſt ſumunt gladios Et cùm à vino merſerint & ſurrexerint, non meminerunt, quæ geſſerunt*. hæc ibi.

Eiurat, eneruatque, & virum puero dat vincendum: rationem adimit, &c.

Alterius dicentis *fortior eſt Rex*; hęc Ratio. Regi parent, amore, qui amici, metu, qui inimici.

3. Eſdræ c. 4 Miſſi à Rege, *vadunt, & demoliuntur montes, & muros & turres. Iugulantur, & iugulant, & Regis verbum non prætereunt Nam, ſi vicerint, afferunt Regi omnia, quæcunque prædati fuerint, &c* & alia multa, quæ inde petes.

Tertij hæ rationes. *Nonne mulieres genuerunt Regem, & omnem populum? &c.*

Ibid. *Si congregauerint aurum, & argentum, & omnem rem ſpecioſam; & viderint mulierem vnam bono habitu, & bona ſpecie, omnia hæc relinquentes in eam intendunt. &c.*

Ibid. *Homo patrem ſuum relinquit, qui enutrijt illum, & ſuam regionem & ad mulierem ſe coniungit, &c.*

Ibid. *Et multi dementes facti ſunt, propter vxores ſuas, &c.*

Ibid *Videbam Apenem filiam Bezacis mirifici concubinam Regis, ſedentem iuxta Regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite eius & imponentem ſibi, & palma cædebat Regem de ſiniſtra manu. Et ſuper hæc aperto ore intuebatur eam: & ſi arriſerit ei, ridet &c*

Iud 16. Samſonem, mandibulâ aſini, mille Philiſtæos conterentem, manu inermi leones trucidantem, &c. vna Dalila exarmauit.

Salomonem mulieres dementauêre.

Herculem, monſtrorum domitorem, Omphale de collo

collo ſuo,ad collum traxit,&c.& leonis ſpolio ſpoliatum, muliebribus induit.

Prou.Gall. Gallus nocte cantans ex ceruicali, ſuauiter imperioſeq; cantat. j. vxor multùm poteſt, apud virum.

Quarti vox iſta: *Super omnia autem vincit Veritas*, huius hęc ibi ratio: *Omnis terra veritatem inuocat, cælum etiam ipſam benedicit.*

Ibid. *Non eſt cum ea quicquam iniquum. Vinum iniquum, iniquus Rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorum omnia opera, & non eſt in ipſis veritas, & in ſua iniquitate peribunt: & veritas manet, & inualeſcit in æternum, & viuit, & obtinet in ſecula ſeculorum, &c.* Vide illic cætera.

Optimè id ſanè. Obcultaueris enim citius Solem in meridie, ignemque in ſinu, quàm Veritatem.

Sen. in Troade. Vox Vlyſſis. *Veritas nunquam latet,*

——*quis enim celauerit ignem,*

Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo?

Matth. 10. *Nihil eſt opertum, quod non reuelabitur, & occultum, quod non ſcietur.*

Pſal. 16. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.*

Thaletis vox. *Tempus omnium ſapientiſſimum.*

Pindarus in Olympiacis. *Poſteri dies ſapientiſſimi teſtes.*

Plutarchus in problematis. Quòd olim, operto capite, res diuina Saturno fieret, ſignificare arbitratur, veritatem plerumque tegi, atque ignorari, ſed eandem tempore aperiri. Saturnus enim, temporum autor ac Deus fingitur.

T. Liuius lib. 22. *A veritate laborare nimis ius ſæpè aiunt, extingui nunquam.*

Senec. lib. 2. de ira. *Dandum ſemper tempus eſt: Veritatem enim dies aperit.*

Cic. pro Cluentio. *Multorum improbitate depreſſa veritas emergit, & innocentia defenſio interclusa reſpirat.*

Eſt aliquid planè diuinum Veritas, vnde illud: *Ego ſum via, veritas, & vita.*

Vt Deum nemo occultare poſſit, ſic nemo perpetuò, filiam Dei veritatem.

A. Gell. lib. 12. noct. c. 11. admonet, quendam veterum poetarum, Veritatē, temporis filiam vocâſſe, quòd licet, aliquandò lateat, tamen, temporis progreſſu, veniat ad lucem.

Premitur ſæpè, obprimitur nunquàm.

Solem nubes ad tempus tegunt, & mendacia pariter veritatem.

Vti non nullies accidit, duorum luctatorum fortiorem, è debiliori deijci, quòd debilis, ſaltu leuitate, tibiarum frudulenta intricatione præualeat; ſed tandem, altero ſuper alterum proiecto, diuque colluctante vtroque, paulatim fortiorem adſurgere, ac ſupereminere; Jta & Veritas luctans cum mendacio, fraude non rarò premitur, ſed mox euincit, fato quodam ſuo, Deique ordine.

Sueton. in Galba Imp. Galbam Jmp. ferunt, cùm de equo contentioſo; ſciſſis in diuerſa teſtibus, certum quid ſtatuere omninò nequiret, naturam ipſam, litis huius iudicem conſtituiſſe Equum ergò, velatis oculis, aquatum, quò ſolebat, educi iuſſit; & quò is poſt bibitum, depoſito velamine, liber, ac ſine duce, abire permiſſus, ſpontè rediret, illìc manere decreuit, ac quietè poſſideri. Dictum factum, & ad Dominum ſuum equo rectà, & ſpontè redeunte, veritas, priùs latens, emerſit.

Ex lib. 1. epigr. Græc. Achillis arma, quæ Aiaci debita, Vlyſſes, eloquentię faſcino, obtinuerat, tandem, ad ipſius Aiacis tumulum, tempeſtate ſunt delata, teſte Pauſaniâ, qui ſe id audiſſe ab AEolenſibus, qui Jlium, poſt euerſionem, tenuêre, teſtatur.

3. Reg. 3. Salomon, meretricum alteram plagiariam, alteram veram matrem deprehendit, iuſſo, qui viuus ſupererat, puerulo diſſecari. Non potuit. n. id, oculis ſiccis, pati fieri mater vera; itaque cedens potius iuri ſuo, iure eſt reſtituta, naturæ vi aperiente veritatem.

Nihil opertum, quod non reuelabitur.

Ouid. 11. Metam. Cùm Midas Rex Phrygiæ, Cenſor Muſices parum peritus, aures ſuas aſininas, peruerſæ cenſuræ multam. eatenus optimè obcultaſſet, donec tonſori manifeſtas fecit accepta ſecreti fide; tandem illæ verè mirando

rando(vt ferunt fabulæ) miraculo, lippis, tonſoribusque omnibus, notuere. Cùm enim tonſor regius abiens, in effoſſam terram ſubmurmurans, dixiſſet: *Aures aſininas habet Rex Midas*, & ceſpite ſcrobem obduxiſſet, quaſi commendans ſecretum abditiſſimis terræ viſceribus, ibi tandem ſuccreuere arundines, quæ ſolo vento commotæ, cantu, ſecretum, quod tonſor infoderat, reddiderunt. Secundum alios, à Paſtore, caſu in fiſtulam verſæ, & inflatæ, ingenitum ſecretum, cantu, refuderunt.

Liuius decad. 1. lib. 1. ab vrbe. *Paſtor accola eius loci nomine Cacus, ferox viribus, captus pulchritudine boum Herculis, cùm auertere eam prædam vellet, &c. auerſos boues, eximium quemque pulchritudine, caudis in ſpeluncam traxit.* Sed cùm inde *acta boues quædam, ad deſiderium, vt fit, relictarum mugiſſent, reddita incluſarum, ex ſpelunca, boum vox Herculem conuertit, &c.*

Ouid. in Faſtis, huius meminit, ibi: *Auerſos Cacus traxit in antra boues.*

Veritatem ergo etſi infoderis, vel arundines, vel tellus ipſa eloquetur.

Chriſti innocentiam occultatam, ipſe prodit, dicens: *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.*

Emergit tamen maximè veritas, de Homicidijs, ac homicidis.

Virgil. 3. Æneid. Æneæ, caſu, virgulta myrtea reuellenti, è proximo, ſanguis ſæpius, ac tandem vox eripuit.

Nàm quæ prima ſolo, ruptis radicibus, arbos
Vellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttæ,
Et terram tabo maculant, &c.
Rurſus, & alterius lentum conuellere vimen
Inſequor, & cauſſas penitùs tentare latentes,
Ater, & alterius ſequitur de cortice ſanguis, &c.
Tertia, ſed poſtquàm maiore haſtilia niſu
Adgredior, genibusque aduerſæ obluctor arenæ:
(Eloquar, an ſileam?) gemitus lachrymabilis imo
Auditur tumulo, &c.

Quid miſerum, Ænea, laceras? iàm parce ſepulto, &c.

Nàm Polydorus ego: heic confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis.

Fabulas inquies: fateor, fabulas, ſed myſticas, & veritati propinquas.

Seruius hîc. *Vituperabile eſt, poetam aliquid fingere, quòd penitùs diſcedat à veritate.*

Gen. 4 Simile, de Caini parricidio: *Vox ſanguinis fratris tui, clamat ad me, de terrâ.*

Vitum noui, patriâ Hannonium, natiuitate Aueſnenſem, ciuitate Monteniſem, conſanguinitate meum, opibus potentem ad inuidiam ferè vſque, qui, cùm trucidatus, menſem propè vnum, & ampliùs, latuiſſet, tandem repertus aduectuſque, præſente homicidij ſuſpecto, ſanguinem (vt agebant) rurſus exſtillans, magna dedit incrementa ſuſpicioni. *Auritus tamen ego huius tantum non oculatus teſtis.*

Plutarch tom. 2. moral. tract. de garrulitate. Interfectores Ibyci, cùm ſederent in theatro, fortè grues peruolantes intuiti, cum riſu inuicem ſibi inſuſurrauêre,

Ibyci vindices adeſſe, quâ ſolâ voce editâ (cùm Ibycus multo tempore nuſquam adparens deſideraretur) ipſi, facinoris autores, deprehenſi, atque ad ſupplicium tracti.

Ipſi ſæpè autores, ſcelera ſua clamant, & innoxios abſoluunt.

Meme adſum, qui feci, in me conuertite ferrum,
O Rutuli, mea fraus omnis, nihil iſte, nec auſus,
Nec potuit Virg Aeneid.

A Leodienſibus accepi, virum primatem, Leodij in crucem actum, vt ſtupratorem, aut ſaltem patricidam ancillæ ſuæ, ſtuprum repellentis, poſtquàm is falſus iàm ſæpè eſſet hoc criminis, vi quæſtionum, etſi, ab ijs liber, pernegaret: Autorem verò ſceleris, tandem Leodij captum ob alia facinora, ſpontè ſtuprum hoc, cædemque publicè è ſcala confeſſum, infamiâ immerita defunctum liberaſſe.

Audomaropoli non ità pridem, homicidij ſuſpecti duo com-

comprehenſi,quorum certò alterurer facti autor erat, ſed ſica ipſa,ac teſtes plerique , in neçem innoxij errore conſensère,qui &,præſente nocente,cæſus ac truncatus . At nocens, paucis pòſt annis , rurſum captus ab alia cauſa, confeſſus tum ſpontè veterem cædem, innoxium infamia abſoluit.

En hîc quoque,Iudæ ipſiſſimi proditoris confeſſionem, atque innocentiæ Chriſti teſtem illuſtrem.

Quanquam interim (vt vulgò aiunt) miſello homuncioni neque ſic ſua vacca rependitur.

Sed id diuinitùs accidit,vel ad { 1. *Caſtiganda alia impunita.* 2. *Augenda merita.* }

Neque eſt ſeruus quiſquam maior Domino ſuo.

I I.

Pœnitentiam Iudæ variè claudicaſſe.

Iudæ pænitentia mutila, qua a {
1. *Contritionis comite Spe;*
2. *Confeſſione,* { 1. *quia non integra Nam furta cætera , indignam Euchariſtiæ ſumtionem in cæna cum proditionem meditaretur. &c tacuit.* 2. *quia apud Iudicem non ſuum.* }
3. *Satisfactione . Nam malè refudit pecuniam.*
}

Contritio deſperabunda,non verè pœnitentim eſt,ſed Cainorum; & Infernatium pænitudinem ſapit.

Confeſſio trunca,ſpontè aliquid cælans, importuna verecundia,&c. mutilis,quin verò, ab hac peior abis, quam adis,profanus ſcil. & indignus ſacram abſolutionem recipiens,debitam ſolis dignis.

Apud Mag. lib. 4 ſent. diſt. 15. §. f. *Quædam impietus infidelitatis eſt,ab illo,qui iuſtus & iuſtitia eſt, dimidiam ſperare veniam.*

Porrò,Judam,apud Apoſtolos,crimen confiteri oportebat,non apud Moſaicos myſtas,quorum,cum lege Moſaicâ,Sacerdotium,conſummatum, abrogatumque, morte Chriſti.

Sententia Iudicis non ſui, nulla, in vtramque partem.

An Burgundio homicida, Regi Francorum abſolutus, liber apud Principem ſuum?

Satisfactio verò eius quoque imprudens. Refundendum certè, ſed quò oportet, in Dominos, hæredes, non in pauperes, Xenodochia, monaſteria, &c. pro arbitrio.

Simoniacæ pecuniæ Dominus, neuter, neque emtor, neque venditor, ſed pauperum quiſlibet.

Iudas autem, non ſacra modò, ſed ſactorum omnium autorem vendiderat, Sacerdotes Scribæ, &c. emerant. Ergo neutrorum erat pecunia, neque, à Iuda, ad eos, tranſire ea debuerat. Tamen is *proiectis* 30. *argenteis in templo* abijt. Peſſimè verò omnium, quod *laqueo ſe ſuſpendit*.

. Cæterùm Denarius (vt hic ſemel dicam, quæ de nummis illis habeo) moneta fuit Sacerdotum templi Salomonis propria, æquiualens circiter 14. ſtuphetis Flandricis (ſecundum aliquos) & ſi (vt venditabatur) vera effigies eius fuit, quam vidi, parte vna, virga Aaronis, lauri ſpecie; altera, velut patera aut calix myſterij fidei noſtræ, ad vrnæ memoriam, in qua manna olim adſeruatum, ac ſupra calicem, ſpecies quaſi è cælo labentis globatim mannæ. Vtrimque in marginibus, characteres hebræi mihi quidem ignoti, ſed, ſecundum aliquos circumſcriptum: *Moneta ſancta*. Licebat enim olim Sacerdotibus illis, monetam cudere, vt & olim me puero, Domicellis illuſtribus Collegij Malbodienſis in Hannonia noſtra.

At G. Bud. de aſſe lib. 5. ita habet. *Triginta autem argenteos, quo pretio Iudas ſceleratiſſimus perfidiam indicare ſuſtinuit Iudæis licentibus, non triginta denarios propterea fuiſſe arbitror, quòd vbique argenteos legi, nunquàm denarios, id eſt, græcè argyria, non denaria. Scio hodie, in æde Diui Ioannis Lateranenſis Pariſijs, oſtendi argenteum vnum, qui ex illis triginta eſſe dictitatur, quos Iudas in templum abiecit, characterem diuerſum à denario Romano habentem. Habes enim effigiem hominis, non luſcam, eminente altera malâ, vt Romana nomiſmata viſuntur, ſed aduerſam & integram, & à tergo floſculum, vtrinque nullo indice. Pondus, vt conijcere licet (non enim*

nim adtrectatur, ſed trans vitum cernitur) didrachmum eſſe poteſt, ſi ſatis commemini. hæc ille.

Pondus viſi à me nummi (qui plumbo tamen expreſſus tantum erat) accedit ad pondus Carolini, ſeu viginti aut 25. ſtupherorum noſtratium.

III.

Vnde aucta Iudæ deſperatio.

Aucta verò Judæ deſperatio, à Sacerdotum duro illo reſponſo: *Quid ad nos, tu videris.*

Dignum proditoris quidem pretium; ſed Sacerdotes, Scribaſque, &c. aliud decuit.

Dixiſſent potius: *Fili, peccaſti, ne adijcias iterum, &c.*

Dixiſſent: *Memento miſericordiarum Dei, quæ à ſeculo ſunt.*

Dixiſſent: Memento, quanta fuerit heri tui, in Magdalenam, ad peccatores omnes, indulgentia.

Vbi abundauit delictum, ibi & gratia, & alia id genus.

Confeſſariorum igitur hæc eſto ſolertia, Impauidos, ac peccati ſui, ceu fabellæ, interpidos narratores, &c. territent, Judicij metu: gemebundos, lachrymantes, deſperationi proximos, ſolentur, miſericordiæ ſpebus magnis.

Effrontibus Deum oſtentent, quà terribilis: Timidis, quà placidus.

D. Hieron. in illud Hierem. c 4. Thren. Recedite polluti clamauerunt eis. *Boni rectores, ex ſua infirmitate, aliorum infirmitates penſantes, magis per manſuetudinem, &c.*

D. Bernard. ſer. 64. in Cant. *Capite nobis vulpes paruulas, non armis, inquit, ſed argumentis.*

His manna, his virga opus.

His vino, his oleo.

Virgil. 6. AEneid. *Hæ tibi erunt artes*

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Erigendi iacentes: deprimendi elatiores.

Ab huius neglectu, *Abiens laqueo ſe ſuſpendit.*

Hinc ſapite Sacerdotes.

Quam

Quàm grauiter deliquerit Iudas, ſuſpendio ſui.

Homicida certè, ac ſui ipſius quidem ille.

Hieronymo cenſore, grauiùs hîc deliquit, quàm cùm Chriſtum prodidit.

Jllîc, peccatum in humanitatem: hîc, in Diuinitatem, quam neque ſatis potentem, neque ſatis bonam credidit, quæ vellet ac poſſet miſereri, infinitum arbitratus finito ſuperari.

Gen. 4. Cainiſmus: *Maior eſt iniquitas mea, &c.*

Attamen, Caino Judas deterior: Nam, etſi is quoque exſpes, non tamen ſui parricida.

D. Aug. tom. 5. lib. 1. ciuit. cap 27. *Hoc adſerimus, neminem ſpontaneam mortem ſibi inferre debere, propter aliena peccata, ne hoc ipſo incipiat habere grauiſſimum propriam, quem non polluebat alienum: neminem, propter ſua peccata præterita, propter quæ magis hac vita opus eſt, vt poſſint pænitudo ſanari. Neminem, velut deſiderio vitæ melioris, quæ poſt mortem ſperatur: quia reos ſuæ mortis, melior poſt mortem vita non ſuſcipit.*

Plotinus apud Macrob. lib 1. in ſomnium Scip cap. 13. *Qui ſibi ſua ſponte necem comparat, aut pertæſus neceſſitatis, aut metu cuiuſquam ad hoc deſcendit, aut odio, quæ omnia inter paſſiones habentur. Ergo etſi antè fuit his ſordibus pura, hoc ipſo tamen, quo exit extorta, ſordeſcit.*

Policrat. lib. 2. cap. 37. ex Pythag. & Plotino. *Miles ſine Ducis iuſſu, de ſtatione non exit.* Sed, *militia eſt vita hominis ſuper terram.* Ergo.

Deſertor ordinis miles, fuſtuario multatur.

Macrob. lib. 1. *in ſomnium Scip. cap.* 13 ſex, aut ſeptem rationes refert, ex Platone ac Plotino, ſibi non inferendæ necis, quas breuiter ſic habe:

* 1. Juſtè incarcerato, non fugiendum, ne potiùs creſcat pæna, quam vitetur:
* 2. Inuito Domino, nihil loco ſuo efferendum:
* 3 Mancipium alienum cædere, eſt nefas:
* 4. Animæ, cæteroquî puriſſimæ, ſic extortæ ſordeſcunt:
* 5. Animæ talium, diù circa corpus cæſum, vel eius ſepulcrum,

pulcrum,vel cædis locum,peruagantur.

* 6. Animam oportet,à corpore velut laſſato,deſeri,non vero deſerere.

* 7. Merendi,aſſurgendi,aut reſurgendi tempora, non ſunt præſcindenda. *Vide ibi pulcra.*

Molliuſculi hoc animi eſt, ac miſerijs ſubcumbentis.

D. Auguſtino lib. Ciuit. Cato Vticenſis, ideò minùs fortis habitus.

Sed neque, citiùs fruendæ beatitatis ſpe,mors arceſſenda.

Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto: diſſolui cupit, non ipſe ſe diſſoluit.

Opem inclamat: *Quis me liberabit, de corpore mortis huius?*

Sed ais,damnationis æternæ iam certus; cur viuat? cur non occidat,& ſe citò occîdat?

At certus nemo. Et,vt ſit. Mors potiùs idcircò; qua licet, auertenda, vt, vel tantiſper, hac beatula vita fruatur, & illius mortis ſæuæ pænas differat, vel tantillum.

Ianua,ad pænas certas,non quærenda.

Quis clauſorum ergaſtulis,non ſibi beatulus, ſi audito mortis decreto, ac fato, in paucas dieculas rem differat?

Igitur peſſimè hic Iudas,ac pediſſequi eius omnes, qui ſemifœlicem vitam fugientes, certò properant ad miſerrimam

Epitaphium itaque hoc illi,ex Plauto in Aſinaria. Vox Argyrippi amatoris,cui deerant minæ viginti.

Argenti viginti minæ me ad mortem adpulerunt.

Vox Judæ: *Argenti triginta me ad mortem adpulerunt.*

NOTÆ

pro foribus volunt,indicta cauſsâ, in fraudem rei,ac Iudicis dedecus ſempiternum.

Hoc eſt, *culicem liquare,& camelum deglutire: decimare mentam & anetum, & grauiora legis negligere.*

Hoc indolem eius ſapit, quæ dixit: *Præcepit nobis Deus, ne tangeremus*,&c. veſci tamen non erubuit, & marito veſcendum,dare.

Verum quidem hoc: *Qui contemnit minima, paulatim decidet*, ſed cauendum imprimis,à grauioribus.

Hoc agendum,illud non omittendum.

II.

De Pilati æquitate.

Exijt ergò,ad eos, Pilatus foras &c.

Hic mihi perplacet Pilatus, indulgenter prodiens,ac iuſtè adcuſationes poſtulans, more planè Romano,quo, nemo,ad gratiam cuiuſquam, damnabatur, ſed primum audiebat reus præſentes adcuſatores, accipiebatque deinde defenſioni locum.

Quam adcuſationem adfertis aduerſus hominem hunc? ait; q. d. præiudicaſſe quidem vos video, ſed præiudicio veſtro vt graue m reum,nec mitræ, nec infulæ veſtræ à me impetrauerint.

Æquitate,rationibus, non autoritate pugnandum; quam ſi ſolam adſpectas,ſæpè illa læſura innoxium, pondere dumtaxat ſuo,velut enſis, de manu puelluli quamlibet imbecilli, in corpus nudum vel Herculis ipſius, lapſus.

Plutarch. in apopht. Themiſtocles à Simonide Poeta rogatus,vt amicum in non admodum iuſtâ causâ commendatum haberet,reſpondit: *Nec Simonidem bonum Poetam fore,niſi menſuram, modumq; in carminibus ſcribendis,obſeruitaret,neque ſe bonum Prætorem habitum iri, ſi legibus ac Iuſtitiæ alicuius gratiam prætuliſſet.*

Optem ego,Iudices omnes Tobia,Tireſia, ac talpis ipſis cæciores,at benè auritos,etiam inſtar Midæ; primum, ne ad gratiam iudicent,alterum,ne indiſcuſſi.

Plutarch. Alexandro in more, in actionibus de capite, aurem vnam adcuſatori obcludere, atque eam poſtea reo dicen-

dicenti recludere.

Senec. in Medeâ act. 2. vox Medeæ. *Qui ſtatuit aliquid, parte inaudita altera,*

Æquum licet ſtatuerit, haud æquus fuit.

Aureum illud: *Audi & alteram partem.*

Irum, & Cræſum, Cenſor quiuis æquè mihi audit.

Virgil. 1. AEneid. vox Reginæ Did. *Tros, Tyriuſque, mihi, nullo diſcrimine, agetur.*

Tibi, Concionator, latus hic campus dicendi, de pauperum curâ, & cauſſis.

Ego illum hic decurri, & patente feneſtra, vnum aliquem patheticè commendaui. Tu, tuo vtêre iudicio.

III.

Quod Chriſtus non ſit malefactor.

Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum, inquiunt, indignati (opinor) Pilatum, tam parùm illorum præiudicio detuliſſe, q. d. Itâne apud te (ô Prætor) Pontificum mitræ valuêre? Itâne Sacerdotum fidem, atque æquitatem, parui habes, eorum vt ſententijs ſtare nolis? Itâne reiectânea tot ſenum, tot Scribarum, prudentia? &c.

Magna quidem vis præiudiciorum, præcipuè, ſi ea à magnis autoribus, &c.

At non temerè quoque, ab vnis ſubſellijs, ad alia, prouocationes indultæ.

Cauſſas nôſtis Juriſprudentes, & litibus intricati.

Ergo iſti, præiudicio ſuô quaſi contemto, coacti aliquid cauſſari; indiſtinctis criminibus reum grauant, ac primò, generatim malefactorem vocant, mentiti in caput ſuum.

Aduerſum quos, hæc ego pauca, pro officio.

Malefactor nemo, niſi qui legis, aut regulæ alicuius tranſgreſſor.

1. Diuina.
- 1. *Æterna abdita,*
- 2. *Manifeſtaria*
  - 1. *Sub Moyſe*, de
  - 2. *Sub Chriſto.*

1. *Sacramentis*, quibus ille vſus, Circumciſus, &c.

2. *Ceremonijs*: Et is obla-

Quid miſerum, Ænea, laceras? iàm parce ſepulto, &c.

Nàm Polydorus ego: heic confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis.

Fabulas inquies: fateor, fabulas, ſed myſticas, & veritati propinquas.

Seruius hîc. *Vituperabile eſt, poetam aliquid fingere, quòd penitùs diſcedat à veritate.*

Gen. 4 Simile, de Caini parricidio: *Vox ſanguinis fratris tui, clamat ad me, de terrâ.*

Virum noui, patriâ Hannonium, natiuitate Aueſnenſem, ciuitate Montenſem, conſanguinitate meum, opibus potentem ad inuidiam ferè vſque, qui, cùm trucidatus, menſem propè vnum, & ampliùs, latuiſſet, tandem repertus aduectuſque, præſente homicidij ſuſpecto, ſanguinem (vt agebant) rurſus exſtillans, magna dedit incrementa ſuſpicioni. *Auritus tamen ego huius tantum non oculatus teſtis.*

Plutarch tom. 2. moral. tract. de garrulitate. Interfectores Ibyci, cùm ſederent in theatro, fortè grues peruolantes intuiti, cum riſu inuicem ſibi inſuſurrauêre.

Ibyci vindices adeſſe, quâ ſolâ voce editâ (cùm Ibycus multo tempore nuſquam adparens deſideraretur) ipſi, facinoris autores, deprehenſi, atque ad ſupplicium tracti.

Ipſi ſæpè autores, ſcelera ſua clamant, & innoxios abſoluunt.

Me me adſum, qui feci, in me conuertite ferrum,
O Rutuli, mea fraus omnis, nihil iſte, nec auſus,
Nec potuit Virg Aeneid.

A Leodienſibus accepi, virum primatem, Leodij in crucem actum, vt ſtupratorem, aut ſaltem parricidam ancillæ ſuæ, ſtuprum repellentis, poſtquàm is falſus iam ſæpè eſſet hoc criminis, vi quæſtionum, etſi, ab ijs liber, pernegaret: Autorem verò ſceleris, tandem Leodij captum ob alia facinora, ſpontè ſtuprum hoc, cædemque publicè è ſcala confeſſum, infamiâ immerita defunctum liberaſſe.

Audomaropoli non ità pridem, homicidij ſuſpecti duo com-

comprehenſi,quorum certò alteruter facti autor erat, ſed ſica ipſa,ac teſtes plerique, in necem innoxij errore conſenſere,qui &,præſente nocente,cæſus ac truncatus. At nocens, paucis pòſt annis, rurſum captus ab alia cauſa, confeſſus tum ſponte veterem cædem, innoxium infamia abſoluit.

En hic quoque,Iudæ ipſiſſimi proditoris confeſſionem, atque innocentiæ Chriſti teſtem illuſtrem.

Quanquam interim (vt vulgò aiunt) miſello homuncioni neque ſic ſua vacca rependitur.

Sed id diuinitùs accidit,vel ad
- 1. *Caſtiganda alia impunita.*
- 2. *Augenda merita.*

Neque eſt ſeruus quiſquam maior Domino ſuo.

I I.

Pœnitentiam Iudæ variè claudicaſſe.

Iudæ pænitentia mutila, qua a
- 1. *Contritionis comite Spe;*
- 2. *Confeſſione,*
  - 1. *quia non integra Nam furta cætera, indignam Euchariſtiæ ſumtionem in cæna cum proditionem meditaretur. &c tacuit.*
  - 2. *quia apud Iudicem non ſuum.*
- 3. *Satisfactione. Nam malè refudit pecuniam.*

Contritio deſperabunda,non verè pœnitentium eſt,ſed Cainorum; & Infernatium pænitudinem ſapit.

Confeſſio trunca,ſponte aliquid cælans, importuna verecundia,&c. mutilis,quin verò, ab hac peior abis, quam adis,profanus ſcil. & indignus ſacram abſolutionem recipiens,debitam ſolis dignis.

Apud Mag. lib. 4 ſent. diſt. 15. §. f. *Quædam impietas infidelitatis eſt,ab illo,qui iuſtus & iuſtitia eſt, dimidium ſperare veniam.*

Porrò,Judam,apud Apoſtolos,crimen confiteri oportebat,non apud Moſaicos myſtas,quorum,cum lege Moſaicâ,Sacerdotium,conſummatum, abrogatumque, morte Chriſti.

Sententia Iudicis non ſui, nulla, in vtramque partem.

An Burgundio homicida, Regi Francorum abſolutus, liber apud Principem ſuum?

Satisfactio verò eius quoque imprudens. Refundendum certè, ſed quò oportet, in Dominos, hæredes, non in pauperes, Xenodochia, monaſteria, &c. pro arbitrio.

Simoniacæ pecuniæ Dominus, neuter, neque emtor, neque venditor, ſed pauperum quiſlibet.

Iudas autem, non ſacra modò, ſed ſacrorum omnium autorem vendiderat, Sacerdotes Scribæ, &c. emerant. Ergo neutrorum erat pecunia, neque, à Juda, ad eos, tranſire ea debuerat. Tamen is *proiectis* 30. *argenteis in templo* abijt. Peſſimè verò omnium, quod *laqueo ſe ſuſpendit*.

Cæterùm Denarius (vt hic ſemel dicam, quæ de nummis illis habeo) moneta fuit Sacerdotum templi Salomonis propria, æquiualens circiter 14. ſtupheris Flandricis (ſecundum aliquos) & ſi (vt venditabatur) vera effigies eius fuit, quam vidi, parte vna, virga Aaronis, lauri ſpecie, altera, velut patera aut calix myſterij fidei noſtræ, ad vrnæ memoriam, in qua manna olim adſeruatum, ac ſupra calicem, ſpecies quaſi è cælo labentis globatim mannæ. Vtrimque in marginibus, characteres hebræi mihi quidem ignoti, ſed, ſecundum aliquos circumſcriptum: *Moneta ſancta*. Licebat enim olim Sacerdotibus illis, monetam cudere, vt & olim me puero, Domicellis illuſtribus Collegij Malbodienſis in Hannonia noſtra.

At G. Bud. de aſſe lib. 5. ita habet. *Triginta autem argenteos, quo pretio Iudas ſceleratiſſimus perfidiam indicare ſuſtinuit Iudæis licentibus, non triginta denarios propterea fuiſſe arbitror, quòd vbique argenteos legi, nunquàm denarios, id eſt, græcè argyria, non denaria. Scio hodie, in æde Diui Ioannis Lateranenſis Pariſijs, oſtendi argenteum vnum, qui ex illis triginta eſſe dictitatur, quos Iudas in templum abiecit, characterem diuerſum à denario Romano habentem. Habes enim effigiem hominis, non luſcam, eminente altera malâ, vt Romana nomiſmata viſuntur, ſed aduerſam & integram, & à tergo floſculum, vtrinque nullo indice. Pondus, vt conijcere licet (non enim*

nim adtrectatur, ſed trans vitum cernitur,) didrachmum eſſe poteſt, ſi ſatis commemini. hæc ille.

Pondus viſi à me nummi (qui plumbo tamen expreſſus tantum erat) accedit ad pondus Carolini, ſeu viginti aut 25. ſtupherorum noſtratium.

I I I.

Vnde aucta Iudæ deſperatio.

Aucta verò Judæ deſperatio, à Sacerdotum duro illo reſponſo: *Quid ad nos, tu videris,*

Dignum proditoris quidem pretium; ſed Sacerdotes, Scribaſque, &c. aliud decuit.

Dixiſſent potius: *Fili, peccaſti, ne adijcias iterum, &c.*

Dixiſſent: *Memento miſericordiarum Dei, quæ à ſeculo ſunt.*

Dixiſſent: Memento, quanta fuerit heri tui, in Magdalenam, ad peccatores omnes, indulgentia.

Vbi abundauit delictum, ibi & gratia, & alia id genus.

Confeſſariorum igitur hæc eſto ſolertia, Impauidos, ac peccati ſui, ceu fabellæ, interpidos narratores, &c. territent, Judicij metu: gemebundos, lachrymantes, deſperationi proximos, ſolentur, miſericordiæ ſpebus magnis.

Effrontibus Deum oſtentent, quà terribilis: Timidis, quà placidus.

D. Hieron. in illud Hierem. c 4. Thren. Recedite polluti clamauerunt eis. *Boni rectores, ex ſua infirmitate, aliorum infirmitates penſantes, magis per manſuetudinem, &c.*

D. Bernard. ſer. 64. in Cant. *Capite nobis vulpes paruulas, non armis, inquit, ſed argumentis.*

His manna, his virga opus.

Ἐνεν ιυ His vino, his oleo.

Virgil. 6. AEneid. *Hæ tibi erunt artes*

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Erigendi iacentes: deprimendi elatiores.

Ab huius neglectu, *Abiens laqueo ſe ſuſpendit.*

Hinc ſapite Sacerdotes.

Quam

Quàm grauiter deliquerit Iudas, ſuſpendio ſui.

Homicida certè, ac ſui ipſius quidem ille.

Hieronymo cenſore, grauiùs hîc deliquit, quàm cùm Chriſtum prodidit.

Jllîc, peccatum in humanitatem: hîc, in Diuinitatem, quam neque ſatis potentem, neque ſatis bonam credidit, quæ vellet ac poſſet miſereri, infinitum arbitratus finito ſuperari.

Gen. 4. Cainiſmus: *Maior eſt iniquitas mea, &c.*

Attamen, Caino Judas deterior: Nam, etſi is quoque exſpes, non tamen ſui parricida.

D. Aug. tom. 5. lib. 1. ciuit. cap. 27. *Hoc adſerimus, neminem ſpontaneam mortem ſibi inferre debere, propter aliena peccata, ne hoc ipſo incipiat habere grauiſſimum propriam, quem non polluebat alienum: neminem, propter ſua peccata prateri ta, propter qua magis hac vita opus eſt, vt poſſint pænitudo ſanari. Neminem, velut deſiderio vita melioris, qua poſt mortem ſperatur: quia reos ſua mortis, melior poſt mortem vita non ſuſcipit.*

Plotinus apud Macrob. lib 1. in ſomnium Scip cap. 13. *Qui ſibi ſua ſponte necem comparat, aut pertaſus neceſſitatis, aut metu cuiuſquam ad hoc deſcendit, aut odio, qua omnia inter paſſiones habentur. Ergo etſi antè fuit his ſordibus pura, hoc ipſo tamen, quo exit extorta, ſordeſcit.*

Policrat. lib. 2. cap. 37. ex Pythag. & Plotino. *Miles ſine Ducis iuſſu, de ſtatione non exit.* Sed, *militia eſt vita hominis ſuper terram.* Ergo.

Deſertor ordinis miles, fuſtuario multatur.

Macrob. lib. 1. *in ſomnium Scip. cap.* 13 ſex, aut ſeptem rationes refert, ex Platone ac Plotino, ſibi non inferendæ necis, quas breuiter ſic habe:

* 1. Juſtè incarcerato, non fugiendum, ne potiùs creſcat pœna, quàm vitetur:

* 2. Inuito Domino, nihil loco ſuo efferendum:

* 3. Mancipium alienum cædere, eſt nefas:

* 4. Animæ, cæteroquî puriſſimæ, ſic extortæ ſordeſcunt:

* 5. Animæ talium, diù circa corpus cæſum, vel eius ſepulcrum,

pulcrum, vel cædis locum, peruagantur.

* 6. Animam oportet, à corpore velut laſſato, deſeri, non vero deſerere.

* 7. Merendi, aſſurgendi, aut reſurgendi tempora, non ſunt præſcindenda. *Vide ibi pulcra.*

Molliuſculi hoc animi eſt, ac miſerijs ſubcumbentis.

D. Auguſtino lib. Ciuit. Cato Vticenſis, ideò minùs fortis habitus.

Sed neque, citiùs fruendæ beatitatis ſpe, mors arceſſenda.

Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto: diſſolui cupit, non ipſe ſe diſſoluit.

Opem inclamat: *Quis me liberabit, de corpore mortis huius?*

Sed ais; damnationis æternæ iam certus; cur viuat? cur non occidat, & ſe citò occîdat?

At certus nemo. Et, vt ſit. Mors potiùs idcircò; qua licet, auertenda, vt, vel tantiſper, hac beatula vita fruatur, & illius mortis ſæuæ pænas differat, vel tantillum.

Ianua, ad pænas certas, non quærenda.

Quis clauſorum ergaſtulis, non ſibi beatulus, ſi audito mortis decreto, ac fato, in paucas dieculas rem differat?

Igitur peſſimè hic Iudas, ac pediſſequi eius omnes, qui ſemifœlicem vitam fugientes, certò properant ad miſerrimam

Epitaphium itaque hoc illi, ex Plauto in Aſinaria. Vox Argyrippi amatoris, cui deerant minæ viginti.

Argenti viginti minæ me ad mortem adpulerunt.

Vox Judæ: *Argenti triginta me ad mortem adpulerunt.*

NOTÆ

NOTÆ
CONCIONIS XXXII.

Fer. 5. in Paſſ.

THEM. *Et ipſi non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur, &c.*

FActâ repetitione, ſic propoſitum: Nunc, à Iudâ, ad Pilatum redeundum.

Dicendum itaque
1. *De præpoſtera religione, ſeu conſcientia, Procerum, Iudæorum, abhorrentium ab ingreſſu Prætorij Pilati.*
2. *De Pilati æquitate.*
3. *Quòd Chriſtus non ſit malefactor. Quæ ferè merces benefactorum.*

A V E.

I.

De præpoſtera religione Procerum Iudæorum.

In peccatis cauendis, quidam
1. *Ordinati*, omnia pro virili, ac ſyncerè fugitantes.
2. *Stoici*, omnia paria erroneè cenſentes.
3. *Hypocritæ*, ad gratiam hominum, plauſumque, viuentes.

Hypocritarum duo genera
1. *Foris Catones*, intùs Nerones: Foris oues, intrinſecùs lupi rapaces. *Matth.* 7.
2. *Timidi*, *in paruis*; *in magnis*, *audaces*.

Vltimi generis iſti: Metuunt ſcilicet corpus inquinare, ingreſſu

ingreſſu Prætorij, non metuunt animum, odijs & ſanguine innoxij, polluere.

Sanguis eius, aiunt *ſuper nos, & ſuper filios noſtros.*

Inuidiam ſeneſcentem, ac capitalem, flocci pendunt.

Parui æſtimant, calumniatos eſſe Jeſum
- 1. *Gentis ſubuerſorem,*
- 2. *Vectigalium hoſtem.*
- 3. *Regni adfectatorem.*

Etſi contra eos, pro Jeſu, ſtet
- 1. *Plebs*, quæ per illum emendatior.
- 2. *Miles Herodianus* auditor reſponſi: Reddite, quæ ſunt Cæſaris, &c.
- 3. *Plerique* qui vidêre fugientem oblatum diadema, ad regnum.

Auſi coniurare in mortem innoxij, non audent ingredi Prætorium hominis Ethnici.

Credo, noluerunt viri boni, ratione feſti, ne Paſcha manducare prohiberentur, ab hac pollutione.

Act. 12. *Appoſuit Herodes, vt adprehenderet & Petrum. Erant aũt dies Azymorũ. Quẽ cùm adprehendiſſet, miſit in carcere, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum, volens poſt Paſcha producere eum populo.*

Abſtinuiſſent etiam odijs, deſiſſent vrgere Iudicem, in necem Chriſti, decorum fuerat, feſtum tantum celebrare, à Prætorijs abſtinendo.

Mos ille vacandi à iudicijs, feſtis diebus nonnullis, etiam Romanus.

Ouid. lib. 1. Faſt. *Non habet officium Lucifer omnis idem.*
Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur,
Faſtus erit per quem, lege licebit agi.
Nec, toto perſtare die, ſua iura putaris,
Qui iam faſtus erit, manè nefaſtus erat.
Nam, ſimul exta Deo data ſunt, licet omnia fari,
Verbaq; honoratus libera Prætor habet.

Semifeſta etiam quædam Chriſtianis.

Noluêre etiam, opinor, iſti tum fortè, vel dumtaxat in profano Prætorio, iure agere.

Vah! Sanctos Proceres! imò peſſimos, qui damnari pro

pro foribus volunt,indicta cauſsâ, in fraudem rei,ac Iudicis dedecus ſempiternum.

Hoc eſt, *culicem liquare & camelum deglutire: decimare mentam & anetum, & grauiora legis negligere.*

Hoc indolem eius ſapit, quæ dixit: *Præcepit nobis Deus, ne tangeremus*,&c. veſci tamen non erubuit, & marito veſcendum,dare.

Verum quidem hoc: *Qui contemnit minima, paulatim decidet*, ſed cauendum imprimis,à grauioribus.

Hoc agendum,illud non omittendum.

II.

De Pilati æquitate.

Exijt ergo,ad eos, Pilatus foras &c.

Hic mihi perplacet Pilatus, indulgenter prodiens,ac iuſtè adcuſationes poſtulans, more planè Romano,quo, nemo,ad gratiam cuiuſquam, damnabatur, ſed primum audiebat reus præſentes adcuſatores, accipiebatque deinde defenſioni locum.

Quam adcuſationem adfertis aduerſus hominem hunc? ait; q. d. præiudicaſſe quidem vos video, ſed præiudicio veſtro vt graue m reum,nec mitræ, nec infulæ veſtræ à me impetrauerint.

Æquitate,rationibus ; non autoritate pugnandum; quam ſi ſolam adſpectas,ſæpè illa læſura innoxium, pondere dumtaxat ſuo,velut enſis, de manu puelluli quamlibet imbecilli , in corpus nudum vel Herculis ipſius, lapſus.

Plutarch. in apopht. Themiſtocles à Simonide Poeta rogatus,vt amicum in non admodum iuſtâ causâ commendatum haberet,reſpondit: *Nec Simonidem bonum Poetam fore,niſi menſuram, modumq; in carminibus ſcribendis, obſeruitaret,neque ſe bonum Prætorem habitum iri , ſi legibus ac Iuſtitia alicuius gratiam prætuliſſet.*

Optem ego,Iudices omnes Tobia,Tireſia, ac talpis ipſis cæciores,at benè auritos,etiam inſtar Midæ; primum, ne ad gratiam iudicent,alterum,ne indiſcuſſi.

Plutarch. Alexandro in more , in actionibus de capite, aurem vnam adcuſatori obcludere, atque eam poſtea reo dicen-

dicenti recludere.

Senec. in Medeâ act. 2. vox Medeæ. *Qui ſtatuit aliquid, parte inaudita altera,*

Æquum licet ſtatuerit, haud æquus fuit.

Aureum illud: *Audi & alteram partem.*

Irum, & Cræſum, Cenſor quiuis æquè mihi audit.

Virgil. 1. AEneid. vox Reginæ Did. *Tros, Tyriuſque, mihi, nullo diſcrimine, agetur.*

Tibi, Concionator, latus hic campus dicendi, de pauperum curâ, & cauſſis.

Ego illum hic decurri, & patente feneſtra, vnum aliquem patheticè commendaui. Tu, tuo vtêre iudicio.

I I I.

Quod Chriſtus non ſit malefactor.

Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum, inquiunt, indignati (opinor) Pilatum, tam paruùm illorum præiudicio detuliſſe, q. d. Itáne apud te (ô Prætor) Pontificum mitræ valuêre? Itáne Sacerdotum fidem, atque æquitatem, parui habes, eorum vt ſententijs ſtare nolis? Itáne reiectánea tot ſenum, tot Scribarum, prudentia? &c.

Magna quidem vis præiudiciorum, præcipuè, ſi ea à magnis autoribus, &c.

At non temerè quoque, ab vnis ſubſellijs, ad alia, prouocationes indultæ.

Cauſſas nôſtis Juriſprudentes, & litibus intricati.

Ergo iſti, præiudicio ſuo quaſi contemto, coacti aliquid cauſſari, indiſtinctis criminibus reum grauant, ac primò, generatim malefactorem vocant, mentiti in caput ſuum.

Aduerſum quos, hæc ego pauca, pro officio.

Malefactor nemo, niſi qui legis, aut regulæ alicuius tranſgreſſor.

1. *Diuina.*
- 1. *Æterna abdita,*
- 2. *Manifeſtaria*
  - 1. *Sub Moyſe*, de
  - 2. *Sub Chriſto.*
    - 1. *Sacramentis*, quibus ille vſus, Circumciſus, &c.
    - 2. *Ceremonijs*: Et is obla-

Lex
2. *Natura*, præcipiens miſeris ſubcurri : ille ſanauit omnes,&c.
3. *Humana*, Pontificum, Imperatorum,&c. ipſe tributum, ac ſtaterem pependit; ac iuſſit Cæſari reddi. Ipſe Regum filius; &(vt ſic dicam) Eques aurei velleris, iure liber, ſubijt vectigalis iugum.

oblatus à matre.
3 *Moribus*, Et erat ſubditus illis.

Nullam harum ipſe tranſgreſſus, ergò non malefactor, niſi à calumnia.

S non eſſet hic malefactor , *&c* Illéne publicæ pacis turbo? i

Natus ille, & Pace, & Paci . Et Pacis vox , frequens illi in ore, frequens de pace ſeruanda ; optandâque imperium.

An is adrogans ſibi multa, multa alijs derogans?

Philipp. 2. *Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, &c.*

Matth. 11. *Diſcite à me ; quià mitis ſum , & humilis corde.*

An gloriæ is cupidus? Seruulo baptizatus, diſcipulis pedes lauit.

An ambitioſus? Oblata à populo ſceptra, & regnum refugit.

An Gulæ ſeruus? Ieiunauit 40. diebus, & 40. noctibus, &c. *Si non eſſet malefactor, &c.*

Quis ex vobis arguet me de peccato?

Dicite potiùs (ô ingrata capita) *Si non eſſet hic benefactor, non tibi tradidiſſemus eum.* Nam, niſi is vos creaſſet , ſeruaſſet, ſanaſſet, ac ſuſcitaſſet fortè pleroſque veſtrum, neque vos, neque illi eum tradere potuiſſent.

Et, niſi eſſet benefactor tam admirandus , hac inuidia non ille premeretur.

Marc. 7. *Benè omnia fecit.*

Benefacta eius in omnes, Sole clariora , ſtellis numeroſiora, &c.

Cæci tui : claudi tui , &c. mortui , iam ſecundò

viui,

viui, benefactorem clamant.

Quid debuit facere, & non fecit?

Deut. 32. *Haccine Domino reddis, popule ſtulte; & inſipiens?*

Proh Deûm fidem! Hic pietatis honos? *Si non eſſet hic malefactor?*

Benefactor præcipuus, malefactor nuncupatur.

D. Ambroſ. in Pſal. 118. *Apud impios & infideles, gratia impietatis accerſitur, cùm fidei ſit magiſter.*

Sed *Regum benè agere, & mala pati.*

Hoc Bonis, bonorum perfrequens rependium.

1. *Reg.* 18. Sic Saul, Dauidem patriæ liberatorem, turris illſus carneæ & animatæ demolitorem, montis loquentis, iactu lapilli, ſubuertorem, ſæpè conatus haſta configere; ſæpe coëgit, ſalutem, fuga, quærere, &c.

Par Themiſtocli, ab Athenis ſuis, merces, coacto in Xerxis, à ſe quondam victi, manus profugere.

Plutarch. vit. tom. 1. *in vita eius.* Par Camillo.

Campus iſte vberrimus, & exemplis luxurians.

NOTÆ

CONCIONIS XXXIII.

Fer. 6. hebd. Paſſ.

THEM. *Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate, &c. Nobis non licet, &c.*

Facta repetitione: ſic propoſitum:

Dicendum hodie
1. *Quis ſenſus huius. (Nobis non licet interficere quenquam.)*
2. *Quàm artificiosè adcuſatus Chriſtus.*
3. *De Pilati, ac nonnullorum Iudicum prapoſtera diligentia.*

AVE.

I.

Quis ſenſus huius: Nobis non licet interficere, &c.

Aurea planè Pilati exordia reſpondentis : *Accipite eum vos*,&c. vtinam par Epilogus!

Clauum clauo pellit,& durè obloquitur illis, caſtigans nimium adrogantes preiudicationi ſuæ,neq;volens, quenquam,indicta cauſſa,contra morem Romanum , capitis damnare.

Igitur illi quoque : *Nobis non licet interficere quenquam*, quaſi dicat, ſi fas eſſet , iam pridem eum interfectum.

Non licet, vel ratione

1. *Temporis Azymorum*, quo nefas illis iudicia exercere,ſententias ferre,interficere, &c. Nefaſtum illud tempus Iudæis. *Non in die feſto, nè fortè,&c.*
   Vnde Act. 12. *Volens poſt paſcha producere eum pop. &c.*
   D. *Cyrill. lib. 12. cap. 6. in Ioan.*
   Si differri iuſſeris, inſinuant periculum in morâ
2. *Generis ſupplicij*, ſ. crucis, quam intentabant Chriſto. Nam Iudæis, illa nec in lege, nec in vſu. *Euthymius ſic cenſet.*
3. *Poteſtatis imminutæ à Romanis.* *Rupert.* & recentiores.
4. *Sacerdotij* , à quo cauſæ ſanguinis alieniores.
   Nam, ſi Rex Dauid, minùs ad tēpli ædificationem idoneus, ab effuſo ſanguine : & hinc Sacerdos, multò minùs , ad ſacrificandum in templo.

Prima ratio probatur Toleto annot. 23. in 18. Ioan. ſecunda reijcitur.

Secunda

Secunda ratio, reiectanea:
1. *Quòd, generali voce interficiendi, non aptè crux ſignetur.*
2. *Quòd nimis inuerecunda petitio crucifixionis, præter morem, ac legem.*
3. *Quòd Pilatus crucem minùs conceſſurus, quàm aliud, reum adhuc inſontem æſtimans.*

Ergo (bona Toleti pace dixerim) putem, voce interficiendi, hîc ſignificatum crucis ſupplicium, quòd ſubdat Euangeliſta: *Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit ſignificans qua morte eſſet moriturus.* Non per quos, ſed quâ morte, id eſt, cruce, quę verba etiàm Toletus ipſe in commentario & annot. 24. de crucis prædictione exponit.

Ioan. 12. *Ego ſi exaltatus fuero à terra, &c.*

Ioan. 3. *Oportet exaltari filium hominis.*

Matth. 20. *Tradent eum gentibus, ad flagellandum & crucifigendum.*

Quod autem rurſus annot. 24. negat Toletus ſenſum hoc noſtrum, aiens Iudæos dixiſſe: *Nobis non licet, &c.* vt morte crucis plecteretur, inane eſt; nam ita pro confeſſo ſubaudiri vult, Pilatum non potuiſſe, aut non adſoluiſſe, quenquam plectere, alio ſupplicij genere, quàm crucis, ſi ſole interficiendi Chriſti poſtulatione, certò ſperabant, ab eo in crucem actum iri, quod eſt falſum.

Tertia ratio non admodum quadrat. Nam, etſi ius necis Iudæis reſciſſum, tamen iam à Pilato eis reſtitui videbatur, cùm diceret: *Accipite eum vos*, &c.

Quarta non videtur reijcienda, vtpotè indolem hypocritarum illorum aptè exprimens.

An Iudæis ius necis reſciſſum.

Mihi placet, reſciſſum à Romanis, hoc ius necis, niſi adſentiente Præſide, etſi alias lex mortem decerneret.

Sed hîc, diſtinctionis face, præeundum.

Crimina Iudæorum duplicia:
1. *In Romanas leges*, vt furta, latrocinia, homicidia, ſeditiones, &c. in hæc, ius ſolis Romanis Prætoribus.
2. *In ſolam Moyſi legem*, aut blaſphemia in Deum, &c. quam Moſes ſolus, non etiam Romanus vetat.

Pœna etiam duplex, tranſgreſſoribus legis Moſaicæ
- 1. *Mitior*, omnis citra mortem: Jus illius, relictũ ſolis Judæis. Nam, Act. 5. Cæſi virgis Apoſt. & ſæpè ſæpiùs Paulus.
- 2. *Sæuior*, omnis, quæ morte clauditur. Hanc decernere nefas Judæis, niſi ex adſenſu Prætoris.

Act. 18. reſponſum Gallionis proconſulis id probat de Paulo adcuſato. *Si eſſet iniquum aut facinus peſſimum, libenter vos ſuſtinerent ſi verò quæſtiones ſunt de verbo, & nominibus legis veſtræ, vos ipſi videritis.*

Ioſeph l. 20. *antiq c.* 8. refert, Ananum Pontificem in iudicando ſeueriſſimum fuiſſe, &, cum Jacobum fratrem Domini, & alios quoſdam, lapidandos, abſente inconſultoque Præſide, decreuiſſet, accuſatum apud Regem, & apud Prætorem Albinum, qui eum minis terruit, & Rex Agrippa ideo tertio pòſt menſe, Pontificatu deiecit.

Denique id patet. Nam, Barrabam cum ſeditioſis vinctum habebat, & liberare poterat ſolus Pilatus.

Obijcias, lapidatum Stephanum, ac pænè etiam adulteram.

Reſpondeo factum, aut
- 1. *Diſſimulatione Romanorum.*
- 2. *Adſenſu Romanorum*, etſi non meminit hiſtoricus.
- 3. *Furore populi*, publica cùm lentam non capit ira moram, contra quem totum poſteà ſæuire, neque iuſtum, neque tutum.
- 4. Neque factum, argumentum eſſe poteſtatis, aut liciti.

I I.

Quàm artificiosè adcuſatus Chriſtus.

Coacti igitur illi, Chriſtum diſtinctè adcuſare, adcuſant.

Duplicis Maieſtatis læſæ
- 1. *Diuinæ*. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, &c.
- 2. ...
  - 1. *Tributorum impugnatione* prohi-

2. *Humana* dupliciter { ... prohibentē dare, &c. 2. *Affectatione regni*. Dicētē ſe Chriſtum Regem eſſe.

Ars nebulonum multa.

* j. *A DEO LÆSO*. Religioniſque corruptela, ordiuntur, Pilato, de ſe, impreſſuri opinionem bonam, quaſi ſolo Dei ac recti zelo agitatis.

Prima ac ſolida, cùm ea vera, adcuſatio corruptæ religionis.

* ij *DEINDE, ab humana Maieſtatis læſione grauiſſima*.

Arte gradatim aſcēdunt, & magna magnis adſiuunt. Vltimo poſita adfectatio Regni, quaſi robur agminis, quæ, apud Pilatum Ethnicum, ac Pro Regem, præponderabat corruptelæ Religionis Judaicæ.

Et ſæpè apud Aulicos illos, & purpuratos, contra ſtatum regni (vt vocitant) perpetrata, duriùs, quàm peccata in Deum, ac Sacra, vindicantur.

Id nota Cenſoria planè dignum.

Chriſtus ſubuertit gentem, ſed alio ſenſu {

1. *Hypocriſin enim, illamq́ externa iuſtitiæ faciem in Phariſæis inuertit, & interiora eorum fœda manifeſtauit, &c. Sepulcra dealbata, &c.*
2. *Dogmata eorum ſubuertit. Aiebant illi, lege, manū, non animum compeſci: Chriſtus contra: Qui viderit mulierem, &c. Qui iraſcitur fratri ſuo. Illi oblationes factas in templo, præferebant miſericordia in parentes, Chriſtus contra.*
3. *Populi mores transformauit. Gentem ſubuertit ſcilicet, vt agricola terram, ad fruges.*

Vtinam, & de me, ac Collegis numeris noſtri, hoc ſenſu dicatur: *Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram!* Vtinam & Antipodes iſtos, toto capite, in hæc infima, pendulos, terræque adfixos, rectos in pedes ſtare compellere

leremus! veterem hominem exuere, ac nouum induere! &c.

Vtinam diceremur, vetuiſſe pendi tot tributa, Cæſari illi Infernati!

Vtinam, & ego iure poſſim dicere, me Regem, ac Dominum, ſed adfectuum! &c.

——nàm, ſapiens vno minor eſt Ioue,
Rex denique Regum.

Claudianus.——*Tunc omnia iure tenebis,*
Cùm poteris Rex eſſe tui.

III.

De Pilati, ac Iudicum nonnullorum, præpoſterâ diligentiâ.

Tu es Rex Iudæorum? Vel ridens, vel interrogans, fortè, vt diſcat; fortè vt iudicet; fortè ob vtrumque.

Jn priora duo inquirendi incuriùs, vltimum anxiè rimatur.

Cura hæc, & incuria, à
1. *Falſitatis notitiâ.* Ex Herodianis .n. illi auditum, cum reſpondiſſe: *Reddite, quæ ſunt Cæſ. &c.*
2. *Prudentiâ*, quæ ad radicem ſecurim immittit ramos ſic ſimul necatura. Nam, ſi is Rex, conſequens eum pop. animos, à Romanis, ad ſe diuertiſſe, & conatum tributa ſibi interuertere.
Denique, propria muneris ſui curat Pilatus.
3. *Adparentia*. Vero .n. ſimilius illud cæteris, Chriſtum ſc. Regem eſſe.
4. *Incuria rerum diuinarum.*

Chriſtum Regem eſſe, adparebat ex
1. *Compoſitione,*
2. *Vulgi fama,*
3. *Rebus geſtis.*

* j. COMPOSITIONE. Nam habitus, inceſſus, ac facies illi digna imperio.

Vida lib. 3. Chriſtiad.——*vt ſe*

Inceſſu

Inceſſu gerit! vt vultuq́3, & corpore toto, eſt
Humana maior ſpecies! vt lumina honorum
Plena! vt regifici motus! verba inde notaui,
Nil mortale ſonat. ſenſi illo in pectore numen:
Aut certè Deus ille, aut non mortalibus ortus.

4. AEneid. *Quem ſeſe ore ferens!*
Credo equidem (nec vana fides) genus eſſe Deorum.
Alibi. *Os, humeroſq́3, Deo ſimilis.*

Ex epiſtola Lentuli hæc vide. *Proceræ ſtatura, &c.*

Pomponius Mela lib. 3. Coſmog. *Automolis mos eſt, cui potiſſimum pareant, ſpecie ac viribus legere.*

1. Reg. 10. *Stetit Saul in medio populi, & altior fuit vniuerſo populo, ab humero, & ſurſum.*

* ij. *VVLGI FAMA*, quâ, Regem neſcio quem expectari à Iudæis, iam olim percrebuerat, &, à triginta & amplius annis, Magi proclamârant: *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum?*

* iij. *REBVS GESTIS*, quæ omnes ſpirabant, intus latentem Deum, ac proinde & Regem.

Ioan. 11. Lazari quatriduani ſuſcitatio: Et adoleſcentis Naïmitæ, & adoleſcentulæ, filiæ Archiſynagogi, &c.

Ioan. 3. *Nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.*

Et, Regium prorſus aliquid illi ſpirare viſus, ille, à paucis retrò diebus, ingreſſus in vrbem triumphalis, adclamationibus Regijs honoratus: *O ſanna &c.*

* iiij. *INCVRIA rerum diuinarum.* Nam vir externus, Ethnicus, Miles, ac Politicus iam inde totus, magis adeutabat, quæ imperatoris eſſent, quam quæ Dei.

Notanda hic atro carbone, præpoſtera illorum Cenſorum diligentia: non curantium, quàm Bonis, ſed quàm obedientibus imperent.

In Cæſarianorum diplomatum tranſgreſſores, ſeri quidem Quæſitores; at Religionis proculcatæ incurioſiſſimi.

Rex ſum ego.

Captiui, vinctique Chriſti, magnanimitas hic illuſtris, qui de Maieſtate nihil etiam captus, remiſit.

D. Hieron. ep. ad Paulinum de omnibus diuinæ hiſt. libris *Plato maior emente ſe fuit.*

Laert. lib. 6. Diogenes nauigans, cùm in pyratas incidiſſet, poſteà venalis, interroganti præconi, quid ſciret facere, ait; *ſcire ſe hominibus dominari.* Et indicans digito Xeniadem Corinthium, habitu ingenuo prætereuntem; *huic*, inquit, *me vende, hic enim Domino indiget.* Emtus ergo ab eo, domuique præfectus, ita ſe geſſit, vt herus ſurſum ac deorſum curſitans, diceret: *Bonus genius domum meam ingreſſus eſt*

Seneca in Troade, vox Andromaches. *Leuius ſolet timere, qui propius timet*

Virgil. 2. Æneid. *Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem.*
Ex metu audacia.

Multis profuit, ipſa in vinculis conſtantia.

Leuius decad 1. Mutio Scæuolæ, Maieſtatis læſæ rei, præſidenter de ſe, ac coniuratis trecentis, oranti, Rex Porſena vitam dedit.

Alex. Magnus, etiàm pyratæ capto, & Regias vires ſcaphæ ſuæ comparanti, clementer indulſit.

Leonem captiuum gerere, hoc eſt, nihil etiàm in vinclis timere. Lupum gerit, qui captus, vſque ad ſilentium veri, timet.

NOTÆ

CONCIONIS XXXIIII.

Dominicâ Palmarum.

THEM. *Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi, &c.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie:
1. *De odio gentilis in gentilem.*
2. *Turcam his verbis vti poſſe, ad Chriſtianos Gens tua, &c. & quo ſenſu.*
3. *Quis ſenſus horum: Regnum meum non eſt de hoc, &c.* AVE.

Pro-

Proœmij vice, hæc dicta.

Non tractandi Euangelij diurni, hæ mihi cauſſæ
1. *Abſoluendæ Paſſ ſtudium.*
2. *Materiei vtrobiquè ſimilitudo*. Nàm, regni Christi, vtrobique mentio.

Nàm in textu Paſſ. iſta: *Tu dicis, quià Rex ſum ego, &c. Regnum meum non eſt de hoc mundo.*

Jn Euang. hodierno. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.*

Jbid. *Hoſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſrael.*

Denique triumphus planè regius, vrbem ingreſſi, Regē plenè ac planè ſpirat.

In textu Paſſionis, *Regnum*, dicitur, *non de hoc mundo*:

In Euang. hod. oſtenditur etiam non eſſe de hoc mundo; non enim equo barbato, ac phalerato, ſed aſino vectus eſt Rèx Chriſtus.

Jmperioſa quoque mercatorum eiectio, quàm plena regiæ Maieſtatis!

Ergò, textum Paſſionis obuium dum tracto, etiàm hodierni Euangelij aliquid attingo.

AVE.

I.

De odio gentilis in gentilem.

Verum hoc quidem: *Homo homini Deus.*

Geneſ. 1. ideò dictum: *Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*; non modò ad generationem, ſed & ad ſolamen.

Jdeo cætus, & ciuitates, vt alteri alter prodeſſet, auxilio, arte, &c.

At nec iſtud falſum: *Homo homini lupus*, cùm à cætibus caritas abeſt.

Vel halitus lupi ſolus noxius, imò & viſus: vnde illud Virg.

——*Mœrimque lupi vidêre priores.*

Lin-

Lingua,ac dentes lupi,etiàm nocentiſſimi, vel lupo ipſi; nam vulnus ſuum ipſe,dum quaſi ſanaturus, lingit, acriùs inflammat.

Homo homini lupus, detrahendo, mordendo, necando, &c.

Adæ ſuo,Eua lupa.Abeli,Cain lupus . Ioſepho, ſui fratres lupi,&c.*Geneſ*.37.

Ah dolorem! ah pudorem!Lupus,lupo non lupus;at *homo , etiam homini lupus.*

Mitius ingenium ferarum efferatiſſimis,quàm nonnullis hominibus.

Chriſtus teſtis locuples,cui Judæus ſuus,hodie ita rabidus lupus fuit,vt Pilatus mirabundus diceret: *Gens tua,& Pontifices tui tradiderunt te mihi.*

Verè lupus Judæus.Nam,velut lupus grandeſcens , vel nutritium etiam mordet:ſic ille,Chriſtum autorem , & altorem ſuum,&c.

Pſal.54.*Si inimicus meus maledixiſſet mihi,ſuſtinuiſſem vtique.*

Et Pontifices tui.

Emphaſim habent ſingula, neque temerè addita : nam *figulus figulo inuidere* inſinuatur.

Gens tua. Gentilitia odia,contemtusque creberrimi.

Nemo Propheta acceptus in patria ſua.

Sic aurum,vbi naſcitur,vile, quod alibi , in pretio magno.

Ab Jndis,auri maſſam,ſpeculo dato,aut crepundijs, impetraueris.

Plutarch.3.tom.moral. Captiui apud Aethiopes, catenis aureis vinciuntur.

Tertull.lib.de habitu muliebri,ac lib.de cultu fœminarum, dicit,apud quoſdam barbaros, ex auro , ſeruorum vincula.

Pomp. Mela l. 3. Coſmog. *Apud Automolas plus auri, quàm Perſis eſt.Ideò quod minus eſt,pretioſius cenſent.Ære exornantur.Auro,vincula ſontium fabricant.*

Exoticum ſemen,aut bulbulum peregrinum, nec colore,nec odore,nec vi medendi parem,roſis noſtratibus , ac violis,anteponunt Hortenſij pleriqúe omnes.

Virtus

Virtus etiam ipſa, in patria ſua, minus cara: ac maximè, dum is viuit, quem virtus illuſtrat.

Ouid. 1. de Ponto. *Paſcitur in viuis liuor, poſt fata quieſcit.*

Tunc ſuus, ex merito, quemque tuetur honos.

Plutarch. in Nnma. *Omnes bonos, iuſtosque viros, maior poſt mortem ſequitur laus, inuidiâ non multum poſt illos, temporis ſuperuiuente.*

Præſentia odimus; ſublata quærimus inuidi: noctuarum inſtar, quæ lucem Solis fugiunt, & nocte facis lumen circumuolant.

Quorum viuentium vultus ſolos intueri, aut nomina audire horrueramus, eorum aut cineres, aut oſſa oſculamur, ac lambimus, &c.

Ruſtici vox iſta, ex hoc fonte: *Antigonum refodio.*

Solamen ſerui, à Magiſtri exemplo, cui dictum: *Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi.*

Non eſt diſcipulus, ſuper magiſtrum.

Si me perſequuti ſunt, & vos, &c.

An non glorioſum cum Phocione mori? cum Catone febricitari? pati cum Chriſto?

Regium bene agere, & male pati.

Senec. in Med. *Ars prima regni, poſſe inuidiam pati.*

J J.

Turcam, his verbis vti poſſe: Gens tua, &c. & quo ſenſu.

His vocibus, Turca etiam adloqui queat querulos, de Terræ Sanctæ occupatione: *Gens tua, & Pontifices tui, tradiderunt te mihi:* non quod illi poſitiuè tradiderint, ſed occaſio ab his aliqua, occupati loci Sacri.

Chriſtus in pop. ſuo, Turcæ traditus { 1. *Peccatis gentis ſuæ, j. Chriſtianorum,*
2. *Diſcordijs procerum inter ſe,*
3. *Auaritia potentiorum.* }

* j PECCATIS GENTIS. Gens tua tradidit te mihi; Chriſtiani exleges.

Geneſ.

Geneſ. 3. Vt Adamum, vita exlex, horto voluptatis; Iebuſæos, terra promiſſionis; Iudæos etiam ſæpè, ex Iudæa depulit, & nũc Aſſyrijs, Babylonijs, nũc Romanis tradidit: Ità peccata, Chriſtianos expulêre Hieroſolymis, Turcis introductis.

Indignis nobis, qui terram illam ſanctam; toties Chriſti ſanguine cruentatam, calcaremus, eiectis; Turcas admittere maluit Deus.

Foris canes.

Vt, vt in templis, tolerabiliores canes, ſceleroſis quibuſcunque: ità Turcæ tolerabiliores, in Terra Sancta, pſeudo-Chriſtianis. *Vide Oratorem noſtrum Terra-Sancta ad Paulum V. Philippica 3. parte 2.*

Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi.

Non Pilatus Chriſtum inuaſerat: neque Turca nobis terram illam, ſed ſcelera noſtra abſtulêre.

Capti ſumus in iniquitatibus noſtris.

Proh dolor! ah pudor! Patriam ipſam Regis, Deique noſtri, nobis incognitam, inacceſſam! terram, pedibus eius calcatam toties, & ſanguine purpuratam!

1. Aenei. —*quam certum terris magis omnibus vnam,*
Poſthabitâ, coluiſſe Samo. Hic illius arma,
Hic currus fuit, &c.

Sepulcrum Patris, iuris filiorum nõ eſſe, ſed alienorum, ſed iuratiſſimorum?

Hæreditas noſtra, verſa eſt ad alienos.

Sacramentum corporis Chriſti, & calicem ſanguinis, ſi Hæreticus aliquis hinc efferens, ſuis inferret irridendum, nonne per medios ignes requirendum?

Sed, quid minus, ſanguis ille, qui, in Paſſione Chriſti, atriatim, plateatim, paſſimque fuſus, terram illam imbuit?

Non igitur impari ardore repetendus.

4. Aeneid. *Non arma expedient, totoque ex orbe ſequentur?*

VTINAM MIHI VOX EA, QVÆ REGVM OMNIVM, QVI CHRISTIANI CONSCRIPTI SVNT, AVRES FERIAT; AVT SCRIPTIO DIGNA, QVÆ PROCERVM OCVLOS TANGAT, ET RATIO TAM CREBRA, TAMQVE VALIDA, QVÆ ANIMOS OMNIVM COGAT AD HÆC ARMA! 1. Æneid.

ſ Æneid, ARMA, VIRI, FERTE ARMA, VOCAT LVX VLTIMA VICTOS.

VTINAM, SALTEM AVLICIS CONCIONATORIBVS REGNORVM OMNIVM, ALIQVANDO IN MENTEM VENIAT, AD HÆC BELLA DOMINI, ANIMARE, ET ARMARE! &c.

Sed quandò non licet, quod libet, libeat, quod licet. Igitur, cùm primum peccata noſtra Terram illam nobis abſtulerint, ſtudeamus, vt reddat pænitentia.

Contraria, contrarijs, curantur.

Exod. 3. Soluere iubetur Moyſes calceamenta de pedibus, terram ſanctam calcaturus: nobis quoque inuolucra carnalium cogitationum, actionumque ſoluenda, vt, in terram illam ſanctam, rurſus inuadamus.

* ij. *DISCORDIIS Procerum inter ſe.*

Salluſt. *Concordiâ, res paruæ creſcunt: Diſcordia, res maximæ dilabuntur.*

Gallinacei colluctantes, milui præda.

Litigantibus nautis, nauem vndæ, venti que; diſijciunt. Romam, initio ruſticorum caſam, Imperium orbis fecit tandem concordia: eandem iàm caput mundi, Diſcordia Optimatum pænè ad caſam reuocauit.

Lucan. lib. 1. Pharſal. *Cumq; ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis, &c.*

Bella geri placuit, nullos habitura triumphos.

Cadmeæ. victoriæ noſtræ.

Quantò plus ſapiunt canes! Illi, de oſſe vno ſaltem rixantes, viſo tamen lupo irruente, dimiſsâ lite, vnanimes in lupum irruerunt (vt habet Fab.) Nos litem de vmbrâ aſini, aut capræ lanâ, Turcâ latiùs graſſante, non finimus, vt vnum vna omnes obprimamus.

Lucan. lib. 1. *Heu quantùm terræ potuit; pelagiq; parari,*

Hoc, quem ciuiles hauſerunt, ſanguine, dextræ!

Non tam armis ſuis Turca nos vicit, quam, Diſcordijs noſtris, ipſi noſipſos tradidimus.

Gens tua, & Pontifices tui, tradiderunt te mihi.

Coëamus vel tandem, ô Principes.

TV INTERIM, Ô POPELLE, ORA, ORA, VT VNAM OMNIBVS

bus Regibus Christianis mentem ingerat Deus hà⁊ fini, &c.

*iij. *AVARITIA POTENTIORVM.*

Bella noſtra, ſi gerenda, non tam lentè gerenda. Expeditiùs autem geri, pecunia præſens facit: Si quiſque pro viribus conferat, ea multa ſatis ad properandum.

Expeditis his bellis, ad Turcica properaremus.

Eccur in pedibus, calcaria aurea, in vertice, pretia arcium; & Mu...oleorum? In ſacra bella potiùs, ſi opus, conferantur.

D. Ambroſius, paucis captiuis redimẽdis, ſacra vaſa confregit: nos nullam pecuniam, tot milibus Chriſtianorum redimendis, exponamus?

Mula, aut aſino, potius contenti, cum Chriſto hodie, viuite.

Quid, in equis? quid, in curribus, carpentiſque regijs, ſuperbit pauper Chriſti?

De equo deſcende, vt Chriſtus adſcendat. j. modico cõtentus eſto, vt melius ſit oppreſſis, ſub Turca, Chriſtianis.

Miles deſcenderit ſanè, hunc Duci honorem præſtans.

Gen. 24. De camelo deſcendit Rebecca, occurſante Jſáaco peditante.

Et tu deſcende. j. recide aliquid, de pompis tuis, vt Chriſtus ſponſus tuus adſcendat, in membris ſuis.

Magnum bello vectigal, ſubditorum parſimonia.

I I I.

Quis ſenſus horum (Regnum meum non eſt de hoc mundo.)

Liberat Pilatum metu, qui à ſuſpicione regni temporarij, imperio Rom. derogaturi, ſic tamen, vt Regem ſe ingenuè fateatur: *Regnum meum non eſt de hoc, &c.* quod & ſatis olfactum Pilato naſuto, hinc ità argumentanti: *Ergo Rex es tu?* quam confuſionem Chriſtus admiſit dicens: *Tu dicis, quia Rex ſum ego.*

Chri-

Chriſtus non hinc Rex Ratione
1. *Sedis* Regni,
2. *Autoris*, a quo Rex,
3. *Populi*, cuius ille Rex,
4. *Modi*, quo Regem gerit.

* 1. SEDIS *Regni*, Non enim Regia, in Terra, ſed in Cœlo?

Dedignetur n. Regiam tam
1. *Anguſtam*,
2. *Vilem*,
3. *Momentaneam*.

Iuuen. ſat. 10. Vt *Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.*

Æſtuat infœlix anguſto limite mundi,

Vt Gyara clauſus ſcopulis, paruaq; Seripho: Sic Chriſtus, ampliora Regna meditatus, includi dedignatur Maieſtatem ſuam tantam, repagulis tam anguſtis.

Quid terra omnis, niſi punctum vnum?

Adplaudant ſibi cæteri, de paucis prouincijs: Mundus totus, parum Chriſto.

Si cæli cœlorum capere te vix poſſunt, ô Chriſte; quî terrâ?

Et, orbis totus, Virtuti parum.

Plato 5. de Legib. *Nihil terrenum, rebus cæleſtibus, venerabilius eſt.*

Ibi. *Totum, quod ſuper terram, quodue ſub terra, eſt aurum, virtuti compenſari non poteſt.*

Nobilior finis, his quæ ſunt ad finem.

Opes, Mundus, adiumenta virtutum, ergò.

Vilis etiam nimis, indignaque Filio Dei, Regia in Terra in his paluſtribus, &c.

Non Inferiora ſequutus.

Non quæ ſuper terram.

Volent aues reliquæ vtcunque: Aquila, cælum ac Solem ipſum adpetat.

Iſai. 14. *In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo.*

Momentanea quoq; illa. Nam Mundus, errore Philoſophorum, minimè æternus. Et duraturus ſit, errore curioſorum, ſex annorum milia, quantulum hoc ad æternitatem?

Hinc dixit: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.*

Ergo, ne hic poſcat Chriſtianus honores, diuitias, &c. mercedem laborum ſanctorum ſuorum.

Ab Hiſpaniarum Rege, ſi miles, arcem in Gallijs, dono petat, iure audiet: *Regnum meum non eſt ibi*, hinc, & hic poſce, ſi quid libet: Tibi, ſi à Chriſto hic præmium poſcas; reſponſitari audies. *Regnum meum non eſt hinc*, &c.

Et, cur illic ouet, aut triumphet ſeruus, vbi Domino ipſi eſt malè?

Regiè, ac Chriſtianè quondam Franciſcus Phœbus, Rex Nauarræ, Comes in Foix, moriturus: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.*

* ij. *AVTORIS à quo*, q. d. Regium nomen, ac ſceptrum, non mihi ab hominibus eorumque ſuffragijs, ſed à Patre originaliter, & perſona & autoritas mea. D. *Chryſoſt.*

* iij *POPVLI*, cuius Rex ipſe. *Regnum meum* (id eſt, fideles, quos rego, quibus imperito) mundum hunc non ſapit: mundum non amat, aut inſtar mancipij, mundo ſeruit.

Mundum quidem, regni mei populus, corpore; at potiore ſui parte, mente; ac voto, cælos inhabitat.

Noſtra conuerſatio, in cælis eſt.

Apoc. 5. *Feciſti nos Deo noſtro regnum.*

Mundus profectò, non ſemper hic Terræ globus, cælo, vt tapete aulæoque, velatus; at frequentius, Terræ huius, mundique, amatores.

Jtaq;, hoc ſenſu, Regem ſe mundi amatorum, diffitetur.

Ergo, qui mundum æquo plus amat, Chriſto Rege non vtitur.

Tyranni mundi potius, is vile mancipium.

Nolumus hunc regnare ſuper nos.

Non hunc, ſed Barabbam.

2. Reg. *Quæ nobis pars in Dauid?*

* iiij. *MOD[illegible]*, quo Regem gerit, q. d. Edicta mea, non de vectigalibus pendendis, de bellis gerendis, &c. alius mihi regnandi modus; placita regni mei, de virtutibus ſectandis, vitijſque fugiendis.

D. Aug. tract. 50. in Ioan. in fine. *Non enim Rex Iſrael*

Chriſtus

Chriſtus, ad exigendum tributum, vel exercitum ferro armandum, hoſtesq́ꝫ viſibiliter debellandos: ſed Rex Iſrael, quòd mentes regat, quòd in æternum conſulat, quòd in regnum cælorum, credentes, ſperantes, amanteſq́ue perducat.

Reges alij, populos volunt vectigales, iſte, amantes ac probos.

Alijs, miniſtri totâ vi decertantes; ne in hoſtium manus, Reges ipſi tradantur, ac milia multa trucidantur, vt ſeruetur vnus: Chriſtus contrà, ſuis omnibus ſeruandis, vnus moritur.

Regnum meum ergo, *non eſt de hoc mundo, &c.*

Rex tamen Chriſtus, nàm Regum alij
- 1. *Vulgati,*
- 2. *Philoſophi,*
- 3. *Sacerdotes.*

* j. *VVLGATI*, quibuſcunque ſubditi ſunt.

Cicero tribunos ærarij, reges ærarij vocat.

* ij. *PHILOSOPHI.* Quis neget? Chriſtus inſinuat, dicens: *Tu dicis quià Rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.*

Ergo, ſi docere veritatem (quod Sapientis, ac Philoſophi eſt proprium) Chriſtum Regem fecit, Philoſophi etiàm Reges.

Horat. l. 1. ep. 1.—*Sapiens vno minor eſt Ioue diues, Liber, honoratus, pulcer, Rex denique Regum.*

Claudian. — *tunc omnia iure tenebis.*
Cùm poteris Rex eſſe tui.

Si benè te regis, es dignus nomine Regis, dixit quidã rhythmicus Mineruæ pinguioris.

Turba turbulenta, caro & Spiritus; Rex magnus, qui vtriuſque turbellas ſcitè componit, ac regit.

Apoc. 5. *Feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes.*

Senec. ep. 2. lib. 5. *Si vis tibi omnia ſubijcere, te ſubijce rationi. Multos reges, ſi ratio te rexerit.*

Ideò, opinor, olim Perſarum Reges, Magi, j. Sapientes.

Quidni Rex, qui Sapiens, quum diuitijs æquet Deos?

Laërt. lib. 6. Diogenis argumentum: *Omnia Deorum ſunt:*

ſunt: Dijs autem amici Sapientes ſunt. Sunt autem amicorum omnia communia: Omnia igitur Sapientum ſunt.

Ergo, & Reges illi Maximi.

* iij. *SACERDOTES.* Gen. 14. Melchiſedech Rex Salem, & Sacerdos Dei altiſſimi.

Virg. 3. Aeneid. *Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbiquè Sacerdos.*

Cicero vocat ſæpè Reges ſacrorum.

Sed Chriſtus Sapiens, imò Sapientia ipſa; & ſubditos habet Angelos homines, &c. Sacerdos eſt in æternum. Ergo & Rex, iure magno.

Regnum autem ſuum non de hoc mundo, Pilato dixit, & in die Palmarum (j. hodie) oſtendit, aſello vectus, inuſitato Regibus more, qui equis barbaris, phaleratis auro ſuperbis & oſtro, inſident.

Porro, notâ dignum, aſinos, in Scripturis SS. equis illuſtriores.

Prou. *Aſinus portans myſteria*, non ineptè huc referas, ſed ſenſu alio, quam ſuo.

Num. 22. Aſina Balaâm, loquuta.

Iud. 15. Aſini mandibulâ, non equi, Philiſtæos occîdit Samſon, & aquàm hauſit, ex eâdem ipsâ.

Iud. 5. in aſinis candidis, ſeu nitentibus, Debora fortiſſima, victrix exercitus potentiſſimi, ſub Principe Regis Iabin, militantis.

Iſa. 1. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui.*

Aſellus, hodie vector Domini Ieſu.

Myſteria, ſub his ſcenis: Aſinus portans myſteria.

Aſinus animal.
- 1. *Simplex, bardum*, vnde aſini, pro ignaris. Perſius. ſat. 1. *Auriculas aſini, quis nō habet?* Prou. *Aſinus ad lyram, ad tibiam. Et, docere aſinum ſub frænum currere, pro indocilem docere.*
- 2. *Patiens laborum, durum, & geſtandis oneribus aptum.*
- 3. *Paruo, ac vili contentum.*
- 4. *Bene auritum.*

*j. *ASINI MYSTICI*, quibus inſidet Chriſtus, ac Spiri-

Spiritus Dei, niſi pauperes ſpiritu, paruuli malitiâ, & captiuantes intellectum in obſequium Chriſti.

His ſæpè datur, ſententias loqui dignas Deo, vt aſinæ Balaami.

Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

Iſai. *Super quem requieſcet Spiritus meus? nonne ſuper humilem, & quietum & trementem ſermones meos?*

Prou 9. *Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Et inſipientibus locuta eſt Sapientia; Venite, comedite panem meum*, &c.

Talis, D. Franciſcus Aſſiſias, & D. Aegidius ſocius: D. Didacus, laicus: ſimplices, bardique, & natura aſini (cum reuerentia dixerim;) ſed gratia, ſapientiſſimi.

Aſinorum horum mandibula, & ore, quam multi Philiſtæi, j. peccatores, victi! &c. Spiridion talis.

Apuleius Megarenſis negauit poſſe quenquam, ad ſacra Iſidis ſuæ ingredi myſteria, qui, ex ſuperbo Philoſopho in humilem aſinum non verteretur.

Aſini craſſas aures habeamus, inſtar Midæ. Aſinina ingenia, neque argutula nimiùm, vt ne ingenioſè nimis diſcutiamus res fidei, Euchariſticas maximè. Quomodo, quare, &c.

Aſinus eſto, inter ſimias, naſutos Hæreticos ſcilicet.

* ij. *PATIENS LABORVM, &c.* adeò induratæ cutis, vt vix fuſtem ſentiat, pluuiaque non offendatur.

Aſini Chriſti, qui onera pænitentiæ, maiorum imperia, citra recalcitrationem, ſuſcipiunt.

Efferatiores illos, & calcitrones equos, j. ſuperbos auerſatur.

Pſal. *Alta à longè cognoſcit.*

Ab equis illis, tranſit ad hos aſinos.

1. *Reg.* Saul, dum quærit aſinas patris, Rex vngitur.

Fortes quoque in aduerſis, aſini, quibus Chriſtus inſidere dignatur.

Prou. *Aſinus compluitur*, de ijs, qui maledictis nil omninò commouentur.

* iij. *PARVO & vili contentum.*

Prou *Similes habent labra lactucas*, dura labra, duris herbis paſcuntur.

Tales, qui arctè ieiunant, & deliciarum in menſis incurioſi. Seſſorem Jeſum qui volet, aſinus ſit, ac ſtultus propter illum.

* iiij. *BENE AVRITVM.*

Audi multa, loquere pauca.

NOTÆ

CONCIONIS XXXV.

Feria 4. hebdom. ſanctæ.

THEM. *Ego in hoc natus ſum, & adhoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie
1. *De quorundam ſtulto prouerbio* (*Ego in hoc natus ſum.*)
2. *De ſenſu verborum Chriſti* (*Ego in hoc natus ſum.*)
3. *De Pilati diuerticulis, ad Iudicium hoc declinandum.* AVE.

I.

De quorundam ſtulto prouerbio: (Ego in hoc natus ſum.)

Verum planè illud Horat. 1. ſerm. *Nam vitijs nemo ſine naſcitur.*

Propert. 2. *Vnicuique dedit vitium natura creato.*

Perſ. ſat. 1. *Auriculas aſini quis non habet?*

At patrocinari nonnulli volunt etiam criminibus dicẽtes: *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum.*

Hoc planeta (vulgo aiunt) hoc ſydere, natus ſum.

Sene. Oedipode. *Quicquid patimur mortale genus,*
Quicquid facimus, venit ex alto.
Primusq; dies dedit extremum. Ibid.

Ibid. *Fati iſta culpa eſt.*

Ouid. ſæpè. *Sic me mea fata trahebant.*

Saturnum ille, Martem alius: Venerem hic, Mercurium iſte culpat, ac dicit: *Sub* Mercurio ego *in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, non vt teſtimonium perhibeam veritati*, ſed, vt mentiar, fallam, furer, &c.

Aiunt: *Aſtra regunt homines.*

Reſp. Quibus ego: Regunt (ait) non cogunt, regunt, j. adficiunt, & inclinant corpora, non mentes cogunt, j. liberum arbitrium.

Si inclinationem dicunt, adſtipulor: ſi vim, reclamo ac repugno.

Aſtris neminem cogi, probatur:
- 1 *Autoritate,*
- 2 *Fine,*
- 3. *Ordine,*
- 4 *Legibus,*
- 5. *Pœnis,*
- 6. *Exemplis.*

* j. *AVTORITATE.* Geneſ. 4. *Sub te erit appetitus tuus.* j. inclinatio naturæ; & mille talia.

Sapiens dominabitur aſtris.

* ij. *FINE*, ad quem creatæ ſtellæ. Gen. 1. *Sint in ſigna, & tempora, & dies, & annos, &c.*

* iij. *ORDINE*, qui ſeruum ſubijci iubet, imperitare Domino, vetat. Sed homo, Dominus omnium creaturarum corporalium: Pſalm. 8. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, &c.*

Ergo, ſtellæ non imperitant homini; imperitarent, ſi cogerent.

Qui cogit, maior illo eſt, qui cogitur.

* iiij *LEGIBVS*, quæ certè inanes, ſi lex aſtrorum ineluctabilis.

* v. *POENIS*, quæ iniquæ, ſi torquent innoxios, quales omnes, qui neceſſitate malum agunt, non voluntate.

Senec. in Oedip. —— *Nemo fit fato nocens.*

* vj. *EXEMPLIS*, quibus videas, aſtrorum leges euictas.

Cic. 3. Tuſc. Phyſiognomon Zopyrus, qui ſe profiteba-

tur, ex habitu corporis, oriſque lineamentis, poſſe hominis ingenium certò deprehendere, aliquandò inſpectum Socratem pronuntiauerat hominem bardum, ſtupidum, mulieroſum, puerorumque amoribus impurum, vinolentum, & intemperantem, & cum amici Socratis id ferrent acerbius, ac Zopyro minarentur, Socrates ipſe propenſionem faſſus, minaces cohibuit, dicens: *Nihil mentitus eſt: omnino talis eram futurus, niſi me philoſophia gubernandum tradidiſſem.* Inclinamur ergò, non etiam cogimur: & poſſumus propenſiones euincere.

Lycurgus, canem villarum cuſtodiæ natum, cultu venaticum fecit: cur non & homo aliter natus, aliter viuat?

Demoſthenes, bleſæ linguæ vitium, cultu improbo purgat, & caninæ literæ facit diſertiſſimam pronuntiatricem.

Os pueri balbum, tenerumq; poeta figurat;

Non poſſit homo, ingenium emendare?

Adde, quod Chriſtianis, præter ſtudium ac euincendi conatum, etiàam adiumenta gratiæ.

„ *Sed hâc de re liberalius (Deo fautore, in noſtrâ Paidolatria.*
„ *j. adoratione puelluli Ieſu à Magis, in illud Matth 2. (Vidi-*
„ *mus ſtellam eius.) Editus nunc eſt liber Duaci* 1606. *titulo*
(Ara Cœli.)

II.

De ſenſu verborum Chriſti (ego in hoc natus ſum, &c.

Si Chriſtus ipſe, hoc verbo vſus, alio certè ſenſo: Non .n. conſtellationum vim dixit, ſed proprietatem Dei, ac naturam, quâ verax, imò veritas ipſa, & aduentûs ſui, ad homines, finem q. d. veni, ad perdocendam veritatem, &c.

Legationis Chriſti finis, triceps
- 1. *Oſtenſio veritatis promiſſi diuini, de Meſsia.*
- 2. *Figurarum impletio reipsa ac veritate.*

3. *Doctri-*

3. *Doctrina verax, & de veris verè.*

*j *OSTENSIO veritatis promiſſi diuini, de Meſsia:* toties .n. iam olim pollicitatus illum orbi pater.

Gen. 3. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, & ipſa conteret caput tuum,* minaciter ad ſerpentem.

Gen. 22. Abrahæ; *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ.*

Pſal. 131. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui, ponam ſuper ſedem tuam.*

Prophetarum ferè omnium, iſta cantilena.

Ergo, *Ego in hoc*, vel *ad hoc natus ſum*, vt orbis totus intelligat, Patris promiſſum verax fuiſſe.

* ij. *FIGVRARVM impletio*, quæ de illo erant.

1. Cor. 10. *Omnia in figura contingebant eis.*

Lex per Moyſen, gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum.

Vti homo pictus, non eſt verus, ſed is, quem pictura refert: ita, legalia illa, non fuęre veritas ipſa, ſed Chriſtus, & quæ in Chriſto, aut à Chriſto,

* iij. DOCTRINA *verax* { 1. *Fidei,* 2. *Morum.*

Iſai. 9. *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.*

Ioan. 1. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Ioan. 14. *Ego ſum via, veritas, & vita.*

Ego in hoc natus ſum, & ad hoc, &c. i. veni futurus doctor veritatis.

Teſtimonium veritatis non temerè, ad diſtinctionem ſcil.

Nam dogmatum, alia { 1. *Falſa,* 2. *Veriſimilia,* } Philoſophis frequentia; 3. *Vera,* Chriſti propria.

Rom. 1. *Commutauerunt veritatem Dei, in mendacium,* philoſoph.

Pſ. *Diminutæ ſunt veritates, à filijs hominum, vana loquuti*

ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum.

Nox nocti indicat ſcientiam.

Infinitos Deos aliqui poſuêre,aliqui nullos : Aliqui otioſos; aliqui prouidentes , ſed tamen fato homines adligantes.

Veritas à Chriſto,de vno trinoque Deo,prouido, & noſtræ ſtudioſo libertatis,&c.

Jam , in via morum, quanti Philoſophorum errores! Quis finis bonorum malorumque!

Quot errores,etiam Rabbinorum,in vet.legis interpretatione!

Manum,non animum,lege prohiberi, Schola tota Judæorum æſtimabat; Chriſtus inſtaurauit veritatem.

Scholam Chriſtus aperuit,ac titulum fecit, non iſtum; Legendi,ſcitè pingendi,benè dicendi,philoſophandi, &c. ſchola:nequaquam,ſed,*Schola Veritatis* . Judex ſcriptura ſcholę illius eſt: *Ego in hoc natus ſum,& ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritatis.*

Audiſtis,quia dictum eſt antiquis:Non occides: Doctor veritatis natus ait:*Ego autem dico vobis,&c.*

Pſal. 118. *Principium verborum tuorum, veritas*

Pſal. 118 *Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.*

Omnis,qui eſt ex veritate,audit vocem meam.

αυτὸς ἔφα *ipſe dixit*,ergo verum, & veritas.

Veritas eſt,qua rerum quidditas demonſtratur.

Cic. 2. de inuent. *Veritas ea eſt , per quam immutata ea quæ ſunt, aut antè fuerunt,aut futura ſunt,dicuntur.*

De ſchola eius prodiêre , veritatis amatores; vt contra mendaces,è ſchola Diaboli,*qui mendax ab initio.*

Sed titulus Scholæ ſpecioſior,quam verior, inquies.

Veritas Chriſti, elucet, ex { 1. *Concionibus,* 2. *Iudicijs ac cenſuris.* 3. *Reſponſis,* 4. *Increpationibus.* }

★ j. *CONCIONIBVS*, quorum hæc Cenſura, vel ab hoſte.

Matth. 22. *Magiſter,ſcimus,quia verax es, & viam Dei in veritate doces, &c.*

★ ij. *IVDICIIS*,quæ ſumma fide , ac veritate exercuit, audien-

audiendo, decernendo, &c.

Luc. 7. *Simon, habeo tibi aliquid dicere*, *&c.* peccatricis agit cauſam, contra hoſpitem ſuum, vel in ipſo conuiuio.

Aduerſus hoſpitam Maattham, tuetur Mariam. *Maria optimam partem elegit, &c.*

Aduerſus domeſticos ſuos, cauſam agit piæ illius vnguentariæ. *Quid moleſti eſtis huic mulieri?*

Aduerſus magiſtros noſtros, cauſam agit adulteræ. *Nemo te condemnauit mulier? &c.*

* iij. RESPONSIS, quæ nulla, aut ſemper vera, aut nodoſa implexaque, ne indigni intelligerent, digni intelligerent, & ſapientes.

Matth. 22. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, &c.*

Etiam, in cauſâ capitis ſui, fide ſumma vſus, mendacio nullo, apud Proregem, Regem ſe eſt faſſus.

* iiij. INCREPATIONIBVS. Petro candidè dixit: *Vade Satana, &c.*

Apoſtolis: *Niſi efficiamini ſicut paruulus iſte, non intrabitis, &c.*

Phariſæis: *Sepulcra dealbata, &c.*

De Herode: *Dicite vulpi illi, &c.*

Pſal. 118. *Omnes viæ tuæ veritas.*

Plaut. in Cap. *Tu repertus, qui Philocratem ſuperes veriuerbio.*

An verò, è ſchola eius, qui, ſingulis verbis, duo aut tria euomunt mendacia?

Ælianus lib. 12. var hiſt. Pythagoras aiebat, *homines fieri ſimiles Dijs, beneficentia & veritate.*

Idem togatus, quid Deo ſimiles faceret, ait; veritatem exercere.

E Schola Diaboli, mendaces prodiêre.

Diabolus mendax ab initio.

Gen. 3. *Nequaquam mortè moriemini, &c.* Inuidiam etiam in Deo affingere eſt auſus, dicens: *Eritis*, &c. *Scit. n. Deus* &c. q. d. Inuidet vobis Deus.

Matth. 4. *Hæc omnia mea ſunt, cui volo do, hæc omnia tibi dabo, &c.* Cornucopiæ mendaciorum, in vnâ ſententia.

Vt à phraſi, ſtiloque, ſcias, quis cuius auditor: ita, à veritatis,

ritatis, atque mendaciorum vſu, diſcas, diſcipuliúſne aliquis Chriſti ſit, an Diaboli.

Deplorandum tamen, Scholam Diaboli, non capere auditores ſuos, Scholam interim Chriſti, ac veritatis, deſertam, vt olim meliorum Philoſophorum.

2. Timoth. 4. *A veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.*

Pſal. *Omnis homo mendax.*

Pſal. *Vana loquuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum.*

Oſee 4. *Non eſt veritas in terra, maledictum, & mendacium inundauerunt.*

Iſai. 59 *Corruit in platea veritas.*

Ibid. *Concepimus, & locuti ſumus de corde, verba mendacij.*

In aulis, Curijſque, arte, arte mentiri, pulcrum; veritatem loqui, Solæciſmus. Si verum dicitur, errore dicitur, à pleriſque.

Mentiri { 1. *Turpe,* 2. *Damnoſum,* 3. *Contra ordinem.* }

* j. *TVRPE.* Nam, ſi mendax, & fur. Prou. Da mendacem, dabo furem: in Scholis pueri docebamus.

* ij. *DAMNOSVM* { 1. *Animæ,* 2. *Autoritati, ac fidei.* }

Os quod mentitur occidit animam.

Pſal. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.*

Autoritati, fideíque autoris, multum detrahitur, mendacio; mendaci enim, etiam verum dicenti, ac iuranti, fides nulla.

* iij. *CONTRA ORDINEM,* qui linguam, & os, iubet cordis interpretes eſſe.

Feneſtellæ vicem, quam Momus pectori hominis deſiderabat, lingua ſupplet.

Quod in pectore ineſt, aut illîc maneat, aut, ſine larua prodeat.

Abominanda, linguæ & pectoris, cacophonia.

Zach. 8. *Tantum & veritatem, & pacem diligite.*

Pſal. 118. *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque.*

Audi-

Auditores Chriſti,& Chriſtum profeſſi, veraces ſimus, vt hinc Chriſti diſcipulos quiſlibet agnoſcat;maximè, qui Chriſti perſonam, in ſuggeſtu, ſuſtinemus. *Pro Chriſto, Legatione fungimur.*

Concionatores, ipſi ſibi ſæpè hoc inſonent: *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritatis.*

Prou. 8. *Veritatem meditabitur guttur meum.*

Pſal. 118. *Et loquebar de teſtimonijs tuis, in conſpectu Regum, & non confundebar*, etſi *odêre Reges dicta, quia dici iubent*, teſte Senec. in Oedip.

2. Tim. 4. *Opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple.*

Senec in Oedip. —— *ſæpè vel lingua magis*
Regi atque regno; muta libertas obeſt.

Ibid: *Imperia ſoluit, qui tacet, iuſſus loqui.*

Nemo dicat: *Loquimini nobis placentia, & audiemus te.*

Vtrique veritatem ament, hi dicere, iſti dici,

Veritas eſt quoque	1. *Verborum,* 2. *Morum*	Mores verbis conſonent.

Senec. ep. 79. *Veritas in omnem ſui partem eadem eſt.*

Sed de his ſatis.

Cæterùm, fortè etiam territare vult Prætorem, hoc verbo. *Ego in hoc natus ſum, &c.* iudicij futuri, cuius tunc ipſe Cenſor, ſignificatione: ibi .n. maximè teſtimoniũ perhibebit veritati.

III.

De Pilati diuerticulis, ad Iudicium hoc declinandum.

Quid eſt veritas?

Benè, optimè quærit de veritate, veritatis neſcius.

Veritas occulta Pilato, à duplici cauſâ.	1. *Ethniciſmo.* 2. *Principatu.*	æquè expertibus veritatis, ſed variè

Ethniciſmus expers veritatis, vitio naturæ cæcæ.

Principatus expers veri	1. *Malitia ſua*, quâ veritatem odit. 2. *Malitia aliena*; quâ veritas adulantet occultatur.

Principum .n. aures falſitate multi, veritate, pauci opplent, aut nulli. Senec.

Senec. 6. de benef. cap. 30. *Monſtrabo tibi, cuius rei inopia laborent magna faſtigia, quid omnia poſſidentibus deſit. Scilicet ille, qui verum dicat, & hominem inter mentientes ſtupentem, ipſa conſuetudine pro rectis blandam audiendi, ad ignorantiam veri perductum, vindicet à conſenſu, concentuq; falſorum.*

Ibid. *Adulandi certamen eſt.*

Jllis Laudenſes, ac Placentini multi; Veronenſes nulli, aut pauci.

Martial. lib. 8. *Vero verius ergo quid ſit, audi,*
Verum, Gallice non libenter audis.

Senec. in Oedip. *Odêre Reges dicta, quæ dici iubent.*

Et cùm hoc dixiſſet. Ambiguum, de Pilatóne, an de Chriſto, enunciet vox iſta (*dixiſſet.*) Nam patitur hunc ſenſum: *& cùm hoc dixiſſet*, ſcilicet Chriſtus, j. cùm, ad quæſtionem Pilati, de veritate, reſpondiſſet: & iſtum: *Et, cum hoc dixiſſet*, ſc. Pilatus, j. cùm hoc quæſiſſet, non expectato reſponſo, *exiuit*, &c. quod magis ſequor, cum meo Lyrano.

Reſponſi non expectatur, cauſæ quatuor
- 1. *Incuria rerum ſpiritalium,*
- 2. *Murmur populi, moræ impatientis.*
- 3. *Spectata aliunde Rei ſui innocentia,*
- 4. *Conceptus via noua, ad liberandum Reum.*

* j. *INCVRIA rerum ſpiritalium*, Aulicus enim is totus, præter Ethniciſmum. Incurioſum illum rerum huiuſmodi, iam patuit. Nam, propoſitam accuſationem de ſubuerſione gentis, ne adtigit quidem.

* ij. *MVRMVR POP.* de longâ Prætoris, cum Reo confabulatione, ne fortè vinceretur. Sedaturus turbellas turbæ, exiuit.

* iij. *SPECTATA aliunde Rei ſui innocentia.* Iam .n. ex vngue leonem, & ex guttâ, falſum mare didicerat.

* iiij. *CONCEPTVS via noua, &c.*

Porrò, Pilatus CHRISTO beneuolus, & ingenioſus, qui diuerticula huius cauſæ tam multa inuenerit.

Qua-

Quatuor propoſuit Pilatus.

1. *Iudicis mutationem*. Accipite eum vos, &c. deinde miſſo ad Herodem Rex.
2. *Innocentiam Rei*, de qua ille quater, aut quinquies dixit: *Ego nullam inuenio in eo cauſam*, aut æquipollens.
3. *Conſuetudinem*. Eſt autem conſuetudo vobis, &c.
4. *Flagellationem*, quâ furentes leniret.

Emendatum ergò eum dimittam, ait. Vtinam, etiam dilatio veniſſet illi in mentem, tantiſper dum leneſceret populi furor. *Habent parua commoda magna mora.*

Mortem inferre cuiquam temerè, Iudex non peſſimus reformidabat.

Quid *Eſt piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox*.]
Quiq; dolet quoties cogitur eſſe ferox.

Iuuenal. ſat. 6. *Nulla vnquam, de morte hominis, cunctatio longa eſt.*

Lectum mihi in Æliano (ni fallor) Iudices quoſdam, cauſa dubia, iuſſiſſe, vt partes redirent, centeſimo pôſt anno.

Et Romani, non rarò his literis vſi N. L. j. non liquet.

NOTÆ
CONCIONIS XXXVI.

Fer. 3. hebd. ſanctæ.

THEM. *Ego nihil inuenio cauſæ, in hoc homine, &c. eatenùs: Nam antea inimici erant ad inuicem.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicen

Dicendum hodiè { 1. *De Pratorum* ... 2. *De Pilati ac* ... *ic.* 3. *De actis apud Herodem.* ... AVE.

I.

De Prætorum moleſtijs.

Vt *dulce bellum inexpertis*, ita Magiſtratus.

Themiſtoclem dixiſſe ferunt, cùm inaudiſſet, quoſdam ambire magiſtratum, ſe, ſi duas illi vias vnam ad ſepulcrum; alteram ad Magiſtratum (quarum alterutra neceſſariò eſſet ineunda) oſtenderet populus, eam potiùs, quæ ad ſepulcrum, quam, quæ ad Magiſtratum, initurum.

Plutarch. Demoſthenes, exilium ſe malle, quam ſuggeſtum, aut tribunal, aiebat.

Valer. lib. 7. cap. 2. & Stob. ſer. 47. Antigonum ferunt; traditum ſibi diadema, priuſquam capiti imponeret, retentum diu conſideraſſe, ac dixiſſe: *O nobilem magis, quam fœlicem pannum! quem, ſi quis cognoſcat quot ſolicitudinibus periculiſq; ſit refertus, ne humi quidem iacentem quiſquam tollere velit!*

Beatus, qui procul negotijs,
Viuit lare contentus ſuo.

Cauſæ Ethnicis iſtæ	1. *Solicitudines,* 2. *Odia,* 3. *Timores,* 4. *Impotentia cuiuis placendo.*	Cauſæ Chriſtianis	1. *Eadem omnes;* 2. *Iudicis vltimi metus maximè.*

★ j. *SOLICITVDINES. Qui præeſt, in ſolicitudine.*

Cæteris in mollibus plumis, in vtramque aurem dormientibus, illi peruigilant: exultantibus, ieiunant in multum meridiem.

Aſinis illi miſeriores. Nemo .n. paſcentes aſinos interturbat, multi Magiſtratum & crebrò.

★ ij. *ODIA* malorum.

Amos 5. *Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati ſunt.*

Vt odioſus medicus furenti frenetico: & ſtrigilator acrior, equo ſcabioſo: ſic Prætor, populo licentiùs viuenti.

Seneč.

Senec. in Oedipod. act. 3. *Odia qui nimium timet,*
Regnare neſcit, regna cuſtodit metus.

* iij. *TIMORES.* Multis terribilis, caueto multos.

Senec. in Oedip. act. 3. ——*Dubia pro certis ſolent Timere Reges.*

Ibid. *Qui ſceptra, duro, ſæuus imperio, regit,*
Timet timentes, metus in auctorem redit.

Quod terret, idem & trepidat. Vtrimque metus.

* iiij. *IMPOTENTIA cuiuis placendi.* Vult. n. hoc vnus, alius aliud.

Ouid 1. Metam. *Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis.*
Mollia cum duris ſine pondere habentia pondus.

Prou. Belua multorum capitum eſt populus.

Quàm difficile curatu monſtrum multiceps, quà bos, quà equus, quà canis, quà Salamandra, quà cetus, &c. Nam quà bos, aut equus, fæno; quà canis, oſſibus; quà Salamandra, igni; quà Cetus, aquâ; diuerſis & aduerſis pabulantur) tàm arduum eſt, populo facere ſatis.

Horat. *Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur,*
Poſcentes vario nimium diuerſa palato.

Quot capita, tot ſenſa.

Nec Deus ipſe, quamuis benè omnia faciens, omnium votis facit ſatis: ſed neque omnino poſſit, ſi præſtet Deum. Vult. n. hic impunè omnia audere; iſte Deum vitijs ſuis fautorem vouet; alius vltorem deuouet, &c.

Deum autem, oportet mali oſorem eſſe, ac vindicem; boni patronum, ac laudatorem.

Et hæc omnia Reges futuros decent.

Id hic Præſes Pilatus expetitur, ſolicitus ità populo facere ſatis, vt ne tamen innocentem damnet.

Inter ſacrum, & ſaxum.

Nunc hâc, nunc illac, partes animum diuerſat in omnes.

I I.

De Pilati hic actu benè & malè.

Dupliciter tentat liberare reum
- 1. *Innocentiæ profeſsione*; Ego nihil inuenio cauſæ, &c.
- 2. *Iudicis mutatione.* Ad Herodem. n. ablegat Reum.

O Judicem bonum! Quid, ſi illum tetigiſſet etiam is metus, qui a Judicij illius tremendi fide? Quo ſtudio, ſolicitati innocentis patrocinatus eſſet, qui ſic adlaborauit, liber ab hoc metu?

Profectò, pleriſque Chriſtianis Judicibus, imbutis hac fide, ingens hinc pudor.

Et admirandum, Laici Ethnicique hominis Curiam, æquiorem Pontificiá Caiphæ, Judæi, Sacerdotum principis, &c.

Pilati bona quàm hîc multa!

1. *Audit patienter etiam non intellecta,*
2. *Fert tacentem,*
3. *Blandè monet. pro ſe loqui reum,*
4. *Non mouetur irâ, audito nomine Galilæi, cæteroqui infeſtus Galilæis,*
5. *Innocentem clamat,*
6. *Neminem neq; militum, neq; ſeruolorum, hactenùs paſſus infeſtare reum.*

At, quot Caiphę delicta!

1. *Placidè & vera loquutum à ſeruo cædi vidit, & ſiluit.*
2. *Irreuerenter adiurauit Dei filium, &c. reſpondētem, blaſphemum exclamauit.*
3. *Inſaniam prodidit, ſciſſa veſte, contra legis edictum.* Leuit. 21.
4. *Totam noctem, reum crudeliter ludificari domi eſt paſſus.*

Sæpè, *filij huius ſæculi, prudentiores filijs lucis, in generatione ſua ſunt.*

Sed tamen, irritus omnis Pilati labor. *Nàm illi inualeſcebant dicentes: Commouet populum docens, &c.*

Mendacijs; & clamore pugnant, qui veritate non poſſunt.

Cic. pro Roſcio Amerino. *Verè nihil potes dicere, finge aliquid ſaltem commodè.*

Falsúmne, an verum aiant, parùm curæ nonnullos, dum lædant, aut turpent.

Falſa certè, etiàm cùm curata, cicatrices fœdas relinquunt.

1. *Graui*, ſeditione ſc. *Commouet pop.* quid dicant maius?

2. *Latè*

Premunt Chriſtum malo
- 2. *Latè patenti.* Per vniuerſam Judæā,
- 3. *Adparenter verò* (Jncipiens à Galilæâ ſeditioſorum fonte.)
- 4. *Vrgenti*(vſque huc,aiunt:) quaſi dicat, iam intra Metropolim,& muros noſtros,malum.

Et odium Chriſto parant,viâ bifidâ
- 1. *A Patriâ,*
- 2. *A Rege.*

* j. *A PATRIA.* Nam Galilæum inſinuant, Galilææ autem Pilatus infenſior, ob ſeditiones illic ortas, ac vindicatas.

Act. 5. *Iudas Galilæus in diebus profeſſionis,auertit pop.poſt ſe,& ipſe perijt,& omnes, quotquot cōſenſerunt ei,diſperſi ſunt.*

Luc. 13. *Galilæorum ſanguinem Pilatus miſcuit in ſacrificijs eorum* : ad Chriſtus relatu audiens non damnauit factum,quia à Judice legitimo,& à culpâ præeunte; etſi mihi modus placeat parum;in ſacrificijs ſc.

Et Act. 5. Theodas quidam memoratur.

Galilæum ergo inſinuant,& aiunt:*Commouet pop. &c.*q. d. & hic,ex illa factioſa gente,eſt.

* ij. *A REGE.* Nam dum Galilæam inſinuant, etiam Herodis ciuem tacitè fatentur.

Simultates autem magnæ, inter Herodem ac Pilatum: Nam mox dicitur:*anteà inimici erant ad inuicem.*

Regum inter ſe ſimultates; ſæpè vergunt in capita populorum.

Horat. *Quicquid delirant Reges,plectuntur Achiui.*

Sperant igitur,Galilæum illum fatentes,Pilatum illi facere iniquiorem,odio Herodis inueterato,aut nouo.

Pilati contemtu hæc accuſatio, à
- 1. *Falſitate dicti* : Satis .n. iam illi notum; Chriſti regnum non eſſe temporarium.
- 2. *Iuſtitia*, quæ in meſſem alienam; falcem mitti vetat. Iuriſdictionis Herodianæ virum, etſi aliqua poſſet, noluit iudicare.
- 3. *Reconciliationis ſpe*,vt contigit.
- 4. *Prudentia ac religione* : Nodoſam cauſam adtingere metuebat.

Pilatus, fortè huius non immemor: *Ama, tanquam oſurus: oderis, tanquam amaturus.* Herodis animum noluit acrius irritare.

Imò, hac honoris ſpecie, Herodem conatus demulcere.

Ac fortè ſpes illi, Herodem Chriſtò, vt ciui ſuo, fauturū.

Ergo, deſtinatur bonus Jesus, à Pilato, ad Herodem; Euripi inſtar, fluit, ac refluit, atque vt pila, huc & illuc excutitur.

Hæc Pilati bona fuêre, nunc mala videamus:

De Pilati erratis hîc.

Pilato, hîc erratum variè
1. *Puſillanimitate*, qua non auſus abſoluere, clarè innocentem; aut ſedare pop. oratione, aut minùs, prò imperio.
2. *Iniquitate.*
3. *Irritamento audaciæ popularis.*

* j. *PVSILLANIMITATE.* Boni .n. Judicis hę partes, abſoluere innocentem, etiam pop. ac theatro toto reclamante, aut tribunali cedere.

Non ſine cauſa gladium portat, ad vindictam malefactorum; laudem verò bonorum.

Prou. *Iudex, arà.*

Eccli. 7. *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.*

Horat. 3. Carm. 3. *Iuſtum, & tenacem propoſiti virum*
Non ciuium ardor praua iubentium.
Non vultus inſtantis tyranni,
Mente, quatit, ſolida.
Indomitam audet ciuium frænare licentiam.

Compeſcendi populi via, triplex Pilato,
1. *Miles præſidiarius*, qui illi multus, & quo alias ipſe vſus. *Ioſeph. lib.* 18. *antiq. c.* 4.
2. *Aſilum*, quod dare potuit Reo, dum lenteſceret furor.
3. *Concio*, qua valuit, & alias aliquandò quoque vſus. *Ioſeph.*

Virg. 1. Æneid. —— *magno in populo ſi fortè coorta eſt*
Seditio,

Seditio, ſæuitq; animis ignobile vulgus.
Iamq; faces, & ſaxa volant. furor arma miniſtrat:
Tum pietate grauem, ac meritis ſi fortè virum quem
Conſpexêre, ſilent adrectiſq; auribus adſtant:
Ille, regit dictis animos, & pectora mulcet.

Nam, cur inſontis cauſam de capite, non agat Judex, poſtquam innocentiam ſatis videt?

* ij. *INIQVITATE*; Iratos .n. ciues plus timuit, quàm Deos.

Et Tyranno manifeſtario, contemtori legum, etiam Romanorum, inceſto marito vxoris fratris ſui, ac iam Joannis parricidæ, agniculum iſtum credens, quem lupo iniquè committebat.

Veritatis amantem, imò Veritatem, ad hoſtem veritatis, remittebat.

Hoc erat, ab humaniori Judice, ad Perillum reuocari.

* iij. *IRRITAMENTO audaciæ pop.* eoque duplici
- 1. *A victo iam partim Pilato.* Fauſta pugnæ initia, victores irritāt.
- 2. *A Iudice nouo, & in Reum iniquiore.*

Spes hinc magna crucifigendi Chriſti.

Extorſuros ſe faciliùs ſperabant omnes, ab Herode notæ crudelitatis homine (Nam iam ad puellæ preces, Baptiſtam trucidarat) Chriſti necem, quàm à Pilato, æqui obſeruantiore.

Et Herodes iſte, hæres paternæ crudelitatis, quæ in puellorum Bethlemitarum, internecione olim emicuerat.

Cauſæ Deo, id permittendi, variæ
- 1. *Incrementum meriti Chriſti.* Sic .n. ſub pluribus, & plura, is paſſus.
- 2. *Teſtimonium innocentiæ illuſtrius.* Tot .n. Judicibus vſus, à nullo iuridicè eſt damnatus. Auro, ab ignibus varijs, plus ſplendoris. Et cauſæ æquitas clarior, à pluribus Parlamentis, vt vocant.

3. *Peritas Iudicum*, vt tot eſſent profani, quot Sacri, innocentiæ teſtes. Sacri duo, Annas, & Caiphas: profani duo, Pilatus, & Herodes. *In ore duorum, aut trium teſtium, ſtet omne verbum.*

III.

De actis apud Herodem.

Interrogatur, irridetur, alba induitur, ipſe ſilet.

Interrogabat autem eum Herodes multis ſermonibus, fortè, ipſi an ne eſſet, cuius cauſa, olim pater tot puellos trucidari iuſſiſſet: Fortè; eſſetne Ioannes rediuiuus, &c.

At ipſe, nihil illi reſpondit.

Silentium hoc, ab adſpectu duplici
- 1. *Herodis,*
- 2. *Chriſti ipſius.*

Silentium Chriſti ab Herodis
- 1. *Intentione*. Non .n. profectum quærebat, ſed ſigna tantùm, & ſcientiam mirari. *Gregor. lib. 22. moral. cap. 16.*
- 2. *Obſtinatione*, qua, neque ſignis, neque verbis, futurus is melior. Miſericordiæ hoc ſilentium, ne verba & miracula, eſſent ad cumulum damnationis.
- 3. *Crudelitate*, in Ioannem Bapt. Indignus ergo adloquio iuſti excommunicatus, & cuius manus, ſanguine iuſti plenæ ſunt.
- 4. *Mendacijs*, quæ manifeſtaria, non ſunt reſponſione digna. *Laërt. lib. 2. cap. 5.* Socratis vox: *Non refert, quam multi ſint teſtes, ſed quam graues.*

Silentium idem, à Chriſti ipſius
- 1. *Deſiderio patiendi*. Silet, ne obſtet.
- 2. *Modeſtia*. Quid poſſit, non oſtentat, vbi pretium operæ nullum.
- 3. *Studio medendi* Contraria, contrarijs, curat medicina. Adami ergò excuſa-

excuſationes in peccatis, taciturnitate à bonis, vult diluere. Geneſ. 3. *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, &c.*

Anteactæ vitæ memoriâ ſe ſolari, Chriſto ſatis, & Socrati ipſi, qui, morti deſtinatus, obticebat. *Xenophontis apologia.*

Sic vixerat Ieſus, vt illis maledicis non eſſet fides.

Spreuit autem illum Herodes, cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba.

Lucæ verba ſonant, *poſtquam eum induit veſte ſplendida* dictio græca, non albam, ſed ſplendidam, elegantem, & illuſtrem ſignificat.

Admirandum, Sapientiam irrideri, ſcommatis proſcindi, à Rege, & ſuis.

Sed ipſæ irriſiones, teſtimonia ſunt, & probitatis, & nobilitatis Rei.

Alba hæc parabolica prophetia, de { 1. *Diuinitate* 2. *Regno* 3 *Innocentia* 4 *Ambitu* } Chriſti.

* j. *DE DIVINITATE.* Cic. lib. 2. de Leg. *Color albus præcipuè decorus Deo eſt.*

Apoc. 4. *Amicti ſtolis albis.*

* ij. *DE REGNO.* Regum .n. ac Cæſarum veſtis alba Ianſenio.

Iuuen. ſat. 3. *Sufficiunt tunicæ ſummis ædilibus albæ.*

Et pridem, in ſpectaculis, lautiores homines, candidis togis ſpectabant, vt ſæpiuſculè notatum Martiali, qui verò tenuioris fortunæ, & quibus mutandæ togæ copia non erat, nigris.

Lætitię ſignum, alba.

Ouid. Triſt. *Sumatur fatis decolor alba meis.*

* iij. *INNOCENTIA.* Vt literæ, ſic colores quidam ſalutares.

Cic. pro Milone meminit literæ ſalutaris, quæ eſt A. commentatori in margine. Triſtis autem eſt C,

Athenienſibus, faba alba, ſalutaris, & nota abſolutionis; vt nigra, damnationis. *Plutarcho tom. 1. vit. in Alcibiade.*

Et olim, lapillis albus, ſalutaris; niger triſtis.

Ouid. lib. 15. Metam. *Mos erat antiquis, niueis, atriſq; lapillis,*

His, damnare reos illis, abſoluere culpâ,

Tunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis, & omnis

Calculus, immitem demittitur ater in vrnam.

Nigr , triſtia,

Iuuenal. ſat. 3. *Si magna Aſſyrij cecidit domus , horrida mater,*

Pullati proceres differt vadimonia Prætor,

Tunc gemimus caſus vrbis

Et iudicandi, atrati olim ſiſtebantur. Et pullati olim inceſſere, qui mortuos lugebant.

Ioſeph antiq. lib. 14. *c.* 17. *&* 16. *c.* 14. *& in vita ſua*: Atratus prodij.

Alba verò, læta; vnde ea veſtis in conuiuijs lætioribus.

Cic. in Vatinium. *Quis vnquam cœnauit atratus , quum ipſe epuli dominus Q. Arrius albatus eſſet?*

2. *Reg.* 6. Dauid, ſaltans coram arca , veſtitus lineis & albis.

Matt. 17. *Veſtimenta Chriſti* transfigurati *alba ſicut nix,* Angeli, reſurrectionis Chriſti nuntij, in albis.

Ergò, albatus Chriſtus, & candidatus ſiſtitur, ab Herode, ad Pilatum, non atratus pro more, vt innocens , abſoluendus, eſt lætis magis, quam leto dignus.

Non hæc, ſine numine Diuûm, eueniunt.

✝ iiij. *AMBITV*, ſed quo ambibat regnum Cœli. *Regnum meum non eſt de hoc mundo.*

Qui Magiſtratus, populi ſuffragijs, olim petiêre. Albam veſtem inducere, & vrbem ſubplicantes ambire ſoliti ſunt, quanquam legem, à Tribuno , in contrarium aliquando latam, ait *Liuius lib.* 4. *Et Blondus lib* 8. *Rom. Triumph.*

Porrò, animaduerte, in aulis , Chriſto & Eliæ illudij paraſitis adplaudi largiter.

Hiſtrio. Curijs pleriſque, Philopho multò gratior.

NOTÆ

NOTÆ CONCIONIS XXXVII.

Feriâ 4. Hebd. Sanctæ.

THEM. *Pilatus autem conuocatis Principibus Sacerdotum, &c. Obtuliſtis mihi hunc hominem, &c.*

Facta repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie mihi:
1. *Quàm varia Pilati artificia, ne cenſeat.*
2. *Conſuetudo vnum liberandi in Paſchate, quæ: Vnde: & à quo ſpiritu vxor Pilati ſolicitata.*
3. *Flagellatio Chriſti quæ: corona ſpinea, qualis.* AVE.

I.

Quàm varia Pilati artificia, ne cenſeat.

Attonitus, de Chriſti reditu, Pilatus, partes animum verſabat in omnes, vt, de eo, cenſendi prouinciam effugeret.

Judicem ferè exutus, patronum induit. Faxit nobis Deus Judices noſtros tàm paratos ad tutelam, abſolutionemque inſontium.

Iſai. 1. *Subuenite oppreſſo, &c.*

Ouid. *Regia, crede mihi, res eſt, ſuccurrere lapſis.*

Pilatus hîc vſus diuerticulis 4.
1. *Seditionis ſpecie.*
2. *Præiudicio crudelioris.*
3. *Conſuetudine.*
4. *Flagellatione atrociſſimâ.*

* j. *SEDITIONIS SPECIE.* Cùm enim ſciret, Magnates

tes laborare inuidia, in Chriſtum, deſperaretque illos ſedari poſſe;turbam contra Chriſto æquiorem,partim beneficijs deuinctam, nunc leprâ curata,&c. nunc,paſtu in deſerto, &c. partim, ſimpliciori ſaniorique iudicio plebem, vnâ cum Magnatibus, ciet, ſperans ex illa mitiores aliquos producturos qui,Magnatibus reclamantes, dicerent: Nolumus huius Prophetæ necem, &c. aut aliquid tale, Barabbam verò,in crucem agi vellent.

Damnatis,ſæpè a vulgo ſalus.

1. *Reg.* 14. Jonathas,reclamante vulgo, Saulis patris ſententiæ triſti ereptus eſt.

Et Manlius Capitolinus,oſtentato plebi Romanæ Capitolio,per ſe ſaluo, dilationem ſaltem obtinuit,

*ij *PRÆIVDICIO CRVDELIORIS.*

Remiſi vos ad Herodem, inquit, *& ecce nihil dignum morte actum eſt ei.* q d. Si homo,ad impietatem, crudelitatemque natus,legum veſtrarum peritior hunc abſoluit, quî, ego alienigena, Romanus, & ad humanitatem inſtitutus, damnem?

Præiudiciorum, in iudicijs, vis magna, in vtramque partem.

Alioqui, derogetur Judicium,vel
- 1. *Intellectui,vt cæcutienti.*
- 2. *Voluntati,vt naturâ praua, aut corupta, affectu, vel munere.*

* iij. *CONSVETVDINE. Eſt autem conſuetudo vobis, &c.*

Artificiosè admodum, è multis ſceleroſis, vnum Barabbam proponit,& Chriſtum, cùm multos alios illum habuiſſe, vinctos, hinc pateat (*Qui cum ſeditioſis erat vinctus*:) deinde iſthinc: quòd Barabbâ dimiſſo,nihilominùs alij duo latrones, cum Chriſto,crucifixi, certè iampridem capti. Barabbam .n. præ cæteris maximè odioſum nunquam ſperabat Chriſto anteponendum.

Credo, ſi incarceratorum quiſquam, fuiſſet Barrabbâ nequior,illum populo propoſiturus erat, vt Chriſtum liberaret.

1. *Latrocinio*:non.n.tantum fur. *Erat autem Barabbas latro.*

Barab-

Barabbas, inſignis à multis { 2. *Seditione Qui erat propter ſeditionem quandam factam in ciuitate, &c.*
3. *Homicidio. Et propter homicidium, miſſus in carcerem*, ait textus tu.

Vah indignitatem! Saluatorem Mundi, Filium Dei, in ſtaterâ bilance, cum prædone, ſicario, ac parricidâ adpendi, neque tamen præferri!

Iſai *& cum iniquis reputatus*, etiam hic quadrat.

* iiij *FLAGELLATIONE. Corripiam ergò illum, & dimittam*, inquit.

Lenitas Pilati { 1 *Crudelis*, Nam innoxium flagellat.
2. *Prudens*, Nam , ad mali maioris fugam.

Quanquam *non ſunt facienda mala* , *vt veniant bona*, certe prudentis , ex malis minima, & pauciſſima admittere.

Minus fuit flagellaſſe, quam crucifixiſſe.

Geneſ 19, Loth maluit, filias ſuas virgines à Sodomitis, ludificari, quam adoleſcentulos hoſpites.

Ex his notent Iudices, tentanda priùs illis omnia, quam innocentem perdant.

I J.

Conſuetudo vnum liberandi in Paſchate, quæ: Vnde.

Eſt autem conſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis, in Paſcha.

Ortus eius, { 1. *Priſcis Iudæis.* Cyrill. lib. 12. c. 13.
aut à { 2. *Pilato, & Romanis.* Orig. tract. 35.

Opinor, à priſcis Iudæis natam, poſteà, ſub iugum miſſâ Palæſtinâ, Romanos Iudæis permiſiſſe.

Theophylactus ait, ſub iugum miſsâ Palæſtinâ, Romanos promiſiſſe , hanc conſuetudinem non reſciſſuros ſe, alioquî, Iudæos non ituros fuiſſe , ſub Romanorum iugum.

Neceſſe habebat Præſes populo dimittere, ex pacto ſcilicet cum Romanis.

Occaſio

Occaſio huius, varia
- 1. *Liberatio pop. ex Ægypto, ipſo die Paſcha.* Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. 1. *Æneid.*
- 2. *Tutela primogenitorum Iſraelis, à cæde Angeli exterminatoris.*
- 3. *Liberatio Iſaaci, à gladio patris, oue ad necem ſuccedente.*
- 4. *Origeni, Liberatio Ionathæ, à ſententiâ Patris, interceſſione populari.* 1. Reg. 14.

Finis
- 1. *Honos feſti,*
- 2. *Fauor, in cauſam hominis non omninò mali,*
- 3. *Gratitudo.*

Ità Rhotomagi ferunt, annuè, vnum è captiuis liberari, quòd olim, è damnatis vnus aliquis, vnà cum Epiſcopo loci, draconem incolis infeſtiſſimum confecerit.

Sed hîc, ter erratum: *Primo* enim inſons damnatus, & *ſecundò*, nocentiſſimus abſolutus. *Et tertiò*, priuilegium autori ſuo inutile fuit.

Hierem. 2. Ciſterna, prælata fonti.

Conſuetudo tamen non mala, quòd
- 1. *Rara*
  - 1. *Nàm ſemel annuè.*
  - 2. *Et vnicum liberans.*
- 2. *Gratitudinis plena.*
- 3. *Clementiæ, à qua Reges ordiuntur imperia, effuſis carceribus.*

Vſurpanda, ſi
- 1 *Rarò,*
- 2. *Pietate,*
- 3 *Correctionis ſpe,*
- 4 *Vtiliate manifeſtâ.*

A quo Spiritu, vxor Pilati ſolicitata.

Sedente autem illo pro tribunali, &c.

Vxor Pilati, Procla. *Nicephoro lib.* 1. *c.* 30.

Jlla, per ſeruolum, marito nuntiat, quid paſſa ipſa, propter Chriſtum, vt virum, ab eius iniuria, deterreat.

Virgil. 2. Æneid. *Tunc etiàm fatis aperit Caſſandra futuris.*

Ora, Dei iuſſu, nequicquàm credita Teucris.

Rabano, Diabolus ſolicitauit, Patres in limbo exultabun-

bundos perſentiſcens, de Chriſti ſanguine iàm aliquoties fuſo, in horto, in Caiphæ, &c. Jlle enim inde quodam modo febricitans, & elangueſcens, iamque, vincla iniecta iri manibus Tyrannicis ſentiens, ſeque principem huius mũdi, foras eijci, angi occœpit, ac cruciari, pinarique, captiuum hunc, eum eſſe, quem & ſæpè Deum ſit ſuſpicatus, & ſæpè pernoſſe tentarit.

Matth. 4. iamque occurrendum morbo venienti: Jtaque ille ablegare ſocias furias, quæ viſis agitarent Pilati vxorem, ille organo vti ſibi iam olim familiari, ac trito, fœmina, nunc in auertenda redemtione, vt olim, in euertenda gente.

Jgnatius ep. ad Polycarpum. *Diabolus ſuam ipſius ſentiebat perniciem.*

Magna mulierum ſuadelæ vis, in vtramque partem.

Alijs, Angelus bonus fuit, vltra non ferens, tam indigna Domino ſuo inferri.

D. Hieron. *D Hilar.* *D. Chryſoſt.*	in Matth.	*D. Ambroſ. in Lucam.* *Heſſ. l in paſſ. huius opinionis.*

Ad mulierem itum, fortè, quòd

1. *Pilatus indignus.*
2. *Iudicis ſomnijs minùs creditum fuiſſet.*
3. *Magna, apud maritos, vox vxorum.*
4. *Ethnicum plus motura vxoris verba, quàm Angeli nunquam ei viſi viſio.*
5. *Somnijs homo Ethnicus multum tribuebat.*

Fortè autem muliercula, vidiſſe ſe aiebat, agnellum candidum, à canibus, paſtoribusque, alioqui cuſtodibus eius, dirè laniatum: poſtea, mortem eius, agros ipſos, ſyluasque luxiſſe: Deum verò ab alto ſpectatorem, ſæuiſſe in autores, fulminibus iactis, &c ſe interpretari, angellum illum, Chriſtum, paſtores ac canes, Sacerdotes, &c. quos Chriſtò omnes benè velle oportebat. Deumque dira minari Sacerdotibus, populoq; inſtantibus, & marito, ſi ceſſerit, &c. fortè, etiã addebat, vidiſſe ſe iacturã opum, dignitatum,

tum,fauoris Cæſarei,odia, exilia, morbos, cædem ipſam mariti,&c.ſi cederet.Orat,ne cenſeat,ſi ſe amat, vxorem, liberos,domum,&c.

Notanda:
1. *Vxorum ſolicitudo,ne peccent mariti,*
2. *Earum conſilia non ſemper aſpernanda.* Cæſar,ſi Calphurniam audiſſet, mortem euaſiſſet.
3. *Deum mille modis, teſtari ſuorum innocentiam.*

At,dum audit Pilatus:*Principes Sacerdotum, & Seniores concitauerunt turbam,& perſuaſerunt populis, vt magis peterent Barabbam,&c.*ſuas curant vtrique partes: Iſti blanditijs illos,& amplexationibus,alios minis, nonnullos fortè auro corrumpentes(vt heri etiam Judam, & mox ſepulcri cuſtodes)Pilatus ſeruolum auſcultans,& ad pop:pro Chriſto orans.

Itaque,à ſeruolo,ad eos reuertenti Pilato,ac ſciſcitanti, dixerunt: *Non hunc,ſed tolle hunc,&c.*

Dialogiſmus hic:
Ille: Quid ergò vultis faciam?
Illi: Crucifigatur.
Ille: Quid enim mali fecit? q.d. *Itáne temerè,homo innocens ad mortem petendus?*

Itáne,ad potentiorum gratiam,loquendum?

Mors,malis irroganda,nō Bonis. Quid hic mali,aut potius,quid non boni fecit?

Exurgite cæci,claudi,leproſi,&c.&dicite: *Quid enim mali fecit?*

Exurgite,qui olim dicebatis: *Benè omnia fecit.* q.d Barabbam habetis, qui malè omnia fecit,latro,ſeditioſus,homicida.

I I I.

Flagellatio Chriſti qua, corona ſpinea qualis.

Corripiam ergo illum & dimittam. Adprehendit ergo Pilatus Ieſum, ægrè tamen,& conſolans miſellum.

Fla-

Flagella uit, vel { 1. *Ipſemet.* Beda in Marc.
2. *Per milites, aut tortores, virgatores ſc.* Hierony. in Matth.

Nam Præſidem, ferire, Manlianum nimis, ac Brutianum.

Columnæ religatum Ieſum, inſtar Promethei, communis tenet. Beda in Luc. vbi ſic: *Quæ columna, in Eccleſia Sion montis, Dominici cruoris, vſque hodie, cernentibus, veſtigia tetra demonſtrat.*

D Hierony. ep. ad Euſtochium inſinuat.

Et ita flagellare, priſcis in more.

Cæſus Chriſtus {
1. *Fortè non virgis*, quæ rarò adhibitæ crucifigendis, aut ſi virgis, fortè ſalignis. At D. Hieron. ſpineis, & catenis.
Cic. pro C. Rabirio. *Porcia lex, virgas, ab omnium ciuium Rom. corpore amouit.*
Hinc vox illius iam cędendi: *Ciuis Romanus ſum.*
2. *Flagris, ac loris potius* Lipſio.
3 *Fortè corrigijs nodoſis*, inhoneſtiora enim hæc flagra, & ſeruorum.
4 *Fortè flagellis aurigarum.*
5. *Mixtis.*

D. Hieron. *Sex carnifices accedunt. Duo eorum, virgis ſpineis: duo, loris nódoſis duo. catenis ferreis, vnguibus terminatis aduncis: incipiuntq́ primi totis viribus eum percutere, adduntur vulnera vulneribus: decurrit ſanguis. Primis defeſſis, ſuccedunt ſecundi: & nouus vulneribus vetera cumulant: quos mox tertij ſubſequuntur, qui vncinis, carnem, ac pellem auellunt.*

Iſai. 1. *A planta pedis vſque ad verticem &c.*

Iàm largo vndabat fœdatum ſanguine corpus,
Perfuſiq́ artus tabo, liuentia colla,
Collaq́ brachiaque, & detecta verbere coſta.
Atque eiectabat craſſum, roſeo ore, cruorem.

Oſſa, ac coſtas flagellato enumeraſſes: Bartholomæo illum, aut Siſamni, excoriatis comparaſſes.

Pſal. *Dinumerauerunt*, i. dinumerabilia fecerunt; *ſibi omnia oſſa mea.*

Vlpia-

Vlpianus. l. 8. de pœnis. *Miniſtrorum immanitate, multos, ſub eiuſmodi flagellis, interiſſe.*

Horat. epod. od. 4. *Sectus flagillis triumuiralibus.*

Præconis ad faſtidium. Triumuiralibus fortè etiam dictum, a triplici genere virgatorum: nō verò tantum à Triumuiris decernentibus.

Hinc ignominię multùm, doloris multò plus: ſed ſequitur tormentum aliud, a quo ignominia & dolor ferè pares, ſi tamen tormentum hoc vnum, & non potius multa: aut vnum multiceps. *Milites exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei.*

Priuilegia Imp. Cōſſ. Dictatorum Rom. quinque
1. *Purpurari,*
2. *Coronari,*
3. *Sceptrum gerere,*
4. *Salutari crebrò Reges*, Cornel. Tacit. lib. 4.
5. *Adclamationibus ſancti cumulari.*

His inſultatur Chriſto iacenti, cum Sarcaſmis, quòd Regem dixiſſet eum populus, & ſe ipſe, apud Pilatum, Regem faſſus.

* j. *PVRPVRARI. Chlamydem coccineam circundederunt ei,* (gall. *manteu Ducal.*) Chlamys in Macedoniâ ornamentum regium: Romæ, veſtis longa purpurea, Imperatorum, & triumphantium, *Liuius* 10. *lib.* 2 *belli Punici Plutarch. in Eumene.*

Lazarus Baifius lib. de re veſtiariâ c. 10. in fine. *Liuij verbis adducor, vt credam veſtem illam, quam ſacri Euangelij ſcriptores, purpuream & purpuram dixerunt, fuiſſe togam purpuream, quæ & picta dicebatur, in Seruatoris noſtri ludibrium ſcilicet, tanquam à S. P. Q. R miſſam illi, qui ſe Regem Iudæorum diceret, vt mentiebantur Iudæi.*

Herculis catellus inuentor purpurę. Vbique ea in prętio. Velum Sancti Sanctorum, & cortinæ arcæ, purpureæ. Et conopæus Holofernis.

Daniel veſtitus purpurâ in Babylone.

Et Jonathas, quo die deſignatus princeps Hebræorum.

Pierio lib. 40. *hieroglyp.* Veſtis purpurea, pudoris & verecundiæ nota.

Purpu-

Purpuratus Chriſtus iàm totus, intus ac foris, corpore ſanguinolento, & veſte purpureâ.

Et nota, iam ſecundo Chriſto illuſum, per veſtes, albam atque purpuream.

Nùnc verò quoties, à pompâ veſtium noſtrarum!

* ij. CORONARI. *Et plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt ſuper caput eius.*

Ah! crudeles coronarios! *Videte Regem Salomonem in diademate, &c.* Non hos quæſitum munus in vſus.

Corona ea, è iuncis marinis ita aculeatis, vt calceatos pungant.

Vidi aculeum illius vnum, in Conuetu PP. Franciſcanorum Namurci, longitudine acûs, craſſitudine ferè claui ſutorij, colore cinereo.

Ea, pro auro crinali, ceu coronario, ac lauro.

Coronarum genera multa
- 1. *Triumphalis*, quæ primùm ex lauro, poſtea, ex auro.
- 2. *Obſidionalis.*
- 3. *Ciuica* priùs lignea, mòx quernea.
- 4. *Muralis*, ex auro, pinnis murorum ſimilis.
- 5. *Naualis*, ex auro, & roſtrata.
- 6. *Oualis*, myrtea, quòd ouantium victoria, Venerea ferè, & impuluis.
- 7. Plinius lib. 15. c. 4. *Athenæ quoque, victores, ramis oleæ implexis, coronant.*
- 8. 9. Quercus Heroicos; Hedera, elegos poetas coronat.
- 10. *Spineam coronam ſolam hanc legò.*

Coronarum vſus, varius
- 1. *Bonus.* cùm dantur
  - 1. *Maieſtati Regum*, &c.
  - 2. *Virtuti*, vt corona iuſtitiæ; fortitudinis, &c. aureola caſtitatis, martyrii, &c.
  - 3. *Ingenio*, vt Poetis laureæ.
  - 4. *Solennitati*, vt in nuptijs: *Tanquam ſponſam decorauit me corona.*

2. *Malis*, cum { 1. *Veneri*, 2. *Voluptati*. Sap. 5. *Coronemus nos roſis*. 3 *Faſtui*, 4. *Crudelitati*, vt hîc. }

Sed coronari ſe permiſit, vt ex his quaſi vittis & faſciolis, victima noſtra intelligeretur. Circumligabantur enim olim, & vittabantur victimæ, ab ipſis vittis ita dictæ, quaſi victimæ (quorundam ſenſu:) etſi etiam à victis hoſtibus.

Cant. 1. *Sicut lilium inter ſpinas.*

Armat ſpina roſam.

Quis ſpinas vnquam audijt, coronamentum?

Corona Chriſti, cur ſpinea { 1. *Decreto*, 2. *Figura*, 3. *Antitheſi*, 4. *Significato*. }

* j. DECRETO. Geneſ. 3. *Spinas & tribulos germinabit tibi, &c.*

* ij. *FIGVRA*. Geneſ. 17. Aries inter vepres hærens cornibus, Chriſtus Ieſus.

Exod 3. Deus in rubo.

Vadam, & videbo viſionem hanc grandem; Deum in rubo, Chriſtum in ſpinis.

* iij. *ANTITHESI* Jam mundo roſæ, Chriſto ſpinæ: in poſterum, vice verſa.

Aut è ſpinis, ad roſas, aut è roſis ad ſpinas.

Virg 1. Aeneid. *Crateras magnos ſtatuunt & vina coronant*, vbi Seruius *antiqui pocula coronabant, vnde eſt, Et magnum cratera, corona Induit.*

Cic. 2. de Legib. *Sequebantur epulæ, quas inirent propinqui coronati.*

Sap. 5. *Coronemus nos roſis.*

Spinas ergò roſis noſtris, opponit.

Tu quoque, è ſpinis intertexe tibi coronam, id eſt, ſit pulchra corporis, capitiſque ſymmetria. Non enim decet roſis ornari, corpus capitis ſpina coronati.

2. *Reg*. 11. Vriam pudet, dormire domi, dormiente Ioab in tentorijs.

* iiij SIGNIFICATO duplici { 1. *Curarum, in Regnis.* 2. *Seruitutis, in peccatis.* }

* 1. SPINÆ in capitibus Regum, curæ multæ.

Curia à curis, Regnum, ſpinetum merum. Et *ſpinæ diuitiæ, &c.*

* 2. SERVITVTIS etiam ſignum, corona. *Formam ſerui accipiens* Epheſ 2.

Seruire me feciſti, in iniquitatibus tuis.

Blondus Flauius lib. 4 triumph. Romæ. *Sub coronâ dicit A Gellius dici conſueuiſſe vendi captiuos in ſeruitutem, quià conſueuerint venundari coronati, in ſignum expoſitionis ſuæ, in venditionem.*

Gell. libr. 8. ſcribit pileatos ſeruos, vænum ſolitos ire.

Lactant. 4 inſt. c 26 *Corona ſpinea, capiti eius impoſitâ id declarâbat, fore, vt diuinam ſibi plebem, de nocentibus, congregaret Corona enim dicitur, circumſtans in orbem populus.*

Idem ibid. *Ante cognitionem Dei fuimus ſpinæ. i. iniuſti, mali & nocentes, &c. Electi ergò ex dumis, & ſentibus, ſanctũ Dei caput cingimus quia conuocati ab ipſo, & circumfuſi vndique ad eum Magiſtro ac Doctori Deo aſſiſtimus, Regemq; illum mundi, & omnium viuentium Dominum, coronamus.*

Spinæ illæ quidem Chriſto moleſtæ, ſed peccatorum multò moleſtiſſimæ.

D. Petrus, in huius coronæ memoriam, religioſo iam ritu, adtonſus. Nemo igitur tonſuram erubeſcat, &c.

* iij. SCEPTRVM *gerere. Et arundinem, in dextrâ eius;* ſceptrum ſc. ſcirpeum, regni inſtabilis notam.

Sceptrum Princeps adſumit ſcirpeum,
Vt det nobis ſceptrum ſydereum.

* iiij. SALVTARI *crebrò Reges. Et ceperunt ſalutare eum.*

Studium ſalutandi, Romæ magnum; & ſalutari, inter honores magnos, vti ſalutare, officij præcipui Res vtraque, plauſibilis, popularisque, ac patens ad potentiam.

Adpetebant etiam Phariſæi *ſalutationes in foro, &c.*

* v. *ADCLAMATIONIBVS fauſtis cumulari. Et dicebant, Aue Rex Iudæorum*; quaſi Regi fauſta adclamantes, vt nunc: *Viuat Rex*: & olim, *Rex in ſempiternum Viue*, &c.

Quo autem ſenſu hæc illi omnia, notat Euangeliſta dicens: *Illudebant ei, conſpuebant eum*, *percutiebant caput eius arundine, & dabant ei alapas*, certabant illudere capto.

Triſte, illud; fœdum, conſpui; ignominioſum, alapis cædi; durius, caput ſpineatum cædi, arundine.

Hoſtiles quoque illę ſalutationes, infælicibus moleſtiſſimæ.

Valer. Max. lib 6. c 9. *Craſſo, cui pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit, eidem poſtea inopia, turpem decoctoris ſuperlatione iniunxit. Siquidem bona eius, à creditoribus, quià ſolidum præſtare non poterat, vaniêrunt.*

Ità quoque amarâ ſuggillatione non caruit: quià, cum egens ambularet, diues ab occurrentibus, ſalutabatur.

Horat. *Cur ego, ſi nequeo, ignoroq́;, Poeta ſalutor?*

1. *Paral* 10. Saul, ſe ab armigero iubet occidi (*ne fortè*, inquit, *veniant incircumciſi iſti & illudant mihi*) eoque detrectante, in arreptum ipſe enſem ſuum incumbit, & occumbit.

Multa ſimilia nunc patitur Chriſtus, a Chriſtianis.

Chriſtum enim
1. *Flagellant*, blaſphemi.
2. *Purpurant*, qui martyres cruentant.
3. *Coronant ſpinis*, qui capita Eccleſiæ moleſtant.
4. *Sceptro ſcirpeo, aut arundineo ornant*, qui autoritatē Eccleſiæ imminuũt.
5. *Salutant, & adclamant* Politici, clãcularijque hæretici.
6. *Illudunt, conſpuũt, cædunt, alapis onerãt*, qui grauiter, ac ſine fronte, peccant; moleſtiores hi omnes, quam iſti milites, quos rurſus pati paratus, vt nemo peccet.

D. Aug. tract. 10. in Ioan. longè poſt initium. *Ingeminantur*

tur flagella Chriſto, quià flagellatur ſermo ipſius.

Statim pòſt. *Flagellatus eſt. flagellis Iudæorum: flagellatur blaſphemijs falſorum Chriſtianorum.*

Certè, à maledicto, ac blaſphemijs, plus iniuriæ Chriſto, quam a morte; & ab infamia plus pœnæ, quam a verbere, ac ne nece.

NOTÆ
CONCIONIS XXXVIII.

Feria 5. hebdom. ſanctæ.

THEM. *Et dicit eis Pilatus; Ecce homo.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie
1. *De nouo Pilati artificio, ad Chriſtum liberandum.*
2. *De nouis Iudæorum Mæandris, ad damnandum.* AVE.

I.

De nouo Pilati artificio, ad Chriſtum liberandum.

Spectaculum mirabile, tragicæque crudelitatis in ſcenã hodie Pilatus produxit regẽ. Regẽ enim Regũ, imò Deum, bis purpuratum, chlamyde & ſanguine, ſchemate horrendo, è ſublimi oſtentauit.

Virgil. 2. Aeneid. *Hei mihi qualis erat, quantùm mutatus ab illo*
Hectore, &c.
Squallentem barbam, & concretos ſanguine crines,
Vulneraqúe illa gerens, quæ circumplurima...
Accepit.

At duplicis hoc artis
1. *Quòd laniatio illa, clàm facta:*
2. *Quòd poſteà palam oſtentata.*

 Clam

Clam cædi debuit. Horat. in arte. *Nec pueros coram populo.*
Medea trucidet.

Produci autem poſtea, vt horrore moueret.

Productio reorum, non parum mouet.

Phryne ſcortum, in iudicium producta euicit.

Priſcisquoque Rom Oratoribus in more, reos producere ſquallidos, atratos, incultos, vxores, liberos, ad Iudices populosque miſericordiæ inclinandos.

Quintil. lib. 6. inſtit. c 1. de peroratione. *Producere ipſos, qui periclitentur, ſquallidos atque deformes, & liberos eorum ac parentes inſtitutũ, & ab accuſatoribus oſtendi cruentũ gladium, & lecta è vulneribus oſſa, & veſtes ſanguine perfuſas videmus, & vulnera reſolui, ac verberata corpora nudari Quarũ verũ ingens plerumq; vis eſt, velut in rem præſentem animos hominum dicentium Et populum Rom. egit in furorem prætexta Caij Cæſaris prolata in foro cruenta.* Vide Sueton. in vit. Cæſ. & Appianum lib. 2. belli ciuilis.

Quintil. ibid. *Et lego, & ipſe aliquando vidi, depictam tabulam ſupra Iouem in imaginem rei, cuius atrocitate iudex erat commouendus.*

Non tamen id probat, quòd id fit, plus effigiei, quam eloquentiæ, tribuentis.

Pilatus ergò, populo implacabili, Chriſtum, nõ Iudaico ritu 40. aut 39. ictibus, ſed Romano, ſine numero, ſeruorum inſtar, flagellatum, arte magna producit, ac detecti cruentum pectus, coſtasque flagris laceras, oſtentat dicens: *Ecce homo*, vel ſic animos emoliturus.

Hac cauſa D. Aug tract. 106. in Ioan.

Cyrill lib. 2. c. 15 in Ioan.

Chryſoſt homil 83.

Verbo, digitoque oſtentat, aperiens (vt opinor) ipſe latius purpuream togam, vt verberatum corpus nudaretur.

Ecce, cur additum { 1 *Ne fortè ſpinis coronatum, & inuſitatè purpuratum non agnoſcerent.*
2. *Quòd tormentorum vi, ſputis cruore mixtis, tota Ieſu ſpecies deformata.*
Beſtiam excoriatã crediturus erat popu-

populus, ni dixiſſet: *Ecce homo.*
3. *Vel miſericorditer inſultat*, q. d. An nunc is vobis metuendus?

Hominem verò, non Reum, dixit, ſpectatores, communionis naturæ humanæ, admonens, q. d. Homo eſt: Hominem ego homo hominibus oſtendi, q. d. ſi beluam, ſi canem, hoc rerum ſtatu videatis, indoleatis tamen. Sed, *Ecce homo.*

Publius, & Senec. in Prou. *Homo, qui, in homine calamitioſo, eſt miſericors, meminit ſui.*

Neque tunc ait, *Ecce Rex veſter*, ne irritet: ſed aliquantò pòſt, vt patet ex c. 19. Ioan.

Iàm, Diogeni extinguenda lucerna, quæritanti hominem, inter tot milia deambulantium in foro. Nam, *Ecce homo,* homo excellentiſſimus, humaniſſ. ratione maximè vtens; Adamo innocente innocentior; homo totam naturam humanam in ſe vno gerens inſtaurandam, vt Adam eandem totam in ſe vno perituram.

Demonſtratio, *Ecce homo*, apta { 1. *Meditationi,* 2. *Oblationi.* 3. *Spei.* }

* j. *MEDITATIONI.* Nam, cùm aut inaudimus, *Ecce homo*, aut cogitamus, qualem Pilatus oſtentâtit, plagoſum, liuidum, &c. cogitandum etiàm mòx occurrit, quemlibet noſtrum talem eſſe debuiſſe, niſi hic, *Vnus homo nobis patiendo reſtituiſſet rem.*

* ij. *OBLATIONI.* Deo .n. Patri, hoc ſpectaculum exhibendum, ac dicendum ſæpè, *Ecce homo: Reſpice in faciem Chriſti tui,* ſi in nos non libet.

Vide, num tunica filij tui hæc ſit, &c. Ac tum maximè, dùm, in myſterijs, hoſtia eleuatur.

* iij. *SPEI.* Cum .n. impius, malorum hinc multorum, illinc bonorum nullorum, aut paucorum, conſcius, in deſperationem vergit, in Chriſtum defigat oculos; ac ipſi ſibi ipſe dicat, *Ecce homo,* ecce obſes tuus. Peccaris tu multùm, & feceris boni parum, ſolidum præſtare non poſſis, *Ecce homo*, qui peccatum non fecit, & tibi pertulit pœnæ multum. Ita, ſe in ſpem eriget, neque dicet: *Hominem non habeo.*

II.

De nouis Iudæorum Mæandris, ad damnandum.

Quis hinc non ſperaſſet Chriſto ſalutem certam?

At, vt ignis oleo, ac lignis; ſic illi hinc magis inarſerunt.

Velut canes, ſanguine dumtaxat viſo, grauiùs adlatrârunt.

Virgil. *Sæuitq; canum latratus in auras.*

Ouid. *At lupus, & turpes inſtant morientibus vrſi,*
Et quæcunque minor nobilitate fera eſt.

Cæſarem ipſum fleſſe eſt fama, viſo Pompeij, iurati hoſtis, capite.

Cauſæ ad impetrandum magnæ
1. *Præſidis preces*, quæ armatæ.
2. *Modus petendi*, Nudato verberari corpore.
3. *Perſona, cui petitur*, Chriſtus Ieſus, Deus Homo.
4. *Tẽpus publicæ lætitiæ*, Paſcha.

Trifariè Pilatum arietant
1. *Lege*, Nos legem habemus, & ſecundum, &c.
2. *Minis*,
3. *Abſolutione*,

* j. LEGE quæ Leuit. 24. *Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus eum obruat omnis multitudo pop.*

Lapides tacent, crucis audit.

* ij. *MINIS. Clamabant dicentes. Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis .n. qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari.* q. d. Officio, bonis, ac fortè vita, hinc ſpoliabere.

Machina hæc, multò omnium potentiſſima, ſola Pilatum, de firmitate, deiecit.

Erat .n. vt vocant (*vn point d' eſtat*) de re publica quæſtio.

Ità fere ruunt iura omnia, dum ſtatui regni (vt illi loquuntur) nimiùm prouidetur.

* iij. *ABSOLVTIONE. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, q. d. Nos te omni religione liberamus. In nos cadat,

çadat, ſi quid hinc pœnarum cadet. In nos, poſteroſque, hæc cudatur faba. te tuoſque, nos certi obſides tui, abſoluimus.

Senec. in Troad. act. 4.——*ad auctorem redit Sceleris coacti culpa.*

NOTÆ

CONCIONIS XXXIX.

THEM. *Cùm ergo audîſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit, &c.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie
1. *Ad Pilati quæſtionem cur non reſponſum?*
2. *Pilati lotio quid notet.*
3. *Quot, quantiq; Pilati lapſus damnantis Chriſtum.*

AVE.

I.

Ad Pilati quæſtionem cur non reſponſum.

Prima trium viarum heſternarum parùm ſucceſſit.

Nam quà incitare illi Pilatum ſperauêre, hac terruêre.

Innocentia Chriſti, eum hactenùs pænè ſola compeſcuerat, nunc & opinio Diuinitatis, nata ab eorum verbis: *quià filium Dei ſe fecit.*

Quin, & propè pænitet, ventum etiam vſque ad flagella.

Hæc Pilatus ſecum. Quid .n ſi filius Iouis hic foret, aut Martis? &c.

Filium, flagris cæſum, nullus Deorum inultò ferat.

Verberum autori, verbera rependet cum vſuris.

Cyrill. lib. 12. cap. 20. in Ioan. *Pilatus multitudine Deorum gentium aſſuefactus, facilè fieri poſſe, Chriſtum, quamuis hominem, Dei alicuius filium eſſe, ſuſpicatus eſt.*

Firmata etiam Pilati opinio, ex confeſſione regni, & quod *non de mundo.*

Sciſcitatur ergo: *Vnde es tu?* hortatur fari, quo ſanguine cretus.

Qui genus vnde.

Ieſus autem reſponſum non dedit ei.

Silentij Chriſti cauſæ, à
1. *Deſiderio crucis,*
2. *Materiâ ſupra captum audituri,*
3. *Cauſa interrogandi,*
4. *Modo quærendi,*
5. *Abuſu.*

* j. *A DESIDERIO CRVCIS.* D. Athanaſ. de paſſ. & cruce *Ne ſi reſpondiſſet, timiditate & formidine mortis inductus, id feciſſe videretur.*

* ij. *MATERIA SVBLIMIORI.* Iſai. *Generationem eius quis enarrabit?*

Nemo nouit Filium, niſi Pater.

Cic. 1. de nat. Deorum, Simonides, à Hierone Tyranno quærenti, quid eſſet Deus, popoſcit inducias, binas aut ternas; poſt quas tamen reſpondit: *Diutiùs ſibi conſideranti, ſemper videri obſcuriorem.*

* iij. *CAVSA INTERROGANDI*, idolatricâ, putabat .n. Filium alicuius falſorum Deorum. *Cyrill. lib. 12. cap. 20.*

* iiij. *MODO QVÆRENDI*, qui faſtum ſpirabat, quaſi imperantis, non modeſtiam diſcentis.

Niſi faſtus præoccupaſſet, non mòx illi, à ſilentio, vox tam arrogans erupiſſet: *Mihi non loqueris? Neſcis, quia poteſtatem habeo? &c.*

Senec. in Medeâ act. 2. vox Medeæ, ad Creontem exilium ei decernentem. *Si iudicas, cognoſce: ſi regnas, iube.*

Creon *Æquum, atque iniquum Regis imperium feras.*

Jus vitæ, neciſque, iactabat. Sed leoninam illam iactantiam, agnellus, hactenùs plus nimio patiens, heroicè mòx erudit *Non haberes aduerſum me, &c.*

Matth 11. *Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis*

„ Modeſtus de ſe ſenſus, regia ad diſcendum via.

* v. *ABVSV SCIENTIÆ*. Jam audierat, *Regnum meum non eſt hinc*, & nihilominus furori Judæorum adquieuerat.

Cyrill.

Cyrill. lib. 12. c. 20. D. Chryſoſt. hom. 83.

Subiraſcentis ergò de Pilati iniquitate, ſilentium hoc fuit.

Retudit autem faſtum, memoria poteſtatis ſuperioris: *Niſi tibi datum eſſet deſuper, &c.* q d *Quid habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?*

Datum tibi { *1. A Deo,* / *2. Ab Imperatore.* } Vicarium tuum imperium.

I I.

Pilati lotio quid notet.

Virgil. 2. Æneid. *Infœlix, qui non ſponſæ præcepta furentis*

Audierit, ſed minas potius, & clamores populi, quam vxorem, quam Chriſtum, quam Conſcientiam.

Itaque, lauit manus, & ſententiam tulit.

Teſtandæ innocentiæ ritus varius { *1. Sublatio manuum ad Solem,* / *2. Lotio earundem.* }

j. *SVBLATIO MANVVM.* Clemens l. 2. conſt. cap. 56. *Tandem is qui ſententiam mortis in reum pronuntiaturus eſt, ſublatis manibus aduerſus ſolem, ſe innocentem ab illius ſanguine conteſtatur.*

ij. *LOTIO MANVVM.* Deut. 21. iuſſum, vt, qui vellent innocentiæ ſuæ fidem facere, manus lauarent ſuper cæſam vitulam, ac dicerent: *Manus noſtræ non effuderunt ſanguinē hunc, nec oculi viderunt; propitius eſto pop. tuo Iſraël, quem redemiſti Domine, Et auferetur ab eis reatus ſanguinis.*

Leuit. 16. Pilatus, hîc manus lauans, ſimilis homini emittenti hircum in deſertum, ac ſe deinde lauanti.

Ethnicis in more, lotione manuum, teſtari non modò immunitatem à peccato, ſed etiam à conſenſu.

Vnde vrceolum, & malluuium cum mantilli, tumulo, impoſuit Andreas Alciatus Emblem. 31. ad denotandam ſepulti hominis in iudicando æquitatem.

Et puris manibus viuere, i. integrè.

Prou. Illotis manibus aliquid tractare.

Vide Pierium Hieroglyph. 35.

Virgil. 2. Æneid. ——*digreſſum cæde recenti,*

Adtre-

Adtrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.

De ſacris Troiâ efferendis loquitur Æneas.

Mos tamen magis Judaicus iſte.

Pſal. *Lauabo inter innocentes manus meas, &c.*

Pſal. 57. *Lætabitur iuſtus, cùm viderit vindictam, manus ſuas lauabit, in ſanguine peccatoris.*

Ioan. 13. Chriſtus etiam lauit pedes diſcipulis, j. venialia remiſit, comeſturis myſteria.

Cant. 5. *Laui pedes meos, &c.*

Lauat ⟨ 1. *Manus*, qui opera purgat,
⟨ 2. *Pedes*, qui affectus, à puluere terrenorum.

Multę Judæis lotiones, pleræq; vaniſſimæ, vt & hęc Pilato. Nō enim toto ſe lauerit Oceano, aut crimen diluerit. Æthiopem lauabat tunc miſer.

Ezech. 16. Reprehenditur anima, quæ non eſt lota in ſalutem.

Prou. 30. *Eſt generatio, quæ ſibi munda videtur, & tamen non eſt lota.*

Laërt. lib. 6. Diogenes intuitus quendam, ſe vndis ſpargentem, ait: ô infælix, an ignoras, quoniam, vt in Grammaticâ erratis, aſperſus non abſolueris, ita nec vitæ criminibus euades liber?

Senec. in Hercule furente. *Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Perſicâ*
Violentus vnda Tigris, aut Rhenus ferox,
Taguſue Iberâ turbidus gazâ fluens,
Abluere dextram poterit? Arctoum licet
Mæotis in te gelida transfundat mare,
Et tota Tethys per tuas currat manus,
Hærebit altum facinus.

III.

Quot, quantiq́; Pilati lapſus damnatis Chriſtum.

Nimij Pilati lapſus, in ſcelere vno.

Peccatum illi {
1. *Adplaudendi ſtudio,*
2. *Puſillitate animi,*
3. *Præcipitantiâ,*
4. *Iniuſtitiâ,*
5. *Indulgentiâ.*
}

* j. AP-

* j. *APPLAVDENDI STVDIO*. Proceribus, populo, Cæſari placere maluit, quàm Deo, ac ſibi, j. conſcientiæ, & vxori.

Pilatus autem tunc volens ſatisfacere pop air Euang.

Detulit nimi- ùm { 1. *Multitudini,* 2. *Proceribus,* } Politicorum inſtar

Exod. 23. *Non ſequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum adquieſces ſententiæ, vt à vero deuies.*

Aliter hîc locus Hebræis exponitur, apud quos ità legitur:

Non declinabis poſt Rabbim j. multos, *ad malum: & non reſpondebis in iudicio ad declinandum Rabbim*, j. magiſtros vel magnos, *ad peccandum.*

Dictio.n. Rabbim hebræis æquiuoca { 1. *Multos,* 2. *Magnos, aut Magiſtros.* } ſignificat.

Parte prima autoritatis, accipitur pro multis, & ſenſus eſt: Caue, ne, propter partem maiorem iudicantium declinantem ad iniuſtum iudicium, tu quoque, ſi cum cæteris iudicas, perperàm iudices.

Secunda parte, pro magnis, vel magiſtris; & eſt ſenſus: Noli à veritate deflectere, propter eos, qui maioris autoritatis.

Ideò Sapientes Hebræorum ſtatuêre, vt, quoties in iudicio dicenda ſententia, incipiunt ſententias dicere, qui minoris autoritatis, ac deinceps qui maioris, ne minores alioqui, metu, iurent in verba, ac ſenſa maiorum. Et hoc in more, Theologis Pariſinis, in deliberationibus. Ordiuntur.n. ab ijs, qui minores Magiſterio.

Iſai. 5. *Va, qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.*

Vide Innocent. lib. 2. c. 4. de contemtu mundi.

* ij. *PVSILLITATE ANIMI*. Leuiuſculus enim metus inclinauit, non qui conſtantem virum à gratu deturbet.

Clamores turbellæ audierat ſcilicet, nondum viderat gladios, aut haſtas, ad pectus admotas, ni damnaret.

Senec. Octau. *Iuſtum eſſe facile eſt, cui vacat pectus metu.*

Horat 3.

Horat. 3. Carm. 3. *Iuſtum, & tenacem propoſiti virum,*
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vltus inſtantis tyranni,
Mente quatit ſolida

* iij *PRÆCIPITANTIA*. Lege differre potuit, ac debuit, ad 10. ſaltem dies.

Vno autem vix integro die captus, damnatus, crucifixuſque eſt Chriſtus.

Suet. in Tiberio c. 75. Recens Senatuſconſultum Tiberianum prodierat ante annos 12. vt ſupplicia damnatorum, in 10. dies differrentur, etiam dictâ iam ſententia.

Dion. hiſt. Rom lib. 57. *ſub finem.*

Apud pop. importunè vrgentem, ac deinde apud Cæſarem, hoc S C. tueri poterat moram. Laudabilis, in ſupplicijs capitis, mora.

Iuuenal. *Nulla ſatis de morte hominis, cunctatio longa eſt.*

Theodoſius D. Ambroſij ſuaſu, lege ſtatuit, vt ſententia capitis, totos 30. dies, ſcripta tantùm maneret, exſpectaretque iudicium rationis; atque irâ ceſſante diebus illis ſententiæ æquitas diſcuteretur.

* iiij. *INIVSTITIA* Nam ſupplicium, his adcuſationibus indebitum, decretum.

Crux famoſis latronibus, lege Romanâ.

Lucian in dial. T. crucis figura fures notat.

Nuſquam, ac nunquam, hic latrocinij adcuſatus.

Crux homicidis, lege Iudaicâ. *Philo de ſpecialib. legib.* Homicidij, hic ne ſuſpectus quidem.

* v *INDVLGENTIA*. Luc. 23. *Ieſum verò flagellatum tradidit eis voluntati eorum.*

Legi parendum, non hoſtium voluntati.

Notanter dictum, *vo-* < 1. *Petitioni expreſſæ*
luntati eorum < 2. *Votis internis.*

Multa .n. in illum ipſi geſtiebant, quæ taceri iubebat verecundia.

Limitâſſet ſaltem crucem, modumque, &c.

Credibile igitur; ſæuitum latiùs in eum, pulſatum in viâ &c.

Quot .n. capita, tot voluntates. *Tradidit eum voluntati eorum.*

Fuit

Fuit autem ſententia à Pilato in Chriſtum lata forma ferè talis, vt ait Chriſtianus Adrichomius, in deſcriptione Ieruſalem, numero 115. Ex Salign. tom. 8. cap. 7.

IESVM NAZARENVM,
SVBVERSOREM GENTIS,
CONTEMTOREM CAESARIS, ET
FALSVM MESSIAM
(VT MAIORVM
SVAE GENTIS TESTIMONIO
PROBATVM EST)
EDVCITE,
AD COMMVNIS SVPPLICII
LOCVM: ET CVM
LVDIBRIO
REGIAE MAIESTATIS, IN
MEDIO DVORVM LATRO-
NVM, CRVCI AFFIGITE.
I LICTOR,
EXPEDI CRVCES.

Exhibeo etiam tibi, Lector, apographum eiuſdem ſententiæ, vt olim Gallicè editam legi inter M. SS. Clariſſimi Præceptoris mei P. F. Henrici VVilloty Theologi Pariſienſis, ne quid videar inueniſſe.

EXTRAIT D'VNE COPIE IMPRIMEE DE LA SENTENCE DE MORT CONTRE IESVS-CHRIST PAR PILATE.

L'An 17. de l'Empire de Tybere, Empereur de tout le Monde, Monarque inuincible, & de l'Olympiade 121. de la Cleide l'année 84. de la creation du monde ſuyant

ſuyāt le milleſime, & la partition des Iuifs quatre fois 1174. de la propagation & accroiſſemenr de l' Empire Romain l'an 78. de la deliurance de la ſeruirude des Babiloniens l'an 480. de la conſtitution du ſacré Empire, 497. du Conſulat du peuple Romain de Lucius Piſo: du Proconſulat de M. Iſauricus: du commencement du public gouuernement de la Iudée par Valerius Paleſtina, du temps que Quintus Flauius Gouuuerneur en la Ville & Cité de Hieruſalem, dans laquelle eſtoit Preſident tres-aggreable Ponce Pilate Regent & Gouuerneur de la baſſe Galilée, du temps d' Herode Antipater, du temps des ſouuerains Sacrificateurs du ſainct Temple Anne, Caiphe, Aliſmael, du temps des chefs du ſainct Temple Rabaham, Anchabel, Ioachim: & des Centeniers Comtes Romains, & de la Cité de Hieruſalem Quintus Cornelius Sublima, & Sextus Pompilius Ruffus le vingt-cinquieſme de Mars.

Ie Ponce Pilate Preſident pour l' Empire Romain entre au Palais & ſiege principal, iuge & condamne par ſentence de mort Iesvs, nommé des Iuifs Chriſt Nazarien, du Pays de Galilée, comme vn homme ſeditieux en la loy Moſaicque, & contraire à la loy de l' Empereur Tybere. Nous le condamnons à eſtre mis & attaché auec des clous en l' arbre de la Croix à la maniere des criminels & mal faicteurs: & eſtans icy en l' aſſemblée de pluſieurs riches & pauures, comme ainſi ſoit qu' il n' ait ceſſé de mettre trouble & diſſenſion par toute la Iudée, ſoy diſant Fils de Dieu, Roy d' Iſraël, auec menace de la ruine de ceſte Cité de Hieruſalem & du ſainct Temple. Et en outre, comme auſſi ſoit, qu' il ait refuſé de payer le tribut à Ceſar, ayant pris la hardieſſe d' entrer en ceſte Cité & au ſainct Temple auec palmes & magnificence comme Roy, menant apres ſoy vne grande partie du peuple: Nous commandons à noſtre premier Centenier Quintus Cornelius de mener publiquement par ceſte Cité de Hieruſalem ledict Iesvs-Christ lié, flagellé, veſtu de pourpre, & couronné d' eſpines, portant ſa Croix ſur ſes eſpaules, à fin de ſeruir d' exemple à tous mal-faicteurs. Nous voulons qu' auec iceluy ſoyent menés deux voleurs meurtriers: & qu' il ſoit mis apres par la porte de la Ville Giagorolle, nommée

Anto-

Antonienne, pour eſtre mené au lieu public de la montaigne, dicte de Caluaire, & pour y eſtre crucifié: & quand il ſera mort, nous voulons que le corps demeure pendu ſur la Croix, pour vn commun ſpectacle de tous mal faicteurs, & que ſur la Croix ſoit miſe ceſte ſuperſcription en trois langues; en Hebrieu, *Iehudim Melech noſri Ieſchua*. En Grec, *Iiſos Nazarios vaſileſ ton Ioudaion*. En Latin, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, Nous commandons en outre, que perſonne de quelque qualité & condition qu' elle ſoit, n' entreprenne & ſoit ſi temeraire d' empeſcher telle Iuſtice par nous faicte, adminiſtrée, & executée ſelon la rigueur des decrets & loix des Romains ſur les Iuifs, ſur peine d' eſtre rebelle à l'Empire Romain.

NOTÆ.

CONCIONIS XL.

THEM. *Et baiulans ſibi crucem exiuit in eum, qui dicitur, &c.*

Factâ repetitione, ſic propoſitum:

Dicendum hodie { 1. *Cur Chriſto electa crux, non gladius Baptiſtæ, aut ſerra Iſaiæ.* *Hodie pauca, vt maior ſit craſtina audiendi alacritas.* AVE.

I.

Cur Chriſto Crux electa.

Etſi Iudæis, ſuæ illi poſcendæ crucis cauſæ, Chriſto tamen ac Deo, ità prouidente.

Prædixerat iam olim ipſe.

Ioann. 3. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis.*

Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur Gentibus, ad crucifigendum.

Cùm exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad meipſum.

Prophetæ quoque.

Mittamus lignum in panem eius.

Et præfiguratum variè hoc ſupplicium.

Gen. *Lignum vitæ: Arca lignea*, mundi ſemen à diluuio defendens:

Summitas virgæ Iacob adorata:

Lignum percutiens petram, vt fluant aquæ:

Lignum, quo pependit ſerpens æneus ſalutifer.

Lignum, aquas Marath dulcorans:

Scipio, quo tranſuadauit Iacob Iordanem:

Pedum paſtorale Dauidis, quo Goliath ſtratus:

Currus ligneus Salomonis:

Suggeſtus ligneus, è quo Eſdras concionatus:

Ligneum manubrium, quod aquis extraxit ferrum Eliſæi:

Pyra Iſaac lignea, illi geſtata; Ligni crucis figuræ illuſtres.

Crux electa Christo, ratione
- 1. *Significationis*
  - 1. *Effectuum mortis Chriſti.*
  - 2. *Gloriæ,*
  - 3. *Amoris eius,*
  - 4. *Deſtructi omnis mali.*
- 2. *Talionis,*
- 3. *Æquitatis.*

* *j.* SIGNIFICATIONIS *effectuum*. Imprimis, quòd ſupplicium illud, ſupplicio Chriſti, abrogaretur: & quòd hinc Orbi ſalus.

* 1. *IVDÆIS OLIM*, ac Gentibus, Crux ſalutis inſigne.

Ezech. 9. *Interficite vſque ad internecionem: omnem autem, ſuper quem videritis thau, ne occidatis, & à ſanctuario meo incipite.*

Exod 17. Moyſes, crucis in modum, brachia protēdens, & orans, victores fecit Ioſuitas.

Ægyptijs Hieroglyphicarum literarum vna, Crux, vitæ futuræ nota, quam pingebant duabus lineis, vnâ perpendiculari, tranſuersâ alterâ.

Teſtes, *Orus Apollo Ægyptius,*

Ruff. Socrates Soſoni.

Et character Crucis, pectoris Serapidis impreſſus, & in eius ſacrario, cùm Theodoſius Imp. excindi iuberet Græcorum templa teſte Suidâ, inuentæ ſunt literæ Hieroglyphicæ, in

cæ, in formam Crucis.

Iſidorus quoque narrat, veteres, deſignando numero occiſorum, viſos literâ Θ quaſi telo transfixo, & ſaluorum, literâ T.

Sed & puer' Alpha; Antigono ipſi in cælo monſtratum tribus conſtans triangulis, quinq; his elementis *υγεια Salus*, myſterium Magicum, figurâ, verbiſque; Chriſtum crucemque ſignificans, propter vulnera quinque ſalutifera.

Platoni quoque in pretio Chi, quod Latinis eſt x, & prima litera vocabuli χαρα quod gaudium, ac ſalutem ſonat.

Aſconius Pædianus ait, in iudicijs, vium fuiſſe trium literarum, Θ ad damnationem: T, ad abſolutionem; Δ, ad ampliationem denotandam.

Igitur, quod ſalutem, quod vitam, &c. quod abſolutionem mors Chriſti eſſet allatura, Crux electa.

★ 2. *SIGNIFICATIONIS GLORIÆ*, quæ illi tandem ab illâ.

Lactant. lib. 4 inſtit. c. 26 *Quoniam is, qui in patibulo ſuſpenditur, & conſpicuus eſt omnibus, & cæteris altior, crux potiùs electa quæ ſignificaret illum tam conſpicuum, tamq; ſublimen futurum, vt, ad eum cognoſcendum pariter, & colendum, cunctæ nationes, ex omni orbe, concurrerent.*

Item *Vt inter cœlum, terramq; erectus, mediatorem ſe Dei hominumq; oſtenderet.*

Figura quadrata, etiàm ſymbolum ſapientis.

Crux quoque quadricornis electa, quòd quadrifidus paſſionis fructus.

Cornu crucis erectæ verſus cælum, nota reparationis Angelorum.

Cornu verſus terram, nota redimendorum, è limbo, patrum.

Cornu dextrum, nota congregationis filiorum Dei diſperſorum.

Cornu ſiniſtrum, nota reconciliationis inimicorum.

Cornua crucis humi ſtratæ; quatuor Orbis partes; ſpectant, & ſaluant.

Orbi magno, etſi ſphærico, etiàm Crucis forma. Oriens, vice capitis: Occidens, pedum: Septentrio, & Meridies, vice manus vtriuſque.

Et Microcoſmus extenſus, quid aliud, quam Crucis Imago?

*3. *SIGNIFICATIONIS AMORIS.*

Bernardus ſententialiter. Nec capite truncari, aut collo ſuſpendi, aut comburi, aut ſuffocari voluit, quòd mortes illæ, breuiuſculæ: crucifigi autem voluit quòd genus id martyrii, prolixum, ac durum; quia vt amor Chriſti, in nos, magnus & infinitus, & amore magno patiebatur; ità voluit, ſupplicium eſſe longum, incomparabile, & omnium crudeliſſimum.

*4. *SIGNIFICATIONIS deſtructi omnis, mali.*

Malum aliud { 1. *Lentum*, 2. *Violentum*. quale in Inferno. 3. *Ignominioſum*, 4. *Maledictum*. }

Crucis ſupplicium & { 1. *Lentum*, 2. *Violentum*, nam cruciari clauis figebatur, & crura illis frãgebãtur, vt nũc in rotis. 3. *Ignominioſum*, ideò decretum mancipijs. 4 *Maledictum* Deut. 21. & Verrina 2. }

Crucifixus ergò Chriſtus, Lenta, Violenta, Ignominioſa, Maledicta ſupplicia debita hominibus, aut ſuſtulit, aut mitigauit.

Et voluit, toties de Cruce loquutus, etiàm Crucem aliquandò reipsa geſtare.

* ij. *TALIONIS.* A ligno culpa, à ligno pæna, & ſanctificatio.

Et, *vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur.* *Irenæus.*

D. Hierony. in 3. ad Galat.

* iij *ÆQVITATIS.* Lex. *Fur ſuſpendatur.*

Et, Crux famoſis latronibus, lege Romana.

Protoparentes autem fures, latrones, patricidæ ſui, totiuſque gentis, & (vt ſic dicam) animicidæ.

In crucem igitur actus, qui perſonam eorum ſuſtinebat.

Iſai. *Propter ſcelus populi mei, percuſſi eum.*

Enormiſſimis quoque hominibus, Crux debita.

Quid enormius, aut turpius, homine omnium hominum criminibus, oblecto? Chriſtus ille ipſe.

Iſai. *Poſuit in eo Dominus iniquitates omnium noſtrum.*

Ergò, Crux illi eligenda.

Laus Deo, Matriq; Virgini, ſtudiorum meorum Præſidio, ac Patronæ.

Conciones iſtæ quadraginta de Chriſti Domini Paſſione piæ admodum ſunt, Catholicæ & eruditæ, quod atteſtor ego manu propria.

Ricardus Hallus S Theol. Doct.
Canonicus & Cenſor librorum
Audomarenſis 28 *Nou.* 1600.

Has quadraginta Conciones R. Patris Philippi Boſquierij de Paſſione Domini hac 2. editione ab auctore recognitas & auctas dignas cenſeo quæ in lucem exeant. Duaci 19. Janu. 1611.

Georg. Coluenerius S. Th. Doct.
& Profeſſ. & librorum in
Academia Duac. Viſitator.

INDEX RERVM MEMORABILium, & ſententiarum, quæ in Codro Euangelico continentur, quartæ huic editioni nunc primùm additus.

A.

Abba quæ vox, & quid. 169
Abel à fratre Caino trucidatus. 36, 231
Abiron. vide, Core.
Abſalon fratricida tribus lanceis à Ioabo confoditur. 231
Achis Rex Dauidem, alioquin hoſtem ſuum, capitis ſui cuſtodem conſtituebat 212
Achitophel à Dauide ad Abſalonem transfuga, ſuſpendio ſuó periit 232
Actionum moralium diſtinctio. 115
Aducto vitam ſua morte Alceſte uxor prorogauit. 9, & 10
Adonia & Ioab: ad aram refugium. 76
Adonidis horti. 94
Adriani Papæ decretum. 308
Ægiſteus (ſiue Anchurus) Mydæ filius, cur mortem vltro oppetierit. 10
Æglon Rex Moabitarum dolo interfectus. 234
Æſopici draconis ingratitudo. 213
Ætna mons Empedoclis incendio nobilis. 54
Affectus Chriſti quid à noſtris differant. 146, 147
Agamemnon filia ſua Iphigenia immolatur. 183
Agnus irritamentis non vertēdus in leonem. 14
Aiod iudex Iſraëlis, Æglon regem Moabitarum dolo interfecit. 234
Alapa differt à colapho. 292
Alarici (ſeu Halarici) regis Romam ingreſſi pro locorum ſacrorũ incolumitate edictum. 77
Alceſte mariti vitam morte ſua redemit, 9, & 10
Alcinoi horti. 94
Alexander Magnus in vrbium direptione, templa nunquam violabat. 77
Alexandri Magni vox ad Parmenionem & alios queſdam aulicos. 229
Alexandri Magni equus, Bucephalus laudatur. 280
ab Alexãdro irato appellatũ, ad eundem Alexandrum non iratum. 302
Alphonſi vox. auguſta contra Venetorum proditores. 230. *Et contra paratos in necem Renati Andegauenſium ducis, hoſtis ſui atrociſſimi.* Ibid. *Rurſus cõtra Rogerium Pallantiæ comitem, inſidias Iohanni Caſtellæ Regi meditantem.* Ibid.
Aman macedo, Iudæorum interne-

terne-

ternecionem molitus, ipſe perimitur. 231
Amnon ab Abſalone fratre proditoriè iuſſus interfici. 231
Anazarbi oleæ fœcundiſſimæ. 100
Anchurus, vide Aegiſteus.
D. Andreas ſuæ crucis lignum ſalutauit. 106.
B. Andreas Burgundionum patronus. 58. Crucem ſalutauit. Ibid.
S Andreæ crucifixio. 56
De Androdo ſeruo & leone 278
Andronicus Antiocho miles, de Onia ſummo ſacerdote interfecto pœnas dat. 231
Angelus Chriſtum confortans, quis 195. Alijs Michael, alijs Gabriel. Ibid.
Animos auerſos qua reconcilient. 211
Annas quare dictus Pontifex, aut princeps ſacerdotum. 261
Annæ ſacerdotum principis autoritas. 257
In Anna domo an aliquid de Chriſto actum, & quid. 259, 260
Ad Annam Chriſti trahendi cauſa. 256
Annibal habuit laudatiſſima principia, ſed poſtea delitijs Campanis euerſus eſt. 191
Annibal rebus deſperatis, hauſto veneno ſibi mortem accelerauit. 296
Anticatones, liber Iulij Cæſaris contra Catonem minorem. 73
Antigoni vox: Prodituros amo, proditores nō itē. 229, 232
Antigoni regis dictum ad Marſyam fratrem. 300
Antigoni dictum cedentis hoſtibus. 311
Ab Antiocho Eupatore ſacerdotes inſtitui. 58
Antiſtius reſtio à ſeruo ſuo, quē tamen vehementius antea punierat, incolumis ſeruatus. 279
Apelles pictor de Alexădri magni imagine gloriabundus. 66
Apoſtolorum ſcandalum vnde acceptum. 119
Apoſtolorum fuga. 248
Ara refugij reuerenda. 76, 77
Aris ab Ethnicis & barbaris etiam parcitum. 77
Arbitrij libertatem tollentes. 121. 134
Ardeates à Brenno afflicti, Camillum exulem conſtituêre ſibi ducem. 212
Areopagitæ cur noctu plerumque ius dicerent. 300
Argumentum ſuis viribus par quiſque tractet. 2
Ariadna Theſei dux è Labyrintho. 254, 255
Ariſtander, Alexandri Magni vates. 100
Ariſtippus indignanti cuidam Phrygi, in cuius expuerat faciem, quid reſponderit. 297
Ariſtonem Sylla quod interfici iuſſiſſet, ex Mineruæ templo vi extra-

extractum in magnas calamitates incidit. 81
Arſenij Abbatis, & Rogerij monachi hiſtoria. 186
Aſinus animal quale. 404
Aſtris neminem cogi, probatur. 407
Aſyli reuerentia. 76.77
Athanaſius autor Symboli, defenſorq́; inuictiſſimus. 74
Auaritia peccatorum fons, & cauſa damnationis. 363
Auaritia potentiorum. 400
Auaritia malum. 362,363
Auditor eruditior concionatorē requirit accuratiorem. 1.
Auditori vulgari trita placēt. 1
Auditorum varietas magna. 1
Auguſtini locus prolixior. 156.
Auguſtus Cæſar dictus Pater patriæ. 170
Auguſtus Cæſar quid Rhymitalci Thracū regi ad ſe trāsfuga dixerit. 229,232
Auguſti Cæſaris aſpectus auguſtiſſimus 295. Colloquium cū milite intueri ſe verito. Ib.
Automola populi vinculis aureis coſtringunt ſontes, are exornantur veluti maioris pretij. 211
Autoris interloquium. 20.
Authoris conſilium. 269, 270, aduerſus quæ potens. 270

B.

Baal cultores omnes, Iehu per dolum ſuſtulit. 235
Babylō vt à Cyro expugnata. 90
Badij Campani erga Quinctium Criſpinum hoſpitem ſuum ingratitudo. 80
Barabbas quibus maleficijs inſignis. 427
S. Bartholom. excoriatus. 36,56
Baſani Sicambrorum regis gladius & laqueus. 246
D Baſilij locus de cātu ſacro. 67
De Baſiliſſa virgine, & Iuliano Antiocheno martyre, hiſtoria. 106
Bellum quādo geritur iuſte. 227
Bella domini. 226
in Bellis (ſeu prælijs) moribundi cur terram aut arenam mordicus apprehenderēt. 160
Bona infinita gratiæ & gloriæ malis infinitis Chriſti comparanda. 47.
Brennus Senonum dux mulierem Epheſi proditricem auri copia oppreſſā interemit. 231
Bucephali, qui fuit equus Alexandri magni laus. 280
Buris & Spertis Lacedæmones, immolandos obtulerunt ſe Xerxi. 10

C.

Cain Abelis fratris occiſor. 231
Caiphæ prima de Chriſto quæſtio quænam. 262 de diſcipulis, de doctrina. 263
Caipſæ delicta multa. 418
in Caiphæ atrium cur ingreſſus Petrus. 311
Calix à Chriſto bibitus, illum nobis amabilem reddit. 9
Caluaria montis ſitus. 84
Caluaria mons vbi Chriſtus exhalauit animam. 95
Caluini blaſphemæ voces. 124

Caluiniſtæ Deum peccati cauſſam ponunt. 124
Camillus Phaliſcos obſidens, in Ludimagiſtrũ iuuentutis ſibi cõmiſſæ proditorem quid egerit. 229.231
Camilli Romani titulus & laus fugato Victore Brenno. 170
Camillum exulẽ, Ardeates afflicti à Brenno, ſibi ducem cõſtituerunt. 212
Canis in exercitu Cyri, prodit eiulatu interfectores domini ſui 280. *Aliꝰ apud Attrebates à tumulo Domini ſui toto quinquennio nunquam, niſi cibi gratia receſſit* Ibid.
Canum erga Dominos fides 280
Cãtus Gregorianꝰ laudatus. 68
Cantus galli. 140
Cantus & vox differunt. 142
Cantus commoda. 67
Carni moleſtum dura pati. 17
Catharina Senenſis. 102
Cato dictus, Pater patriæ. 170
Cato minor ebrietatis vitio maculatus. 73. *A Iulio Cæſare texatus hoc nomine.* Ib.
Cato, Vticenſis ipſe ſibi manus intulit. 296
Catones quidam foris, intus Nerones. 209
Cauſſæ diſtinctio. 132
Cauſſarum genera. 128
in Cauſis cognoſcendis mos ſenum Lacedæmoniorum 302
Cedron vox paſſionis Chriſti myſterijs conueniens. 89
Cedron torrentis ab Ieruſalem diſtantia. 89
Cedron torrentem cur adierit Chriſtus. 90
De Cedron valle diſcrepantes opiniones 88. *Non eſt genitiuus pluralis Græc', κέδρων, id eſt, Cedrorũ: nec ea vallis à Cedris appellata. Ibid. Sed vox Hebræa eſt obſcuritatem ſignificans.* 89
è Cedron valle botrum exploratores abſciſſum, in Iſraelis caſtra deportarunt 91
Charites quare iunctis manibus pingantur. 278
Choroebi vox inſana. 230
Chriſtianꝰ vere quis dicatur. 33
Chriſtianorũ primi frequẽtiſſime mortem Chriſti meditati ſunt. 30
Chriſtus cælo ſua ſtigmata intulit: vt eſſent Monimẽtũ ſibi, Gaudiũ beatorũ, Patrociniũ pœnitentiũ, Imperiũ Iud. 6
Chriſtus peccatum non aſſumpſit. 35
Chriſtus paſſus à Iudæis & Ethnicis. 42. *Ab Herode, Pilato, Sacerdotibus, ſcribis, ſeruis, plebe.* Ibid.
Chriſtus acerbiſſima paſſus, à clientibus, diſcipulis, militibus, alumnis. 51
Chriſtus capiendus à Iudæis, cur egreſſus in hortum 76
Chriſtus quare egreſſus in hortum. 85
Chriſtus cũ Maria virgine, Iuliano & Baſiliſſa apparuit. 106

Chriſtus Petrum, Iacobum & Iohannem cur aſſumpſerit. 144
Chriſtus cur orauerit in terram prona facie. 167
Chriſtus vt moreretur, an neceſſarium. 179
Chriſtus qui exauditus, calice non translato. 193
Chriſtus qua ratione ter oret. 194
Chriſtus percuſſo Malcho Petrũ obiurgauit. 245. *Et quare.* Ibid.
Chriſtus de diſcipulis quid interrogatus. 264. *Et de doctrina ſua* 265. *De diſcipulis cur nihil reſponderit.* Ibid.
Chriſtus adiuratus quare reſpõderit 290. *Suo reſponſo territat iudices.* Ib *Traditur militibus illudendus.* 291. *Multiplicem patitur à militibus inſolentiam,* 292
Chriſtus non malefactor. 385
Chriſtus quàm artificioſè accuſatus 390. *Duplicis maieſtatis læſæ.* Ibid.
Chriſtus quo ſenſu gentem ſubuerterit. 391
Chriſtus in populo ſuo, quomodo Turca traditus. 397
Chriſtus regiam terrenam dedignetur, & quare. 401
Chriſtus à Chriſtianis, qualia prius à Iudæis, patitur. 436
Chriſtus corã Herode ſiluit, reſpectu tum Herodis, tum ſui ipſius 422. *Alba veſte indutus parabolicam notãte prophetiam.* 423
Chriſtus ad Pilati quæſtionem cur non reſponderit. 441
Chriſtus cur ſileret, cauſæ. 442. *Pilato poteſtatem ſuam iactanti quid reſponderit.* 443
Chriſti paſſio, Tragœdiarum omnium princeps. 2
Chriſti mortis memoria quàm efficax. 8
Chriſti labores meditanti, vileſcunt omnia mundana. 8
Chriſti vulnera ſimul omnia, VM.CD.XC. (iuxta quoſdã.) II. vulnera V. totidem ciuitates refugij. 12
Chriſti compoſitio in Cruce, Capite inclinato, Corde perfoſſo, Brachijs protenſis, Palmis terebratis, Corpore toto expoſito. 12
Chriſti paſſionis meditatio quos habeat fructus. 17
Chriſti mortem cogitantes ad eius accendimur amorem. 21
Chriſti mortem cogitãdo, cauſa peccatorum facillimè ſuccidùntur. 24
Chriſti mortis imaginatio, ſeminarium eſt omnium virtutum. 26
Chriſti crucifixi imago in Claræ virginis corde ſpectata. 31
Chriſti paſſio qualis fuerit. 33
Chriſti corporis teneritudo. 39 *Vnde probetur.* Ibid.
Chriſti anima nobiliſſima. 40
Chriſti anima dolor. 43

Chriſti dolorum grauitas. 44
Chriſti paſſionis inſtrumẽta. 51
Chriſti paſſionis acerbitas. 54
Chriſti hymnus. 58. *Et quis.* 60
Chriſti cantus quid ſignet. 66
Chriſti hoſpes vnde diues. 74
Chriſti paſſio quid operetur in nobis. 103
Chriſti affectus, & à noſtris quî differant. 146,147
Chriſti affectus. 147
Chriſti mœroris cauſſa materiales. 151,152. *finales.* 153
Chriſti exemplum ad mortem pergentis & orantis, 159
Chriſti orantis circumſtantia. 160
Chriſti Incarnationis & paſſionis decretum quando & quomodo factum. 178
Chriſti orantis perſeuerãtia. 191
Chriſti ſudor ſanguineus. 198 *Agonia. Ibid. Sanguinis effuſi copia.* 200
Chriſti ſudoris ſanguinei cauſſa. 201
Chriſti manſuetudo. 203
Chriſti in Iudã proditorem humanitas. 221
Chriſti vinciẽdi cauſſa quæ. 253
Chriſti ad Annam trahẽdi cauſa. 256
Chriſti doctrinæ bonum triplex. 270, 271. *Inocentiæ teſtimonia.* 271. *Iugens patientia.* 273
Chriſti prudens patientia. 274
Chriſti iudices qui. 285. *Triũ ordinum. Ibid.* & 286.
Chriſti facies cur velata. 293 *deſcriptio ſecundum gentiles. Ibid.* & 294.
Chriſti regnum quatenus nõ de hoc mundo. 401
Chriſti legationis fines. 408
Chriſti verborum ſenſus, ego in hoc natus ſum. 408
Chriſti patroni in Iudæorũ concilio qui. 343
Chriſti iudices inſomnes. 344
Chriſti in Iudam beneficia. 365
Chriſti intuitus mouit ad pœnitentiam Petrum. 335. *Quos habuerit effectus.* 337
Chriſti veritas vnde eluceat. 410
Chriſti de veritate reſponſum cur Pilatus non expectauerit. 414
Chriſti accuſatio Pilati cõtemptu procedit. 419
Chriſti flagellatio. 430. *Et quo flagelli genere peracta.* 431
Chriſti à Iudæis impetrandi cauſa magna. 440
Ad Chriſti amorem tria potiſſimum nos impellunt. 21
Ad Chriſti mortis meditationẽ iugiter Eccleſia nos inuitat. 30.
Ex Chriſti ſanguinis irroratione arbor nata, cũ mira foliorum inſcriptione. 201
De Chriſti omnipotentia. 238, 239
De Chriſti vellicatione. 252
Chriſto quæ cauſſa fuerit hymni canendi. 62,70
Chriſto per Iudã prodendo cur adhibita militũ cohors. 206

Chri-

Chriſto quæ mœroris cauſſæ. 148, 149

Chriſto alapa impacta, quã habeat admiranda. 272

Chriſto alapam qui infregerat, ſerui ſupplicium. 276

De Chriſto male tractato Iudæorum iactantia. 311

Chriſtum ſæpius cogitantes eiuſdemq; amatores veri Chriſtiani ſunt, veriq; philoſophi. 32

Chriſtum diligendi quæ præcipua Iudæus cauſſa. 50

Chriſtum pati cur oportuerit, finis multiplex. 181

Chriſtum capturi milites in terram ſupini proſtrantur. 240

Chriſtum oretenus negare an fas in extremo vitæ diſcrimine. 318. Quam graue peccatũ. 319

Chriſtum vitâ eiurans, ſceleſtius eſt. 321.

Chriſtum regem eſſe vnde appareret. 392

Chriſtum quãto Iudæi premãt malo. 418, 419. Trahunt in odium. 419

In Chriſtum ſæpius quæ propria ſæuiendi cauſſa diabolo. 49

In Chriſtum inſolentia militũ. 251

In Chriſtum popularis audacia irritamenta. 421

In Chriſtum latæ à Pilato ſententiæ forma. 447. Et Gallicè. Ibid.

Circa Chriſtum iudicandũ ſpecioſa multa, ſed omnia lauata 287. Tria maximè notabilia. 288. Coniectura probabiles. Ibid. Inconuenientia. Ibid. & 289.

De duobus accuſatio. 289.

Teſtes falſi. Ibid. Adiuratio, & quid ea. Ibid.

Chryſanthi militis mors inopinata. 186

Chryſoſtomi locus de ſcãdalo. 119

Cicero dictus, Pater patriæ. 170

Ciceronis locus. 4

Ciconia auis erga hoſpitem ſumma gratitudo. 81

Citharœdorum præludia. 58

In Claræ Virginis corde, Chriſti crucifixi imago ſpectata. 31

Codrus pro Athenienſibus vltro mortuus eſt, vt Curtius pro Romanis. 10

Codrus pãnoſus hoſtem laceſſit, non vt occidat, ſed vt occidat. 154

Codrus rex ſago diſſimulatus, occiditur. 228

Poſt Cœnam vel ſta, vel ambula. Lote cale, ſta paſte, vel i. 92

Colaphus ab alapa differt. 292

Conciliũ Iudæorũ contra Ieſum. 298

Cõcionator accuratior requiritur ab auditore doctiore. 1

Confeſſio peccatorum voluntaria ſit, nõ coacta. 368

Conſcientiæ malæ ſtimulus vnde. 364

Cõſtantini Cæſaris edicto libelli famoſi abolendi. 269

Conſulum Rom. priuilegia. 432
Continens contento communi termaius 166
Contingentia non tollitur prouidentia. 133
Cõtingentiã rerum tollẽtes 121
Contrahere laborioſius, quam diducere. 16
Conuiuiorum lex; 2
Core, Dathan, & Abiron, cur terra hiatu abſorpti 112
Coriolano epulanti, Volſci detulere belle in Romanos imperij. 212
Corona Chriſti quare ſpinea. 434
Significato duplici. 435
Coronarum genera multa. 433
vſus varius. Ibid.
Corporum & mentiũ refectio. 72
Crœſus Lampſacenis vt ſit in termi.atus. 104
Crux, ſeruorum ſupplicium. 52
Crux plebeijs ac liberis quando adhiberi ſolita. 52
Crucis ſuppliciũ ignominioſũ. 52
Crucis ſenſus acerrimus. 53
Mors tardiſſima. Ibid.
Crucis Chriſti quam ſit efficax memoria. 8
Culpæ magnitudo vnde ſpectanda 45
Curios ſunt qui ſimulãt, & Bacchanalia viuunt. 209
Curtius pro Romanis vltro mortem oppetijt, ſicut pro Athenienſibus Codrus. 10
Cygnus quidam dictus vir ex Liguria. 63, 64
Cygnus Chriſtus. 64
Cygni cantus. 63
Cypriano quis vere dicendus Chriſtianus. 33
Cyrus Babylonem vt expugnarit. 90

D.

Dalila meretrix Samſonẽ prodidit, 256
Damõ & Pythias per ſe inuicẽ parati vitam impendere. 10
Dathan vide, Core.
Dauid manifeſta morti ſeſe obiecit, impar Go'ia. ho. 10
Dauid coram arca Dei ſaltare pergit, ſpreto vxoris ſcandalo. 117
Dauidi pugnaturo Saul arma ſua porrigebat induenda. 156
Decij (ſeu Valeriani) factum nefarium in iuuenem Chriſtianum. 109
Delbora dicta mater Iſraelis. 171
Demoſthenis dictũ abiecto clypeo fugientes. 311
Deſperationis autor diabolus. 368
Detractionis malum quantum. 266, *Noxa.* 267. *vulnus difficulter curabile.* 468
Deus ad vindictam tardus. 82
Deus an præſciat, & præſciendo cogat. 121
Deus autor peccati Caluiniſtis. 114
Deus omnibus præſens per eſſentiam. potentiã, præſentiã. 127
Deus qualiter cognoſcat. 128
Deus autor peccati non eſt. 135

Deus erga orantes qualis interdum. 192
Deus quot negatur modis. 317
Deus vt bifrons. 370
Dei poteſtas duplex. 177
Dei amor bifarius. 324
Dei gratia duplex 340
A Deo cur Herodes, Herodis iſtius infanticidæ filius, permiſſus eſt Chriſtum iudicare. 421
Deum quaſi autorem peccati blaſphemantes. 135
In Deum peccantium gradus quatuor. 320, 321
Diabolus deſperationis autor. 368
Diaboli proprietates & effecta. 48
Diaboli triplex ars. 368
Diabolo quæ propria ſæpius in Chriſtum ſæuiēdi cauſſæ 49
Dictatorum Rom priuilegia. 432
Diocletiano adhuc militi gregario, Imperiū à muliere Dryade diuinatum, 126
Diodoro viſum, nihil fieri, quod non fuerit neceſſe fieri. 123
Diogenis dictum facetum. 15
Diomedis Thracum regis erga hoſpites ſuos barbaries & crudelitas 80. Captus ab Hercule, & talionem paſſus. Ibid.
Doctrina verax duplex. 409
Dogmatum diſtinctio. 409
Dormitio multis obfuit. 205
De S. Dorothea & Theophilo, hiſtoria. 107
Draconis Aeſopici ingratitudo. 213

E

Ecce homo, cur dictum. 438
Et quibus aptum. 439
Effectuum genera. 129
Elephantes vt animentur ad bellum. 19
Elias ab Ieſabele perſecutionem paſſus. 12
Empedoclis interitus. 54
Ens, τὸ ὄν, Deus. 242
Epicurus horto, pro ſchola, vtebatur. 108
Epicurus prouidētiam tollit. 121
Epiſcopum perfectum quæ requirant. 188
Ethnici quoq; & Barbari parcebant aris. 77
Euangeliſtarum conſenſus ac diſſenſus. 140
Ad Euangeliſtarum diſſenſum reſponſio. 141
Eurydices amor ad Inferos pertraxit Orpheum. 10
Exordiorum laus. 15

F.

Q. Fabiū Max. capite damnatum, ingens militum populique fauor liberauit. 164
Fabritius Timocharem medicū Regis Pyrrhi Domini ſui proditorem, ad eundem Regem remiſit. 230, 232
Factorum diſtinctiones. 236
Famoſi libelli (ſeu, Paſquilli) Conſtantini edicto abolēdi. 269
Fert aliquis, qui non perfert. 14
Fide iuſſoris non obliuiſcenda gra-

gratia. 5
Fons admirandus in Sicilia. 68
Fortiſſimum quid. 371
D. Franciſcus paſſionis Crucisque Chriſti amantiſſimus, cruciger ipſe in ſuo corpore. 3
S. Franciſcus morituros agniculos, ex laniena redemit. 36
DD. Franciſci & Ignatij erga Chriſtum dilectio. 55
Franciſcus Galliarum rex, perſonam ſuam diſſimulauit in caſa ruſtica, & iterum apud fabros ærarios, veſte peregrina 154
Francorum in bellis Regijs liberalitas. 108
Frigus. 312
Fuga ſit ne licita? 248
Fugiendum quatenus in perſecutione. 74.
Futurorum exempla ſunt, quæ præterierunt, 13

G

Gabriel Angelus Chriſtum cō-fortauit. 195
Gabrielis etymologia. 196
Galli cantus. 140
Gentilis in gentilem odium. 395
Germanorum compotationes. 108. *Conſtantia.* Ibid.
Geſemani, ſiue Gethſemani. 98
Gladius & laqueus Baſani Sicambrorum regis. 246
Gladium Petrus vt reconderet, quare iuſſus à Domino. 247
Gloriæ quiſque cupidus. 4
Goliath à Dauide fundæ lapideſtratus. 241
Græcorum lingua quinquepartita. 315
Gratia Dei duplex. 340
Gratiæ Deo poſt cibos agendæ. 69
Gregorianus cantus commendatur. 68

H

Habitum qui mentiti ſunt, explorandi ſtudio. 137
Heretici debellantur. 124, 125
Halaricus vide Alaricus.
Hannibal vide, Annibal.
Heliodoro ſacrilego ſemimortuo ſacerdotis Oniæ precibus vita donatur. 165
Heliſæus exercitum Syriæ apertis oculis cæcutientem, in Samariam in medios hoſtes perduxit. 240
Herba patientiæ. 96
Hercules oleaſtri ſator. 100
Herculis in Omphalen & Iolen amoris. 157
Herodes Pompeij temporibus arbitratu ſuo ſacerdotes inſtituit, & amouit. 258
Herodes, Herodis iſtius infanticidæ filius, cur à Deo permiſſus Chriſtum iudicare. 421
Herodis odium in Chriſtum, recens natum. 182
Apud Herodem acta quæ. 422
Heſperidum horti. 94
Hippolitus ab equis raptatus 36
Hiſpanorum ſuperbia. 108. *fides erga Regem:* Ibid.
Holofernes militiæ princeps ab Iudith interemptus dolo. 235

Holofer-

Holofernis ab Eunucho ſuo Vagione iniqui miniſterij poſtulatio. 281.282
Hominis complexio quo nobilior eſt, menſque dexterior, eo tenerior eſt caro. 40
Hominis conditio miſera. 183
Hominis vitæ tria æquè neceſſaria. 204
Hondemius poeta. 255
Horatij locus. 2
Horti vſus, pro ſchola, Epicuro. 108
Horti monteſq; celebres in ſcriptura. 17
Horti penſiles Semiramidis; aureis pomis illuſtres Heſperidum. 94. *Adonidis, Alcinoi, Phæacia.* Ibid.
In Hortis vitiorum irritamēta. 109
Hoſpes Chriſti diues vnde. 74
Hoſpitum teſſera. 78
Hoſpitalis teſſera. 78,79. *Iupiter.* 79
Hoſpitalem frangere teſſerã. 79
Hoſpitalitatis reuerētia. 78,80
Hoſtis triplici modo fallitur 228
Hoſtium voluntati non parendum, ſed legi. 446
Humanum genus quam pretioſum. 13
Hymnus quid, & an idē cũ oratione. 58.59. *Chriſti, qualis fuerit.* Ibid.
Hymni ab oratione differentia. 59
Hymno quæ accidunt. 59
Hymnum canendi cauſſa quæ fuerit Chriſto. 62.70
Hypocrita mne præſtet eſſe, an alicui ſcandalo. 111,112,113
Hypocritarum duo genera. 382

I

Iacobus, Iohannes & Petrus, à Chriſto cur aſſumpti. 144
Iacobus Alphei, ſeu minor. 217
Iahel Siſaram militiæ principem dolo interemit. 235
Iehu rex omnes cultores Baal per dolum ſuſtulit. 235
Iehu mandatum acceperat de ſemine Achabi exterminando 237
Iephte filia & Iſaacus immolati. 36
Ieruſalem ciuitatis priſcæ laus 87
Iezabel Eliæ perſecutrix. 12
Ieſus, vide Chriſtus.
D. Ignatij locus elegans. 55
DD. Ignatij & Franciſci erga Chriſtum dilectio. 55
Imperatorum Rom. priuilegia. 432
Impoſſibile multiplex. 176
Incarnationis ac Paſſionis Dominicæ decretum, quando & quomodo factum. 178
Indulgentiarum vox vt accipienda. 73
Inſidiæ duplices. 226
Inſidiæ quænam videantur tolerandæ. 229
Ioabus Abſalonis è quercu pendentis interfector. 231
Ioabi & Adoniæ ad aram refugium.

gium 76
Iobo mediatore, placatur Deus amicus eius 165
Iohannes, Petrus, & Iacobus, cur à Christo aſſumpti 144
Ionathæ mel & Samſonis 17
Ionathan filium Saulis, communis oratio populi ſeruauit 164
Ioſephi, ſponſi Mariæ virginis futuri, virga arida quare floruerit fructumq́ dederit 107
Iſaacus & Iephte filia immolati 36
Italorum vindicta. 108. Sobrietas. Ibid.
Iuba Rex Mauritaniæ quare mortem ſibi conſciuerit 296
Iudæis quæ cauſſa præcipua Chriſtum diligendi 50
Iudæorum magnates à Chriſto, quem comprehenſuri venerant, reprehenduntur 248
Iudæorum concilium contra Ieſum. 298 Quid haberet boni Ibid. Quid item mali 299
Iudæorum de Chriſto malè tractato iactantia 313
Iudæorum conſilium cur initum tam manè 343
Iudæorum hypocriſis in Pilati prætorium non ingredientium 360
Iudæorum proceres religionis præpoſteræ 38. In peccatis cauendis quales Ibid.
Iudæorum principes æſtimarunt parui, calumniatos eſſe Ieſum 383
Iudæorũ crimina duplicia 386
Iudæorum qui ſtabant pro Ieſu 383
Iudæorum noua trica ad Chriſtum damnandum 440
De Iudæorum Pontificatu, ſummoq́ ſacerdotio 257
Iudas proditor futurus, cur electus in Apoſtolum 208
Iudas proditor ſuſpendio ſuo periit 232
Iudas proditor deſperatus, laqueo ſuſpendit ſe 254
Iudas proditor unde Ieſum cognouerit eſſe damnatum 362
Iudas Chriſto à loculis, ab eleemoſynis, œconomus, & quare? 210. fur. 211
Iudas tortus conſcientiæ ſuæ morſu 365
Iudas quàm grauiter deliquerit ſui ſuſpendio 380
Iudæ proditoris aſtutia 206
Iudæ proditoris militaria ſigna. 214. 215, 216.
Iudæ perditio ſuperauit omnes perditiones 208
Iudæ marſupium creditum 210
Iudæ de Chriſti damnatione ſuſpicio 362
Iudæ cõfeſſio optima 366
Iudæ pœnitentia perfecta niſi deſperaſſet. 365. Tribus conſtans rebus Ibid.
Iudæ pœnitentia mutila. 377. deſperatio unde aucta. 379
De Iuda proditore dictum: Bonum ſi natus non fuiſſet homo ille: 209

De Iuda Chriſti merita 365
In Iudam proditorem Chriſti humanitas 221
Iudæ appellati, viri pleriq; laudatiſſimi 207
Iudicum diſtinctio 362
Iudicium apud veteres Iudæos in vrbiū portis habitum 300
Iudith nō ſine periculo ſeſe Holoferni obtulit 10
Iudith Holofernem militiæ principem dolo ſuſtulit 235
De Iuliano Antiocheno martyre, & Baſiliſſa virgine, hiſtoria 106
Iulij Cæſaris mors diuinata 116
Iupiter hoſpitalis 79
Iupiter Lycaonis crudelitatem tentauit, diſſimulato habitu 154
Iupiter, iuuans pater 171
Iuſti ſuaueolētes, peccatores verò graueolentes 102
De Iuuene Chriſtiano meretrici ſpecioſa expoſito, hiſtoria 109
Ixionis pœna 114

L.

è Labyrintho eduxit Ariadna Theſeum. 254, 255
Lacænarum mulierum generoſitas 71, 72
Lacedæmoniorum ad bella procedendi mos 71
Lacedæmoniorum continentia, ſæuiente in illos Mardonio Perſarum duce 186
Lacedæmoniorum ſenum in cognoſcēndis cauſis mos 302
Lactantij locus de fuga 74
Lampſaceni Miltiadem captiuū quare dimiſerint 104, 105
Lampſacenis Crœſus vt ſit interminatus 104
Laodania necem, cum in aram Dianæ cōfugiſſet, Dij caleſtes vindicarunt 81
Laudum diſtinctiones 236
Laudandi ac vituperandi modicè quinam 269
B. Laurentius in crate toſtus 36, 56
B. Laurentius toto corpore ardens tyranno inſultat 158
De Leone & Androdo ſeruo 278
Leopardi ingratitudo 213
Lex tripartita 385
Lothi cura de hoſpitibus 79
Ludimagiſter quidā Phaliſcorū, iuuentutis ſibi commiſſæ proditor, quomodo punitus à Camillo. 229, 231
Lycaonis crudelitatē, tentauit Iupiter, mentitus habitū 154
Lynceus acutiſsimi viſus 127

M.

Machætes quidam cur à Philippo iudice ad Philippum appellarit 300
Malchus in Chriſtum variè peccauit 283
Malchi ſerui Iudæi, qui Chriſto alapam impegerat, ſupplicium 276
Malchi ingratitudo in Chriſtum. 283. *degener animus.* Ibid.

Mal-

Malcho percuſſo Chriſtus obiurgauit Petrum. 245 *Et quare* Ibid
Malefici in Paſchate liberandi mos vnde. 427. *Occaſio varia,* 428 *finalis cauſa.* Ibid. *Conſuetudo non mala.* Ibid. *Quatenus vſurpanda.* Ibid
Ad Malum impellimus quatuor modis 136
Mardonij Perſarum ducis in Lacedæmonios quietos irruptio 186
cū Maria virgine Chriſtꝰ, Iuliano & Baſiliſſa apparuit 106
Marius Conſul Rom. percuſſorem ſubmiſſum, ſolo vultu terruit 295
Marſya fratri quid Antigonus Rex dixerit 300
Materia cuiuis deligenda pro viribus 2
Mel ſufficienter comedendum, non abunde 14
Mel Samſonis & Ionatha 17
tam Mentium, quàm corporū refectio 72
Meretricula ſubitò mortua, quòd ad ſanctū eremitā, eius tentādi ſtudio diuertiſſet 112
de Meretrice & iuuene Chriſtiano hiſtoria 109
Metelli Pij iuuentus continentiſsima, luxurioſiſsima ſenectus 191
Metius Tullo regi in Fidenates comes perfidus, equis iuſſus diſcerpi 232
Michaëlis etymologia 196
Microcoſmi anima 193
Militaria ſigna 215
de Milite quodam, quē Soldani vxor perditè amatū in Curiā vocauerat, vt ſimularetur, narratio, 276
Milites in exercitu Cyri à cane produntur, cuius dominum occiderant 283
Militum inſolentia in Chriſtum 251
Miltiades apud Lampſacenos captiuus, quare liber dimiſſus 104
Mineruæ olea conſecrata 101
de Miſericordia Dei non deſperandum 368
à Miſſa nondum finita egredientes, reprehenduntur 69
Mithridates Rex Ponti, percuſſorem ſubmiſſum ſolo vultu terruit 295
Moly herba Homerica 96
in Monte templum Salomonis. 95 *Concio de* 8 *Beatitudinibus. Ibi. victoria de Satana.* ib *Cœna Chriſti myſtica.* ib.
in Monte Thabor transfiguratus eſt Chriſtꝰ 95. *Caluariæ exhalauit animam.* ibid.
ex Monte Nebo, oſtenſa terra promiſsionis Moyſi 95. *Oliuarū, aſcendit in cælum* ibid.
Montes & horti in ſcriptura celebres 17
de Montibus 94
Moralīū actionū diſtinctio 115
Moſaica legis tranſgreſſoribus irrogata pœna duplex 290

Muſica

Muſici excellentes 60
Mutij Scæuolæ fortitudo 56
Myrtus Veneri ſacra 101

N.

Nebo mons, ex quo terra promiſſionis oſtenſa Moyſi 95
Nebulonum ars multa 391
Neceſſarium bifariam ſumitur 180
Neceſſitas duplex. 130, 131
Neceſſitas ex hypotheſi 131
Nerones intus quidam, foris Catones 209
Nicetæ martyris fortitudo. 109
Nobilibus familiare, domicellas oſculari ordine 218
Nobis non licet interficere, *quo ſenſu exponendum* 388

O.

Olea Mineruæ ſacra 101
Oliua, ſymbolum pacis. 98, 99.
Oliuarum mons ab oliuis ſeu oleis, ibi frequentioribus, dictus. nam & cedros, & myrtos & palmas habebat 90
Oliuarum montis ſitus 84
Oliuarum montis myſteria 94
Ex Oliuarum monte Chriſtus aſcendit in cælum 95
Oliuetum cur aſcenderit Chriſtus 97
Oniæ ſacerdotis precibus Heliodoro ſacrilego ſemimortuo vita donatur 165
Orantis ſolitudo ſecuritatẽ præbet à vana gloria 161
Oranti neceſſaria duo 184
Oratio multitudinis & populi quàm efficax 164
Oratio ſit humilis 165
Oratio ter cur eadẽ repetita 193
Orationis vocalis fines varij. 174. *neceſſitas.* Ibid.
Orationis bonæ, conditiones à Chriſto obſeruatæ 184
Orationi an ſolitudo neceſſaria. 160
Orationum diſtinctio bimembris. 162. 173. *alia mentalis, alia vocalis.* ibid.
Oraturo bene multis opus 160
Ordines deſeri quid vetet 250
Orlandus, excellens muſicus 58
Orpheus ad Inferos Eurydices amore pertractus 10
Orphei cantus efficax 68
Ouidij locus Euchariſtiæ applicatus 65

P

Pacis ſymbolum oliua. 98, 99
Paleſtritæ ſeu pugiles vngebantur oleo 98
Palladi, ſeu Mineruæ, olea conſecrata 101
Panis & aqua, nutrimentum homini ſufficiens 198
Parmenioni & alijs quibuſdam aulicis, quid Alexander Magnus dixerit 229
Parthi fugiendo vincunt 154
Paſquilli. vide, Famoſi libelli.
Paſſio quotuplex, & Chriſti qualis fuerit 33, 34
Paſſio Chriſti omniũ tragœdiarum princeps. 2. *Crebro ad memoriam reuocata, Chriſto gratiſſima* 4
Paſſio Chriſti vt meditanda. 15. *vt hiſtoria vt Euangeliũ,* Ib.

Paſſio

Paſsio Chriſti vt Euãgeliũ,lecta vel audita quid procreet 37
Paſſio Chriſti quid in nobis operetur 103
Paſſionis Chriſti ſtigmata illuſtriora quinque 5
Paſſionis Chriſti meditatio, ſolatur in duris. 17. *Cõtemptũ adfert mollit.m.* 9. *Purgatorij mitigat pœnas* 20
Paſſionis dominicæ argumentũ unde ſumptum 2. *ab autoris natura Ib Ordi.ne, Inſtituto, Tempore, moribus huius ſaculi.* 3. *ipſa domini Paſſione* 4
Paſſionis dominicæ argumenti fructus: Cuſtodia à peccatis. 7 *Caritas flagrantior.* 9 *Spes firmior.* 11. *Præſumptio infirmior* 14
Paſſionis dominicæ efficientes cauſſæ, diabolus, & homo 48
Paſſionis dominicæ inſtrumenta 51
Paſſionis & Incarnationis dominicæ decretum quando & quomodo factum 178
Paſſionem Chriſti commemorationẽ, ipſi gratiſſimã eſſe, probant Sacramentũ & Monimentum. 5. *Miraculum* 6
Ex Paſſione Chriſti, Spes firmior, ob tot labores. 11. *Compoſitionem in Cruce.* 12. *Miſerationes.* 13. *nobilitatem noſtram hinc notam.* Ibid.
Paſſiones in Chriſto, animi, corporis, & ſenſuum 34
Paſſiones à Chriſto aſſumpta, in ſatisfactionẽ, in exẽplum, in teſtimoniũ humanitatis 34
Paſſiones à Chriſto aſſumptæ in vita, & morte 35
Patiẽtia læſa furor ſequitur 14
Patientia herba 96
Patria parẽtes dicti, Auguſtus, Cato, Cicero 170
Patris nomen reuerẽdũ, pium, & glorioſum 170, 171
Patrem, dominũ dici à liberis, ſuperbum eſt ac odioſum 171
Patroclus Achillis armis indutus pugnabat 156
Pauſaniæ Lacedæmoniorũ ducis ſacrificantis religio, ſæuiẽte interim in Lacedæmonios Mardonio Perſarum duce. 186
Peccantium felicitate nihil infelicius 128
Peccatorem duo conuertunt 139
Peccatores graueolentes, iuſti contrà ſuaueolentes 102
Peccatum hominis vndiquaq; magnum 46
Peccatum occultum veniæ proximum 116
Peccatum non aſſumpſit Chriſtus 35
Peccatũ quæ ſequãtur. 45. *Macula, Pœna dãni ſenſusq; Ib.*
Peccati partes diſtinctæ 132
Peccati non eſt autor Deus 135
Peccati autorem Deum blaſphemẽ ſtatuentes 135
Peccati moles grauiſsima 168
Peccatorum confeſsio voluntaria ſit, non coacta 368

Perſarum regum honos ac veneratio 167
Perſequutione graſſante quatuor ſcitu digna 326
Perſequutionum diſtinctio. 248, 249
Petr⁹ Malcho percuſſo obiurgatus à Chriſto 245 Et cur. ib.
Petrus quare iuſſus à Domino gladium recondere 247
Petrus cur in atrium Caiphæ ingreſſus 311
Petrus impugnatus quadrifariam 315
Petrus quibus reb⁹ excelluit 329
Petrus cur ita labi permiſſus 327, 332
Petrus cur à fœmina, ancilla, eaq́ oſtiaria vinci permiſſus 333
Petrus, Iacobus, & Ioannes, cur aſſumpti à Chriſto 144
B. Petri crimina quæ 137, & ſe.
B. Petri pœna 139
Petri negatio prædicta 142
Petri caſtigandi cauſſa 188
Petri crimen quæ exaggerent. 313, 314. ac turpius reddant 314
Petri negatio fuerit ne excuſabilis 323
Petri lapſus nobis vtilis 329
Petri ignauia 333
Petri pœnitētia praxis quæ 341. Pœnitentia illuſtris 343
Petro quis autor pœnitendi 335. nempe aſpectus Chriſti ibid.
Petro & cæteris impenſa cōmuniter. 190. Petro priuatim. ib.
Petro calefaciente ſe frigus erat 312
in Petro quatuor 341
B. Petrum quæ excuſent 139
S. Petrum ex Herodis ergaſtulis, cōmunis Eccleſiæ liberauit oratio 164
Petrum duo perdidere 316
Phæaciæ horti 94
Phariſæi ac publicani orantiū geſtus, ac diſpar deuotio 166
Philippi Macedonis vox: Proditurós amo, proditores non item. 229, 232
à Philippo dormitabundo prouocatum, ad eundem Philippum attentum 300
Phocionis dictum 15
Pilatus quis & cuias. 345. Gallus. 347. al Romanus, aut ſaltem Italus. 348. potius, quàm Gallus. ibi. Exul vbi. 350 vnde ſic appellatus ibid. & 351, 352, 353 Quatenus Italus & Gallus 356
Pilatus quare Chriſti non expectauerit de veritate reſponſum 414
Pilatus quibus vſus diuerticulis ad liberandum Chriſtum. 415
Pilatus duplici ratione tentat liberare Chriſtum 417
Pilatus nimium detulit proceribus & populo 445
Pilati æquitas 384
Pilati & iudicum quorundam præpoſtera diligentia. 392. Et vnde. ibid.

Pilati verbis Gens tua & Pontifices trad. *& c Turca, & quo ſenſu poſſet vti* 397

Pilati diuerticula ad Chriſti damnationem declinandam 413

Pilati benè & malè acta. 417. *Bona multa* 418

Pilati contemptu, Chriſti præcedit accuſatio. 419. *Errata* 420

Pilati artificia, ne cenſuram de Chriſto faciat. 425 *diuerticula. Ibid Leuitas qualis* 427

Pilati vxor cur tam pium de Chriſto habuit ſomnium, potius quàm Pilatus ipſe? 429. *Et circa hoc notāda quæ* 430

Pilati nouum artificium, quo Chriſtum liberaret 437

Pilati Chriſtum damnantis lapſus quanti 444

Pilati cum Iudæis dialogiſmus 430

ad Pilati quæſtionem Chriſtus quare nō reſponderit 441

Pilato veritas occulta quare 413

Pilato via triplex compeſcendi populi 420

Pilato poteſtatē ſuā iactāti quid reſponderit Chriſtus 443

à Pilato in Chriſtū lata ſentētia forma. 447. *Et Gallicè. Ibid.*

De Pilato hiſtoria. 358, 359, 360

Pilatum vrgent in Chriſti necē Iudæi trifariam 440

Pinus mortis indiciū. 104. *Exciſa nūquā ſuccreſſit. Ib. &* 105

Plangon, meretrix, Mileſia 55

Pœna duplex; 363

Pœna leuis ſit prolixior, grauis autem breuior 45

Pœnæ infinita damni & ſenſus, infinitis Chriſti doloribus auertenda 47

Pœnarum exempla crudelia 36

Pœnitetibus promittitur venia 369

Pœnorum præſidia 108

Pontificum & ſacerdotum attributa 263

Popularis audacia in Chriſtum irritamenta 425

Portæ ſint vrbibus dignæ 15

Prædicta non ſemper eueniunt, præſcita ſemper 133

Præiudiciorum in iudicijs quāta vis 426

Prælatis quatenus liceat, quādoque ſe choris cantantium ſubducere 187

Præſcientia (ſeu prouidentia) poſita ſublataq; rerum contingentia, quæ ſequātur abſurda 129

Præſcientiæ diſtinctio 132

Præſtita ſemper eueniunt, prædicta non item 133

Præterita ſunt exempla futurorum 13

Prætorium nō ingreſſi Iudæi per hypocriſin 360

Prætorum moleſtiæ 416. *Eatiūq; cauſa tam* Ethnicæ, *quàm Chriſtianæ.* Ibid.

Preces publicè impetrant biſariam 164

Principatus expers veri 413
Principes pleriq; deuicti ne ab hoſtibus contumeliam paterentur, mortem ſibi conſciuerunt 296
Priſcillianus hæreticus Braccarenſi damnatus concilio 124
Priuilegia abuſibus amittuntur 14
Priuilegia Imperatorũ, Conſul & dictat Tom. 432
Proditiones amo, proditores nõ laudo 2:9,23
Proditionum fugiendarũ cauſa 233
Proditiones in ſcriptura narratæ, vel laudantur, vel nõ 235
Proditor eſt vel ſpontaneus, vel quæſitus 233
Proditores odioſi 229
Proditores puniti 231
Proditoribus vti, indecorũ 229
Prodituros amo, proditores non item 229.232
Prouerbiorum ſtultum quorundã: Ego in hoc natus ſum 406
Prouidentia non tollit contingentiam 133
Prouidentiam tollentes 131
Prouidentia. vide, Praſcientia
Publicani & Phariſæi orantiũ geſtus, ac diſpar deuotio 166
Pugiles vngi ſolebant oleo 98
Pythagoræ ab omni carne abſtinentia 118
Pythagoræ apud ſuos diſcipulos autoritas 257
Pythias & Damon pro ſe inuicem parati vitam impendere 10

Q.

Quinctij Criſpini in Hoſpitem ſuum Badium Campanum, ingratũ beneficiorumq; immemorem, fides & humanitas 80

R.

Rabbim apud Hebræos æquivocum 445
Raphaelis etymologia. 196
Refectio corporũ & mentiũ 72
Regibus priſcis mos, animos hoſtium ſibi deuincire 212
Regnum meum nõ eſt de hoc mundo, *quo ſenſu intelligendum* 400
Regulus ne fidem hoſti datam falleret, ad Pœnos pœnasq; rediit, certò moriturus 228
Renatus Andegauenſium dux, hoſtis atrociſſimus Alphonſi 230
Rhymitolcis Thracum rex, ad Auguſtum Cæſarem transfuga, quid ab illo audierit 2:9,232
Rogantium lex 2
Rogerius Pallantiæ comes ab Alphonſo, ne Ioannis Caſtellæ Regis necem perpetraret, cohibitus 230
Rogerij monachi, & Arſenij abbatis hiſtoria 186
Romuli regis centum ſenatores, patres dicti 171
Roſariũ precum virgini matri cur offerimus Catholici 107

Roſarium recentium ciſtula, ipſo bruma tempore, ad Theophilum miſſa 107

S.

Sacerdos in perſecutione vbi capiendus 76
Salomon antea ſapientiſſimus, poſtea inſipientia plenus 191
Samſon à Dalila meretrice perditus 236
Samſonis & Ionatha mel 171
Sanctiſſimi viri mortem Chriſti frequentiſſimè ſunt meditati 30
Saul arreptitius à genio malo 12
Saul Dauidi pugnaturo arma ſua porrigebat induenda 156
Saul initio probus ad regnum euectus, improbus, ideoq; ab illo deiectus 191
Saul in periculo conſtitutus, cū ab armigero ſuo detrectante non poſſet interfici, ipſe ſibi manus intulit 296
Scādalum quid. 10. *duplex, datum, & acceptum.* Ib.
Scandalum datum quid. 110
Acceptum quid. Ibi.
Scandalum datum duplex 10
Scandalum Apoſtolorum vnde acceptum 119
Scandali cauſſarū diſtinctio 117
Scandalo alicui eſſe, an hypocritam, vtrū præſtet 111, 112, 113
Sceleroſi cur affligantur conſcientia ſua 364
Scipionis dictum: Nunquā minus ſolus, quàm cū ſolus 163
Scotorum iuramenta 108
Scribarum munus geminū 286
Semiramidis horti 94
Senatus in quibus locis haberi ſolitus. 301. *Cur in templis ibid Cur nō in templo Veſtæ ſed in illius atrio* 301
Senatusconſultum factum antè ſolis vel exortum, vel occaſum, non eſſe ratum 300
Sentētia philoſophorū breues 15
Serui cuiuſda in dominum ſuū Vrbinum fidelitas. 279. *Et alterius in dominum ſuū Antiſtium reſtitionem, à quo tamen antea vehementius punitus fuerat.* Ibid.
Serui ne Dominis miniſteria malitiæ exhibeant 281
Seruorum pœna, crux 52
Seruorum ſupplicium, in priſtino pro aſinis molas trahere 114
Seruorum duo genera 277. *Etymologia, ſeu nominis ratio.* Ibid. & 278
Seruorū iniqua miniſteria dānantur 281
De Seruorum in Dominos officio 277
De Seruis locatitijs 279
Sichem amore Dinæ, circumciſionem paſſus 150
In Sicilia fons mirabilis 68
Simonis Machabæi tam ſenis fortitudo 188
Simulatio vitanda 327
Siſara militiæ princeps ab Iahel interemptus dolo 235
Sol vicinior quid efficiat 328

Gg 5 Soli-

Solitudo orantis ſecuritatẽ præbet à vana gloria 161
Solitudinis bona 161
Solitudinis diſtinctio bimembris 163
Solus nunquam minus, quàm cum ſolus 163
Somnus multis obfuit 205
Somni Apoſtolorum à Chriſto indulti cauſa 203
Speritis & Buris, ambo Lacedæmones, vltro Xerxi ſe immolandos obtulerunt 10
B. Stephanus ſub turbine lapidum orat 158
Stephanus cur lapidatus 390
D. Stephani lapidatio 56
Stigmata. vide, Chriſtus
Sudor Chriſti ſanguineus 198
Sudoris ſanguinei in Chriſto cauſa 201
Supplicium ſeruile 114
Suſpendio ſuo proditores periẽrũt, Achitophel & Iudas. 232
Sylla diuinitus punitus, quod Ariſtonem, qui in Mineruæ templum confugerat, interfici iuſſiſſet 81
Symboli autor, defenſorq́; inuictus Athanaſius 74
Syriæ exercitus, apertis oculis cæcutiens, in Samariam, in medios hoſtes ab Heliſæo perductus eſt 240

T.

Tacere difficilius, quàm loqui. 16
Tamberlanes oculis vultuq́ue clariſſimo 295
Tarpeia Capitolij proditrix, de Capitolio præcipitata, interijt 231
Templis honos exhibitus ab Alexandro Magno in vrbium direptione 77
in Templa conueniendum quo fine 163
Teſſera hoſpitalitatis 78, 79
Teſſeram hoſpitalem frangere 79
Teſtis falſus quis. 303. In quos peccet. 303, & 304, 305
Teſtis falſi à vero internoſcendi ars 306. 307, &c.
Thabor mons, vbi transfiguratus eſt Chriſtus 95
De Theophilo ſcriba & S. Dorothea, hiſtoria 107
Themiſtocles exulans apud Xerxem, ab eodem ſui exercitus dux conſtitutus eſt in Athenienſes 212
Theſeus Athenarum Reipublicæ conſtitutor 263
Theſeum è Labyrintho eduxit Ariadna 254, 255
D. Thomæ refellitur opinio 60
Thomæ Cantuarienſis Epiſcopi perſequutione paſſi laus 76
Thomæ Cantuarienſis Epiſcopi in Galliam fuga 249
S. Tiburtius prunas nudis pedibus calcans, iudici Fabiano inſultabat 158
Tiburtij carbones ardentes 56
Timocharem medicum, Regis Pyrrhi Domini ſui proditorem Fabritius ad Regem remiſit

miſit 230, 32
Tragœdiarum princeps, Chriſti paſſio 2
Turca quo ſenſu Pilati verbis, Gens tua, & Põtifices trad. &c. vti poſſet 397
V.
Vagio Holofernis Eunuchus 281, 282
Valeriani (ſeu Decij) ſcelus in iuuenem Chriſtianum 109
Veritas quandoque premitur, opprimitur nunquam 371
Veritas Chriſti vnde manifeſta 410
Vigilaſſe multis profuit 205
Virgilij locus 6, 85
Virgunculæ ad mortem procedentis alacritas mira 158
Virtutes oranti neceſſaria 145
Virtutes Theologicæ, Fides, Spes Caritas 244
Viſu acutiſſimo Lynceus 127
Vitæ multorum ortus ſerenus, occaſus pluuius 191
Vitæ humanæ tria æquè neceſſaria 204
Vituperandi ac laudandi modicè quinam 269
Vocis à cantu diſcrimen 142
Volſci Coriolano exuli detulerunt belli in Romanos imperium 212
in Vrbinũ Dominum ſerui admiranda fides 279
Vrbium celebritas vnde 86
Vria fides militaris 19
X.
Xerxes Themiſtoclem exulantem apud ſe, conſtituit exercitus ſui contra Athenienſes ducem 212
Z.
Zenonis Cittici dictum 15

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

LEANDRO CHER

IL

RO

97

Google